# HAJI KHALFAE

## LEXICON

## ENCYCLOPAEDICUM ET BIBLIOGRAPHICUM.

No. 42.

# كشف الظنون
# عن
# اسامى الكتب والفنون

# LEXICON
## BIBLIOGRAPHICUM ET ENCYCLOPÆDICUM

A

MUSTAFA BEN ABDALLAH

KATIB JELEBI DICTO ET NOMINE HAJI KHALFA CELEBRATO

COMPOSITUM.

AD CODICUM VINDOBONENSIUM PARISIENSIUM ET BEROLINENSIS

FIDEM

PRIMUM EDIDIT LATINE VERTIT ET COMMENTARIO INDICIBUSQUE

INSTRUXIT

GUSTAVUS FLUEGEL

SCHOLÆ REGIÆ AFRANÆ QUÆ MISENÆ IN SAXONIA FLORET PROFESSOR.

---

TOMUS PRIMUS

PRÆFATIONEM ET LITERAM ELIF COMPLECTENS.

LEIPZIG:

PUBLISHED FOR THE ORIENTAL TRANSLATION FUND
OF GREAT BRITAIN AND IRELAND;

BY

RICHARD BENTLEY, NEW BURLINGTON STREET, LONDON.

---

M.DCCC.XXXV.

OL 25000.24.3(1)

UNIVERSITY LIBRARY
FEB 1 2002

Printed by J. L. Cox and Son, 75, Great Queen Street,
Lincoln's-Inn Fields.

# ANTONIO

## REGI SAXONIAE

## AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO

HOS FRUCTUS PEREGRINATIONIS SUAE LITERARIAE QUAM

REGIA MUNIFICENTIA

SIBI HABUIT COMMENDATISSIMAM

AD PIETATIS OFFICIA PATRONO LITERARUM ORIENTALIUM

LIBERALISSIMO ET GENEROSISSIMO DEBITA

DILIGENTER SANCTEQUE SERVANDA

IN ARA MUSIS ORIENTALIBUS CONSECRATA

EX INTIMO GRATI ANIMI SENSU

DEPONIT

**MAJESTATIS REGIAE**

CULTOR DEVOTISSIMUS

GUSTAVUS FLUEGEL SAXO.

Semper mecum meditatus, quomodo ex ipsis literarum Orientalium fontibus haurire possem, cum abhinc octo annos iter quadriennium susciperem, primum Viennam contendi, Josephum de Hammer bibliothecasque visurus. Conquisita ibi mihi patebat praestantissimorum librorum manuscriptorum copia cum in bibliotheca Caesarea et Academiae Orientalis tum in museo viri modo laudati. Primum igitur et gravissimum fuit datum negotium ea diligenter examinandi, in quae legenda et describenda tempus et otium inprimis esset impendendum. Historiam Orientis et politicam et literariam, quam vocant, cum magnopere mihi commendatam haberem, omnes melioris notae libros studiose pervolutavi, qui ad illam historiam accuratius cognoscendam conferrent, et ita factum est, ut totum animum ad *Haji Khalfae* Lexicon encyclopaedicum et bibliographicum referrem. Duo enim hujus operis pretiosissimi et rarissimi exempla Viennae asservantur, quae eo cupidius in rem meam erant convertenda, quo certius sciebam, totam reliquam Europam de simili possessione vix gloriari posse. Quod nunc in bibliotheca Academiae Orientalis depositum jacet exemplum, cum eo ipso tempore, quo Viennam veni, nondum Constantinopoli advectum esset, bibliothecam Caesaream singulis diebus adii, codicemque ibi asservatum ad literam describere incepi. Medio in opere versabar, cum novum exemplum Constantinopoli Academiae Orientalis impensis apportatum esse acciperem, et e vestigio a venerabili Höck, hujus Academiae illo tempore praefecto apprime merito, petii, ut illud mihi comparandum et describendum permitteret. Benevole vir ille et Vincenz de Rosenzweig me audierunt, et amplius sex menses mihi concessum fuit, libro commode ac libere uti. Brevi tempore vidi, hunc codicem et ductu literarum planiore et textus, ut ajunt, integritate Caesareo longe praeferendum esse, neque quidquam desiderandum relinquere exceptis duabus lacunis, majori in litera

*Ain*, minori in litera *Mím*, quae suis locis accuratius indicandae erunt. Academicum codicem autem in commentario litera B, Caesareum litera A insignitum invenies, et jam hic in limine libri lectorem monere mihi liceat, omnia, quae in nostra editione signo interpositionis inclusa cernuntur, in illius codicis textu legi, neque tamen proprie ad textum pertinere. Inde apparet, librarium aut ipsum virum doctum fuisse, qui multa legerit, et, quae *Haji Khalfa* ignoraverit vel addere omiserit, addiderit, aut exemplum descripsisse manu docta exaratum et glossis auctum, quas ille suo apographo inseruerit. Illud tamen rectius cogitari, sequentia testabuntur.

His aliisque copiis criticis instructus, quae *Haji Khalfae* exponendo inservirent, me Parisios Berolinumque contuli, codices ejusdem operis ibi exploraturus. Tria exempla in bibliotheca publica Parisiensi exstant, quae tamen omnia neque interiori conditione, neque exteriori Vindobonensia aequant. Optimum eorum, litera S a me notatum, quamvis calamo satis eleganti sit exaratum, attamen textus ipse et lapsu calami et librarii incuria, qui, quod descripsit, haud dubie saepe neque legere potuit neque intellexit, tam mendosus est, ut lectorem sexcentis locis plane destituat, et tantummodo ad lectionis varietatem comparandam et locupletandam conferat. Nolo autem negare, codicem mihi satis magnae fuisse utilitati in lectione dubia confirmanda et vero a falso discernendo. Praeterea alius codex ibi invenitur litera E infra insignitus, qui fere nullius pretii esse recte dicitur. Quid librarius in illo conscribendo sibi voluerit, et ipse ignoravit, et alii conjectura vix assequi poterunt. Ductus literarum quidem apparent, nexu tamen maximam partem carent, et calamus tam incertus est, ut de sensu enucleando desperandum sit. Quoties librum inspexi, auxilium inde petiturus ad medelam iis locis adhibendam, qui fortasse communi librariorum errore ubique vitiose legebantur, toties fere opera plane fuit perdita. Tertius denique bibliothecae publicae codex apographum est duobus voluminibus maximae formae comprehensum et a Pétis de la Croix confectum, illudque constat simul Francogallicam interpretationem exadversus textus verba appositam habere, qui quidem unde descriptus sit, infra ab interprete ipso audies; id tamen mihi videor recte statuere posse, eum multis locis aliam sequi lectionem atque illa

est, quae in codicibus antea laudatis apparet. Pétis de la Croix saepe margini interpretationis verba ما فهمت apposuit, ab eoque auctorem neque potuisse intelligi neque intellectum esse, eo facilius credimus, quo pluribus vitiis ipsi libri manuscripti, quibus usus est, scatent. Eos autem paulo infra accuratius cognoscemus.

Praeter hos codices in bibliotheca magna depositos vidi illum quoque, quem Cl. Silvester de Sacy (in opere Notices et Extraits Tom. VIII. p. 200 sq. cl. ejusdem operis Tom. VII. p. 25.) fusius descripsit. Pertinet autem ad libros manuscriptos Orientales bibliothecae armamentarii, quod dicitur, et plures viros doctos titulo, qui ei inscriptus est, fefellit. Volui equidem et hoc volumen ad extremum revolvere, sperans fore ut vel in paucissimis locis medicinam inveniam, quae lectionem mancam et depravatam sanare possit. Sed omni spe me decidere in primis foliis vidi, ideoque ab incepto destiti, et rem ita se habere, quisque mihi eo facilius concedet, quo certius persuasum habebit, verissima esse, quae Silvester de Sacy de illo libro loco laudato monuerit. Aliud quoque hujus catalogi e lexico nostro bibliographico excerpti, quo vix tenuius quidquam videre possis, exemplum Hauniae exstat, ubi in bibliotheca librorum manuscriptorum Orientalium maximae formae (sub Nr. 13.) codex notatus est ita inscriptus „كشف الظنون عن اسما الكتب والفنون Bibliotheca celeberrima Arabica, Persica, Turcica, aut Hagi Chalfa. Scripta est a. 1176 = 1762, 21. Jul. In involucro libri scriptus est hicce titulus دفتر الكتب فى جامع الازهر (Nieb. i. e. liber a Niebuhrio Hauniam advectus est)."

*Haji Khalfa*e liber haud dubie varios casus expertus est, quod et inde maxime intelligitur, quod alia quoque ejus epitome, si ita dicere licet, exstat, cujus exemplum in bibliotheca Berolinensi vidimus. Codex est majoris formae (N. 161.), eumque Cl. Ehrenberg ex Oriente reportavit et Academiae tradidit, quae eum in bibliotheca regia asservari voluit. Librum totum percurri et plures menses in eo volvendo consumsi. Vidi autem eum multa continere, quae neque in *Haji Khalfa*e opere leguntur, neque omnino admitti possunt. Additamenta enim pro libidine conficta

esse videntur, eaque omni fide et auctoritate carere, primo intuitu intelligi potest. Inprimis fac animum ad numeros attendas, qui saepissime toto coelo a vero aberrant. Quantum autem ab hac parte perperam admixtum est, tantum rursus collato *Haji Khalfae* opere desideratur. Videbis haec apertius in annotatione, ubi locos afferam, qui, quod dixi, clarissime probabunt. Diligentissime igitur caveas, ne libro Berolinensi temere assentiaris. A quo, ubi et cui bono ejusmodi opus confici potuerit, demonstret qui velit. Scriptum autem est, ut in fine legitur, mense Safar anni 1167 (i. e. ad finem anni 1753); nomen librarii et loci, ubi exaratum est, desideratur. Petropolitanum quoque exemplum in bibliotheca Romanzoviana asservatum et a Cl. Fraehn aliquoties laudatum recensionem sequi apparet, quae a vulgata recedit, et vir ille doctissimus, simulac nostram editionem examinaverit, facile docere poterit, quae ratio inter utrumque librum intercedat. Hoc unum addere liceat, ut exemplo utar, locum a Cl. Fraehn (in opere *Ibn Foszlan* inscripto pag. L.) allatum ad verbum cum illis congruere, quae in codice Berolinensi leguntur. Plura ad arbitrium adjecta sunt, et numeri quoque, ut jam vir ille monuit, pravitate laborant.

Jam e codicibus ipsis, quos brevissime et quasi tumultuarie descripsimus, nonnulla, quae ad historiam eorum et conditionem plenius cognoscendam faciunt, ita afferenda erunt, ut simul lectori ipsi de iis liberius judicandi copia non desit. — Codex A*) in fine haec habet: قد تمّ هذا الكتاب عن يد العبد الضعيف المحتاج الى رحمة ربّه الفتى محمد بن سيّد عيسى الصهرانى وقد وقع الانمام عن كتابة هذا الكتاب فى يوم السبت من شهر جمادى الاخرى سنة تسع وثلثين ومأتة بعد الالف وكتبته فى خدمة اعلم العلمآء وقدوة الفضلآء صانه الله وحفظه الله من كلّ البلآء اعنى المولى المعظم وولى النعم القاضى بدمشق الشام سابقا احمد افندى المتخلّص بالسنائى نفعنا باعلى همه العالية وجعلنا ذهبا خالصا باكسير نظره الجليّة وابقاه الله

*) V. Codices Arabicos, Persicos, Turcicos Bibliothecae Caesareo-Regio-Palatinae Vindobonensis, recensuit Joseph de Hammer. Vindobonae 1820. No. 401. pag. 40. — Fodinae Orient. Tom. II. pag. 418.

واولاده عزيزا وشريفا بحرمت سيّد المرسلين وآله واصحابه اجمعين والحمد والشكر والمنّة لله ربّ العالمين تمّ الكتاب بعون الله الملك الوهّاب

**Inde apparet, scriptionem a *Mohammed Ben Seyyid Isa Sihráni* in commodum *Ahmed Efendi* judicis Damasceni, nomine *Sinái* insigniti, Jomádi secundo anni 1139 (i. e. anno 1727) finitam esse.**

**In codice B, qui in bibliotheca Academiae Orientalis numero 352 notatus est, haec clausula legitur:** قد اتّفق الفراغ عن تصحيح هذا الكتاب بعون عناية الملك الوهّاب المشتهر باسمآء الكتب لدى اعيان الافاضل والكتّاب وقد امرنى بتصحيحه من هو ولى للعلمآء الاعلام وصدر للفضلآء النبلآء الفهّام والحال ان النسخ من هذا الكتاب قد تطرق فيها التحريف والتصحيف بكثرة الاستكتاب فامتثلت امره بين الاقدام والاحجام لعلمى بما انطوى عليه من الاحجام مع ما فىّ من العجز والقصور والعىّ والفتور واشتغال الافكار ومصابرة الاقدار فاعتمدت على عوايد مولاى الجليل فى اقداره الجميل فشمرت ساعد الاجتهاد واخذت فى تحرير ما له قد اشاد بعد ان حصلت مسوّدة المؤلّف ليكون الغلط من النسّاخ اذ الغالب عليهم ان يكونوا للكتب مسّاخ فتتبّعت كلّ ما فيه من كتب او رسآئل وحواش وشروح ومراسل بمراجعة كتب الطبقات والتواريخ التى تنوف عن اربعمأئة مجلّد حتى جعلت كلّ كتاب بربّه مؤيّدا وحررت وفيات المصنّفين الامجاد بعد ان كانت متفاوتة الاعداد وربّما كان بعضهم خال عن ذكر زمن الوفات فذكرته ليكون مكملا غير مفتقر لما سواه وادرجت على ترتيب ما صنّف بعده مما يعدّ وما فاته من الكتب والحواشى مما يوجد وكلّ ما ذكر فيه من بعد تأريخ وفاته فهو مضموم وما فاته مصنّفه ممّا الّف قبله فهو مفهوم حتى اشرق تمامه فى وقت الاشراق من يوم الاحد الرابع من شهر ربيع الاخر لسنة سبعين ومأئة بعد الالف السابع فنسأل الله سبحانه ان يجيرنا عليه من كرمه العميم وان يجزل

صلتنا برحمته انه البرّ الرؤف الرحيم وصلى الله على سيدنا محمد وآله وصحبه وسلّم تسليمًا والحمد لله ربّ العالمين

Discimus ex his, quomodo factum sit, ut codex hic recte in optimis numeretur. Librarius sive qui ille vir doctus fuit, qui eum exaravit, ipsum exemplum auctoris primis lineis descriptum ante oculos habuit, et plus quadringenta volumina percurrit ad ea comparanda et supplenda, quae in lexico *Haji Khalfae* ei comparatione et supplementis egere videbantur. Ita se vitia evitasse dicit, quae librarii (نسّاخ الكتب), ab ipso مسّاخ الكتب „librorum corruptores" appellati, in libro saepissime descripto commiserint. Jure igitur meritoque Academia Orientalis hujus codicis Constantinopoli, nisi fallor, mille quadringentis piastris emti et initio anni millesimi septingentesimi quinquagesimi septimi confecti possessione gloriari potest, cui praeterea haec inscripta sunt: „Hoc manuscriptum accepit academia LL. OO. gratiose procurante Ill.$^{mo}$ D$^{no}$ Barone Ottenfels-Gschwind, Internuncio C. R. A. M.$^{tis}$ ad Portam Ottomanicam, anno 1827, quod prius erat Domini Ismaïl Ferruch Efendi, quondam Legati Ottomanici ad aulam Britannicam."

Codex Parisiensis S, quo Ill. Silv. de Sacy fere semper usus est, a *Mohammede* aliquo anno 1091 (1680) exaratus est. Leguntur enim in fine haec: تمّ هذا الكتاب في يد الفقير محمد سنة ١٠٩١. Praeterea nihil. — De codice E non est quod loquamur. Satis de ejus pravitate jam supra diximus. — Tria denique volumina exempli tertii Parisiensis, textum, interpretationem et indices, qui tertium explent, continentia a Pétis de la Croix conscripta sunt, ut vidimus, tempusque scriptionis voluminis primi his literis consignatum est:

Ce livre a été ecrit et publié à l'impromtu par (Pétis).

Achevé de traduire d' Arabesque en Francois le 4. Sept. 1698, scavoir le 28. Safar 1110. Par Francois Pétis Secr. Interp. du Roi en langues Orientales et professeur en langue Arabesque au College Royal de Paris.

**Achevé de copier l'Arabe à côté le 18. Jun. 1702.**
**Achevé de mettre les marges de ce Tome le 29. Janv. 1703*).**
**Achevé l'index de ce Tome le 25. Novbr. 1703.**

**In fine voluminis secundi haec inveniuntur: تمّ هذا الكتاب فى يد الفقير محمد, quae plane cum iis, quae in codice S vidimus, congruunt, si annum scriptionis excipis, qui omissus est. Adjiciuntur tamen haec: قد استراح قلم الفقير حسين بن مصطفى الحسينى بلبهار (?) الحلبى من هذه النسخة من نسخة سقيمة مغلوطة مع اصلاح بقدر الامكان فى خامس شهر رمضان سنة تسع وثمانين والف من هجرة من له العزّ والشرف واظُنّ انّ المؤلّف وفاته كانت فى سنة ست وستين او سبع وستين بعد الالف رحمه الله تعالى رحمة واسعة والحمد لله وحده وصلى الله على من لا نبى بعده وعلى آله واصحابه وازواجه واحبابه وسلّم تسليمًا كثيرًا.**

**Post haec interpres pergit: Achevé de traduire d'Arabesque en Francois le 3. Octbr. 1699 ou le 8e de Rabyaulakhir 1111. Par Francois Pétis sécretaire Interprete du Roi en langues orientales, et Lecteur et Professeur ordinaire de sa Majesté en langue Arabesque au College Royal de France à Paris.**

**Fin.**

**Achevé de copier le texte Arabe sur les deux Exemplaires originaux venus de Constantinople scavoir l'un bien ecrit et mal orthographié apporté par le R. P. Besnier Jesuite et l'autre mal ecrit et bien orthographié par le feu S. d'Hermanges medecin du Grand Vizir Koprolioglu et depuis de son Altesse serenissime Monseigneur le Comte de Touloze (?) Amiral de France ce 19. Aoust 1702.**

**Achevé d'Ecrire les matieres et auteurs aux marges le 11. Aout 1703.**
**Achevé l'Index ou Table des matieres par Alphabet le 26. Mars 1705.**

**Ex modo dictis patet, nullum fere esse dubium, quin Pétis codice S usus sit, sed utrum alter sit codex E, nec ne, statuere vix audeo.**

*) In margine enim scientiam indicare studuit, quam singuli libri tractent, saepissimeque virum in hac re deceptum esse lubenter concedimus.

Codex Berolinensis, qui inter libros manuscriptos majoris formae sub numero 161 exstat, clausulam longiorem nullius pretii habet, in cujus extrema parte haec verba leguntur: ووافق الفراغ من رقم هذا المجموع المبارك يوم الجمعة الاعزّ الازهر خامس عشر شهر صفر من شهور سنة ١١٦٧ الف ومأئة وسبعة وستين من هجرة من له العزّ ومنتهى الشرف صلى الله عليه وآله وصحبه وانصاره

Librarii nomen desideratur, exarationis autem finis factus est medio mense Safar anni 1167 (i. e. anno Christi 1754).

Praeter hos lexici nostri codices manuscriptos pauci alii inveniuntur apud Batavos et Italos, quibus plures viri docti opportune usi sunt. Codex, cujus utilitatem Cl. Hamaker v. c. in conficiendo Specimine catalogi expertus est, ut e libri praefatione comperimus, haud dubie optimae notae est, et quae ex illo legere mihi contigit, v. c. pag. 246 — 47, ad verbum cum codice nostro B congruunt. — Codex Italus autem, de quo mentionem injecimus, Bononiae in bibliotheca Marsigliana asservatur, eumque Michaelis Talman in Elencho librorum Orientalium manuscriptorum a Comite Aloysio Ferdinando Marsigli — partim in ultimo bello Turcico, et partim in itinere Constantinopolin suscepto collectorum coemtorumque (Viennae Austriae 1702) sub Nr. 2. pag. 5. descripsit. E tribus enim voluminibus constat, auctorque, qui opus sane luce dignum esse fatetur, haec addit: „Pro Coronide sequens Tabula indicat, quot Arabicorum, Persicorum et Turcicorum librorum tituli in qualibet Alphabeti litera, salvo meliori calculo, in his tribus tomis describuntur,“ quam librorum rationem haud dubie ad falsos calculos vocatam si ex opere magis obvio cognoscere velis, inspicias Assemani Bibliothecam Orientalem Clementino Vaticanam (I, 633), ubi et argumentum praefationis libri invenies. Codex enim, qui in bibliotheca Vaticana asservatur, apographum est initio seculi decimi octavi e codice Marsiglii confectum, cujus „libri et manuscripti et impressi nunc partem constituunt bibliothecae Instituti scientiarum Bononiae.“ Exaravit illud Clemens Caracciolo Aegyptius, „qui, ut Assemani l. l. p. 632. narrat, quum in Melita captivus esset, et inter Mahometanos Jerophantem ageret, ad Christianam Religionem, frementibus

licet suis, conversus, Romamque ab Illustrissimo Melitae Inquisitore missus, singularem Sanctissimi Pontificis (Clementis XI.) clementiam expertus est, a quo menstrua stipe ad honestam vitae sustentationem donatus, operam suam in describendis libris Arabicis profitetur." — De utroque codice et Bononiensi et Romano passim ab Assemano laudato conferendus etiam est Murrius*), Adlerus**), alii.

Dresdae quoque operis nostri codicem exstitisse, discimus e Fleischeri mei praefatione ad Catalogum codicum manuscriptorum Orientalium bibliothecae regiae Dresdensis, ubi (p. IV.) haec leguntur: „Hunc (*Haji Khalfa*m) habuimus. A quo inde tempore absit, scimus, et apud quem sit, suspicamur; sed in re tam gravi, si tantillum dubii restet, aliquem aperte accusare, nobis religioni ducimus." Nec nos his plura addere volumus. — Restat, ut illum codicem nominemus, quo Cl. Lee, Professor linguae Hebraicae in universitate Cantabrigiensi, in praefatione (p. XVI.) translationis Anglicae itineris ab *Ibn Batuta* compositi (The Travels of *Ibn Batuta*) inter alios codices se usum esse dicit, ejusque titulum his verbis describit: The Khulāsat Tahkīk El Zunun (خلاصة تحقيق الظنون في شرح المتون), a biographical dictionary, apparently an abridgment of Hāji Khalfa; but of this I am not certain, as the copy of Hāji Khalfa with which I have compared it, contains scarcely half the number of works of which this gives some account. I suspect, however, that this copy of Hāji Khalfa is only an abridgment itself. The Epitomator's name is Kamāl Oddīn Abu Futūh Ibn Mustafa Ibn Kamāl Oddīn Ibn Ali El Sidīkī (كمال الدين ابو فتوح بن مصطفى بن كمال الدين بن على الصديقى). The book is in Mr. Burckhardt's collection. — Facile erit intellectu, hanc epitomen Cantabrigiensem vel eandem esse cum Parisiensi et Hauniensi, vel, quod minus credibile, cum Berolinensi et Petropolitano. Nomen ejus, qui librum in epitomen coëgit, alias non legitur, hic scilicet legitur; itaque operae pretium est, hunc codicem accuratius cognoscere et cum ceteris comparare, quamvis ad contextum constituendum haud

*) Cf. Ejus praefat. (p. XVI) ad interpretationem Germanicam operis Cardonnii sic inscripti: Histoire de l'Afrique et de l'Espagne sous la domination des Arabes.

**) Iter bibl. critic. p. 51.

multum utilitatis inde exspectemus. — Jam vero hoc ipso die per literas a Cl. Fraehn ad me datas comperi, praeter exemplum supra commemoratum aliud etiam esse Petropoli in bibliotheca Italinskiana.

Praeter hos libri codices nescio an alii in bibliothecis Europaeis inveniantur, si Constantinopolin excipis, ubi *Aja Sofia* (ايا صوفية) secundum catalogum, quem possideo, in serie illorum librorum, qui كتب التواريخ والسير (libri historici et biographici) inscribuntur, codicem insignitum habet اسامى كتب لكاتب چلبى, nec non bibliotheca *Haleti Efendi*, in qua inter libros philologos (ادبيّات) codex eodem modo inscriptus invenitur. Praeterea saepius a viris, qui opus sibi ex Oriente comparare studuerunt, rem non ex sententia processisse audivimus.

Jam nonnulla de auctore libri dicere visum est, cujus si merita hoc loco recensere vellemus, extra praefationis fines exspatiaremur. Fuit sane ille inter viros doctos sui temporis clarissimus, qui et eruditione et ingenio aequalibus facile palmam praeripuit. Multa et magna opera composuit, plus tamen scivit, quam scripsit, et ipse in lexico alia opera, quae composuit, commemorat, alia reticet. Vitam viri plures quidem scriptores narrant, inprimis autem haec fide digna putantur, quae ipse de se dicit. Invenimus ea in fine operis ميزان الحقّ (trutina veritatis), et quae ibi desunt, editor libri تقويم التواريخ (tabulae chronologicae) ad mortem auctoris supplevit, et huic libro, Constantinopoli anno 1146 (i. e. 1733 Chr.) impresso, praeposuit. Graviora tantum inde hic repetere liceat, cum, toto capite in linguas plures translato, viae latissimae pateant, quibus ad cognitionem viri copiosiorem pervenire possimus*).

*) Sic vita tota libro Cl. HAMMERI, *Synopsis encyclopaedica doctrinarum Orientalium* inscripto, praemissa est, et, nisi fallor, JAMES MITCHELL quoque illam dedit in *The History of the maritime wars of the Turks, translated from the Turkish of Haji Khalifeh.* Ceterum videantur KOEHLERUS in *Eichhornii Repertorio* (III, 277 — 84) — WAHLIUS in *Historia Persiae* pag. 157 sq. pag. 183. p. 188. — REISKIUS in *Autobiographia* pag. 161 — 62, et in *Prodidagmatis ad Hagji Chalifae librum memorialem rerum a Muhammedanis gestarum*, in fine *Tabulae Syriae* a KOEHLERO editae — GALLANDIUS in praefatione ad *Bibliothecam d'Herbelotii* — BECKIUS in interpretatione operis *Tableau général de l'Empire Ottoman*, a MOURADGEA D'OHSSON

Annus, quo *Mustafa Ben Abdallah*, *Katib Jelebi* dictus et vulgo *Haji Khalfa* (حاجى خليفة) appellatus, Constantinopoli natus sit, nescimus. Ab anno 1032 (inc. 26. Oct. 1622) calculator sive a rationibus Anatoliae fuit, et anno 1035 (inc. 23. Sept. 1625) ad bellum Baghdadense profectus est. Anno demum 1038 (inc. 21. Aug. 1628), cum obsidioni urbis Erzeri (ارزن الروم) quoque interfuisset, Constantinopolin reversus cum forte mesquitam Mohammedis praeteriret, *Cadhizadeh Efendi* Sheikhorum principem (رئيس المشايخ) et illius aedis praedicatorem audivit studium literarum tam fervide commendantem, ut omnem operam in eas impendere statueret. Primum igitur doctrinas grammaticas tractavit, brevique tempore linguae arabicae cognitione clarus, bello Hamadanensi et Baghdadensi anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631) finito, scholas Sheikhi repetiit, et cum magistrum a multis obtrectatum videret, ad adversarios refutandos librum ميزان الحقّ edidit. Cum paulo post anno 1043 (inc. 28. Jun. 1633) *Mohammedpasha*, qui summam imperii tenuit, cum exercitu in Syriam proficisceretur, noster bello deesse noluit, et militibus Halebi in hibernis collocatis religionis causa Meccam abiit, indeque nomen *Haji* i. e. „peregrinator“ reportavit. Anno 1045 (inc. 7. Jun. 1635) se ad studia revocavit, et Halebo Constantinopolin revertens omnes tabernas librarias exploravit, titulosque librorum ibi inventorum perscribere et eorum argumentum excerpere incepit. Hae lexici bibliographici primitiae ingenti incremento auctae sunt, postquam viri assiduitatem facultates haereditate acceptae adjuvare coeperunt. Ab anno 1048 (inc. 5. Mai. 1638) lectionibus Sheikhi *Araj* (اعرج) *Mustafazadeh* exegeticis diligenter interfuit, eumque sibi exemplum ad imitandum proposuit. Praeterea anno 1049 (inc.

editi (Tom. I, 569) — Toderini in *Letteratura Turchesca* (III, 27), et Hausleutnerus in hujus libri translatione Germanica (II, 182 sq.) — de Rossi in *Dizionario storico degli autori arabi* sub Hagi Calfa pag. 88. — Ios. de Hammer in *Historia Regni Ottomanici* VI, 46 sq. — Renaudotius in *Historia Patriarcharum Alexandrinorum* p. 536. — Pétis de la Croix in praefatione ad *Histoire de Timur Bec* p. XXXV sq. — *Biographie universelle* sub Hadji Khalfa — et alii, ut de Sacy, de Hammer, sexcentis locis, ubi obiter viri mentionem injiciunt.

24. Apr. 1639) publicas scholas *Kurd* (كرد) *Abdallae Efendi*, qui traditiones et disciplinas rationales docuit, in aula aedis *Aja Sofia* adiit, et anno 1050 (inc. 3. Apr. 1640) *Mohammed*em *Efendi* in collegio ad aedem *Suleimanije* audivit, cumque *Weli Efendi* praedicatore logicam et syntaxin retractavit. Ita per decem annos assiduus fuit in scholis publicis auditor, et lucubratione quoque ita usus est, ut rogatus ipse scholas habere posset. A lectionibus encyclopaedicis incipiens paulo post ad alias progressus est, et bello Cretensi anno 1055 (inc. 17. Febr. 1645) orto, ad geographiam, astronomiam et geometriam tanto studio se applicuit, ut omnes libros has disciplinas tractantes relegeret. Ex munere publico, quo fungebatur, cum nihil utilitatis in se redundare videret, eo se plane abdicavit, nec prius scholas habere et audire desiit, quam valetudine minus commoda uti inciperet. Ad hanc curandam opera medica et doctrinam de secretis literarum nominumque sanctorum virtutibus studiosissime tractavit, et inprimis ratione inclaruit, qua facillime quaestiones gravissimas et difficillimas solvere potuit, et cum viris sui temporis doctissimis familiariter uteretur, horum quoque consuetudine eruditionem et perfecit et amplificavit. Praeterea opera nonnulla, ut فذلكة et تقويم التواريخ componere inceperat, et cum *Mufti Abd-el-rehím Efendi* ejus merita non satis cognita esse intelligeret, *Khoja*m *Mohammedpasha*, summum militiae Turcicae praefectum, sollicitavit, ut amico munus *Khalfa*e secundi sive assessoris in collegio primo a rationibus deferret. Quod cum factum esset, ab hoc inde tempore ei nomen *Khalfa*e impositum est. Anno insequenti 1059 (inc. 5. Jun. 1649) doctrinas medicas, philosophicas et mathematicas tractare, de iisque scholas habere perrexit, et paulo post anno 1063 (inc. 22. Nov. 1652) opus تحفة الاكبار فى الحكم والامثال apophthegmatum et aenigmatum facetorum plenum, ad finem adduxit. Eodem tempore, postquam per quinque fere lustra in materia colligenda occupatus fuit et in parte libri encyclopaedica plus trecentas doctrinas tractavit, titulos, glossas, commentarios et argumenta librorum, quos vel ipse viderat vel ex aliis scriptis cognoverat, in ordinem digerere, auctorumque nomina et mortes iis adscribere et definitiones doctrinarum secundum literarum ordinem dispositarum addere incepit. — Cetera *Haji*

*Khalfae* opera, quorum indicem lectores in تقويم التواريخ (pag. 3) et apud Hammerum in Synopsi encyclopaedica (pag. 13 — 15) et Historia Regni Ottomanici (Tom. VI. pag. 46 — 47) videant, maximam partem geographica et historica sunt, et plura eorum ex officina typographica Constantinopolitana prodierunt, ut quod تحفة الكبار فى اسفار البحار inscriptum est et bella maritima tractat, annoque 1728 emissum est — جهان نما speculum mundi*), quod anno 1732 editum et a Cl. Norbergio in linguam latinam translatum est — et تقويم التواريخ, tabulae chronologicae, anno 1733 vulgatae, quae prius tantum italice quamvis misere versae exstabant ita inscriptae: Cronologia istorica scritta in lingua Turca, Persiana ed Araba da Hazi Halife Mustafa, e tradotta nell' idioma Italiano da Gio. Rinaldo Carli nobile Justinopolitano e Dragomano della Serenissima Republica di Venezia. In Venetia 1697 in forma quaternaria 206 paginarum. — *Haji Khalfa* mense Septembre anni millesimi sexcentesimi quinquagesimi octavi obiit.

Lingua, qua *Haji Khalfa* scripsit, quamvis coranicam eam appellare minime possis, ita tamen comparata est, ut vestigiis serioris temporis, quae in ea apparent, nihil insit vulgaris dictionis; at vero multa auctor admisit, quae a prioris temporis grammaticis vix probarentur. Deinde praefatio et liber ipse multa vocabula technica (اصطلاحات) continent, quae cum in lexicis non inveniantur, interpreti molestias creare possunt. Quo graviores autem difficultates *Haji Khalfae* in hoc libro componendo, in quo praeter Arabica scripta Persica et Turcica quoque commemorantur, superandae erant, eo majus pretium ei statuendum erit. Quantum temporis in materia congerenda et digerenda consumserit, vidimus. Immensam operum historicorum, biographicorum et encyclopaedicorum copiam eam ob causam perlegere coactus fuit, ut plena auctorum nomina eorumque mortes investigaret. Nullam partem literaturae neglexit, et omnia scripta, quorum accuratiorem cognitionem sibi comparare potuit, eadem diligentia

*) Cf. *Res biblioth. Norimberg. memorab.* ed. de Murr, III, 129. — Pars illius libri autographa e bibliotheca Comitis de *Rzewusky* nuper in bibliothecam Caesaream Vindobonensem transiit.

examinavit et recensuit. Quae ipsi volvere non licuit, et ne videre quidem, iis quoque verba, a quibus incipiunt, non apposuit. Ipsum igitur testem habemus locupletissimum, qui ipsa ratione opera describendi indicat, quousque scriptis fides habenda sit. Interdum solum titulum libri affert, auctore vel plane vel sibi tantum incognito. Magna autem sollertia et sagacitate in inveniendis et ordinandis glossis et commentariis usus est, nec usquam alibi nobis fons aperitur, unde similem harum rerum cognitionem haurire possimus. Etenim versatus est ita, ut fere semper priori posterius jungeret, judicium et suum et aliorum de singulis libris interponeret, ad lectorem delectandum versus immisceret, titulisque breve operis argumentum et dispositionem adderet. Nihilo secius loci inveniuntur, qui ultima lima egere videntur. Verba المتوفى سنة (mortuus anno) posita vides, numerum anni vero frustra quaeris; nec tamen auctori id vitio vertendum erit, quod nec ipse scire, nec quaerendo invenire potuit. Interdum etiam priorem tantum titulorum partem ponit prava codicum conditione illusus et destitutus, qui nec ipsi eos totos suppeditabant, cujus rei exempla et in libris manuscriptis nostrarum bibliothecarum non desunt. Levioris momenti sunt ea negligentiae vestigia, quorum culpa in auctorem ipsum derivanda est. Sic ordo titulorum alphabeticus interdum turbatus est (cf. num. 1435 cum 1436), nonnullique libri et loci sine ulla causa sufficiente bis allati sunt (cf. علم الادعية et علم الاوراد et 1175 cum 1211). Hae tamen maculae, si quae sunt, minime pretium libri minuere et levare possunt, cum similia opera, in quibus componendis nostrates versantur typographia aliisque auxiliis adjuti, similibus iisque saepe gravioribus vitiis laborent. Quodsi consideras, apud Muhammedanos manuscriptos tantum libros exstare, qui et ipsi saepissime librariorum culpa vitiis scatent, eosque non in bibliothecis regiis et academicis nostra ratione deponi et asservari, catalogos autem nostris accommodatos nusquam reperiri, miraberis, quomodo fieri potuerit, ut primum lexicon bibliographicum et encyclopaedicum inter Muhammedanos perfectissimum et esset et maneret. Turcae nostro itinera longa suscipienda erant, in quibus libros cognosceret et inspiceret, et si posset, singulas eorundem operum recensiones compararet. Quis, quaeso, cum materia undecunque comportanda esset, ea ipsa autem

e partibus dissimillimis constaret, ex illa monstrum sine vitio procreare poterit? Ubi igitur vides, Turcam eundem auctorem variis locis interdum nomine paulum mutato, ut *Hosein* cum *Hasan*, commemorare, et annum mortis ejusdem viri non semper eundem afferre (ita v. c. *Ibn Sina* et anno 428 et anno 429 mortuus esse dicitur), nonne mavis dicere, fontes ipsos, unde *Haji Khalfa* hauserit, turbidos fuisse, quam falsa criminatione in eum uti? Itaque caveas, ne auctori et interpreti quidquam vitio vertas, quod nec ille, nec hic commisit. Huic certe illius vestigia premenda, et quae displicebant et urgenda videbantur, ad annotationem erant reservanda.

Deinde multa, quae noster attulit, ea erant, ut non nisi ab aliis sumi possent. Eum autem hoc nomine plagiarium, qui nulla testis mentione facta clepserit, appellare vix ausim. Ingenue aliunde petita auctoribus attribuit, et fontes primarios, unde magna utilitatis copia in se redundabat, grato animo laudat. A viris doctis etiam identidem jure meritoque monitum est, *Haji Khalfa*m partem libri encyclopaedicam fere totam ex opere Sheikhi *Tashköprizadeh*, *Miftáh el-seádet* inscripto, assumsisse. Neque tamen anxie se auctori quasi in servitutem addixit. Examinat libere, quae ille profert, quae vituperanda esse putat, vituperat, multaque de sui aliorumque ingenii copiis addit. Liber Sheikhi *Tashköprizadeh* autem, qui nec ipse primus definitionum auctor est, tam ob raritatem, quam ob judicium de ejus pretio ferendum dignus est, qui accuratius cognoscatur. Inscriptus est كتاب مفتاح السعادة ومصباح السيادة „clavis felicitatis et lucerna dominationis,“ et ut vidimus مولى احمد بن مصطفى الشهير بطاشكبرى زاده „Mollam *Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Tashköprizadeh* dictum,“ auctorem habet. Opus rarissimum est in bibliothecis Europaeis vix obvium, si Vindobonensem excipis, cui, nisi fallor, a Josepho de Hammer, fautore meo et patrono amicissimo et generosissimo, traditum est, qui codicem, cum Viennae agerem, liberalissime mecum communicavit. Ita occasione data opportuna eum fere totum descripsi, et magnum fructum in interpretando et explicando *Haji Khalfa* ex eo cepi. Divisio disciplinarum earumque conscriptio, quam infra a pagina tricesima secunda videbis, tota e praefatione libri laudati repetita est. Hic enim in quatuor praefationes divisus est, vel ut auctor ipse dicit

مرتّب على اربع مقدّمات ثمّ على طرفين وسبع دوحات المقدّمة الاولى فى فضيلة العلم والتعلّم والتعليم المقدّمة الثانية فى شرآئط المتعلّم ووظآئفه المقدّمة الثالثة فى وظآئف المعلّم وآدابه المقدّمة الرابعة فى بيان النسبة بين طريق النظر وطريق التصفية الطرف الاول من الكتاب فى الارشاد الى كيفيّة تحصيل طريق النظر — الطرف الثانى منه فى العلوم المتعلّقة بالتصفية التى هى ثمرة العمل بالعلم

Tum sequitur praefatio et الدوحة السابعة وهى اخر الدوحات السبع فى علوم الباطن ولها اربع شعب العبادات والعادات والمهلكات والمنجيات

Discimus inde, totum librum in quatuor praefationes, duas partes et septem arboreta dispertitum esse. Prima praefatio agit de scientiae praestantia et pretio et discendo et docendo constituendo, secunda de conditionibus discentis honoribusque ei habendis, tertia de honoribus docenti habendis moribusque ei observandis, quarta de expositione rationis, quae inter viam speculativam et viam theosophicam intercedit. Pars prima libri tractat directionem ad rationem, qua via speculativa aperienda et facienda sit, et ex hac omnia petita sunt, quae in *Haji Khalfa*e libro e *Tashköprizadeh* inveniuntur. Pars altera agit de disciplinis ad theosophiam pertinentibus, quae fructus est actionum e scientia proficiscentium. — In doctrinis singulis autem ita versatur, ut primum eas definiat, deinde auctores nominet, qui de iis scripserunt, titulosque librorum addat, neque tamen temporis, quo compositi sint, neque pretii interiorisque eorum nexus et dispositionis ullam rationem habeat, quod clarius elucebit ex historia Arabum literaria, jam dudum a nobis praeparata, ubi saepe ad hujus libri auctoritatem recurrendum erit. Praeterea in praefatione lexici, quae nobis magni pretii esse videtur, nonnulla certe inveniuntur, quae *Tashköprizadeh* sua esse dicere possit. Fons tamen ejus primarius illa praefatio *Ibn Khalduni* est illustri laude celebrata, quam inprimis e scriptis Cl. Silvestris de Sacy cognovimus. Idem librarius in prima pagina codicis Berolinensis, de quo supra mentionem feci, testatur his verbis طلعت تأريخ ابن خلدون فوجدت اكثر العبارة التى فى ديباجة هذا (الكتاب) منه

i. e. „legi historiam *Ibn Khalduni* invenique argumentum praefationis hujus lexici bibliographici maximam partem ex illa ad verbum desumtum esse“, et certe, quae nobis comparare licuit, multa continent his, quae in nostra praefatione obvia sunt, similia. Denique hoc etiam addendum est, ubi noster verbum قال (dicit), cujus rei plurima exempla in poëtarum libris ديوان inscriptis occurrunt, absolute ponit, *Ibn Khallekán* intelligendum esse, cujus testimonio utatur. Ceterum auctores, quos auxilio vocat, ut *Ibn-elsobki* classiumque (طبقات) scriptores, diserte nominat.

Inter viros doctos Europaeos Herbelotius primus fuit, qui merita auctoris nostri ejusque libri pretium grato animo agnovit et ab eo in Bibliotheca Orientali conficienda magnas praedas fecit; mendosis tamen codicibus saepissime deceptus multa vitia in scribendo et vertendo commisit. Postea plures viri linguarum Orientalium studiosi eum arbitrum ceperunt rerum in historia literaria doctrinaeque orbe controversarum. Ita Silvester de Sacy, Josephus de Hammer, Fraehn, Hamaker et alii saepissime ad ejus auctoritatem provocarunt, et nisi fallor, Cl. Silvester de Sacy aliquando in praefatione vertenda operam posuit, attamen codicibus correctioribus destitutus rem non ad finem adduxit. Item Assemanus uterque, ut e Reiskii Autobiographia (pag. 162) et Koehleri verbis in Eichhornii Repertorio (III, 279) discimus, libri editionem moliti sunt, postea vero rationibus nescio quibus absterriti incepto destiterunt. Eo digniores igitur Angli sunt, qui praedicentur, quod neque molem libri neque impensas in eum per typos exscribendum faciendas timuerunt. Voluerunt scilicet, ut lexicon bibliographicum et encyclopaedicum introitum quasi ad seriem operum Orientis Islamici ipsorum sumtu et cura in varias linguas versorum aperiret. Noli igitur irasci, quod Te, Vir Illustrissime, Comes de Munster, qui omnium eorum, quae hac in parte magna et laudabilia suscipiuntur, quasi parens atque auctor es, publice hic compello, et Tibi pro ea, qua me prosecutus es, comitate justas audeo grates persolvere, nihilque magis opto et cupio, quam ut Vobis omnibus, Viri Generosissimi, qui mihi provinciam libri interpretandi dedistis, satisfecerim. Neque Tu, amicissime Rosen, pro ea, quae in Te est, modestia, repelles amicum, qui Te ipsi in negotio

et suscipiendo et gerendo nunquam defuisse, non potest a se impetrare, quin aperte ac palam profiteatur.

Rationem, qua nomina propria scripsi, vides Anglicam esse, neque hoc miraberis, cum omnes interpretationes, quae sumtibus Anglorum emittuntur, certa regula adstrictae esse debeant. Ab initio quidem a recta via interdum aberravi, et inde varia scribendi ratio nonnullorum nominum explicanda et, si placet, excusanda est. Facillime enim in ejusmodi rebus peccatur, praesertim quum per plures annos aliam rationem secuti sumus. Literam ق per *c* dedi, sed in hanc literam ante *e* et *i* propter mutatam pronunciationem duplex *ck* substituenda erat, quae scribendi varietas litera *q* loco *c* posita oriri non potuisset. Vocalem *Kesre* ـِ semper per *i* expressi hac causa adductus, quod illa lege non observata saepissime lector de recta nominum propriorum scriptione in errorem inducitur, cum, vocali *Fat'ha* ـَ interdum pronunciationem nostrae vocali *e* similem admittente, illa non appareat. *Shehâb-ed-dîn* autem loco *Shihâb-ed-dîn* admisi, quod illa ratio scribendi et pronunciandi nimis vulgata est, quam ut eam nec vellem sequi nec possem. Deinde haec quoque lex mihi scripta fuit, ut nomina Orientalia, quantum fieri posset, immutata ponerem. Parui legi, et ubi flexus nominum per regulas grammaticas evitari non poterat, formam nativam typis vulgaribus exprimendam curavi, syllabas adjectas autem et declinatas literis obliquis exscripsi. Quodsi dictionem hac in parte minus latinam deprehendes, omne vitium ex illa regula, ubi ob nomina propria observanda erat, derivandum esse mihi facile concedes. Ita fere semper dignitatem nomini ipsi praemisi.

Nihil incertius et saepe ineptius cogitari posse, quam sensum titulorum librorum Orientalium, haud raro insulse et sine omni judicio compositorum, pro comperto habemus. Hinc factum est, ut viri docti, quibus plures librorum tituli vertendi erant, satius ducerent, illos intactos relinquere*), et me quoque hac in re saepe peccasse, libenter et ingenue fateor, praesertim cum ipsos codices descriptos inspicere et eorum argumentum examinare non licuit. Catalogos quidem librorum manuscriptorum Orienta-

*) Cf. v. c. Cl. de Sacy ad Abdollat. 493 (135) et in Chrestom. Tom. I. 123 (70).

lium evolvi eosque auxilio vocare studui, quaerenti tamen non suffecerunt, et praeterea major pars codicum, quorum mentio illata erat, in Europa vel non invenitur, vel ignota in bibliothecis et scriniis latet. In initio libri priorem titulorum partem interdum non versam esse animadvertes, attamen legis instituti interpretationum Anglici memor mox totum titulum latine reddere et studui et in futurum studebo. Multa huic laboris parti haud dubie insunt, quibus corrigendis ut medicinam quaerant, viros doctos omnibus precibus oro et obtestor. Attamen rarissime tantum omnem interpretationis laudem abjeci manumque de tabula sustuli. Quodsi nonnunquam philologis severioribus verbis novis vel assumendis vel fingendis stomachum feci, hi nolint oblivisci, mere latina saepissime non sufficere Romanosque philosophos a non philosophando dici. Lingua latina angustis finibus inclusa si ad res ideasque novas et philosophicas exprimendas, quales in nostro libro occurrunt, uti coactus es, neminem veterum habes, quem imiteris; itaque saepius a Romana consuetudine aberrabis. Perspicuitatis laus maxime quaerenda est; jam ubi multa verba facienda sunt, vel verborum copia linguae exterae ad res clare reddendas minime idonea est, nova erit via aperienda ad exemplum a majoribus ipsis depromtum. Verba technica ubique ad intelligendum difficillima sunt; quomodo autem in ingenii linguarum diversitate earumque paupertate fortuita illorum sensum explanabis, nisi certam rationem ingressus fueris, qua ea reddas? Multa etiam in verborum delectu admissa sunt, quorum mihi in annotatione ratio reddenda erit. Ita vocem تعليقة simpliciter per „appendix" expressi originem verbi et propriam ejus significationem secutus, quamvis haud ignorem, vocem interdum idem esse ac حاشية i. e. glossae, vel interdum potestatem habere additamentorum glossis illis adspersorum.

Deinde multum taedii mihi devorandum fuit in numeris et nominibus propriis emendandis et corrigendis. Librarii nusquam alibi magis a vero aberrarunt et sibi invicem adversati sunt, quam in recta harum rerum scriptione, neque id mirum, cum unus literarum ductus incertus et dubius satis est ad totum verbum corrumpendum. Evolvi omnes libros, ad quos aditus datus erat, et impressos et manuscriptos ad verum inveniendum, nec tamen gloriari possum, me semper fortunae beneficio in inveniendo

usum esse vel rectum vidisse. Plura et in hac parte in melius reparanda erunt et a viris doctis emendanda.

Atque Tu, mi Fleischere, qui saepissime consultus de locis desperatis mihi semper communicandi facilitate adfuisti, multa Tuae eruditionis monumenta in hoc libro exstare voluisti. Sunt certe loci desperati, quibus lucem afferre vix contigit, vel saltem difficultates inesse credidimus in medio relinquendas.

Denique id quoque addere volebamus, lexicon *Haji Khalfa*e a viro docto Constantinopolitano, de quo alias mentionem pleniorem faciemus, usque ad medium seculum praecedens et supra continuatum esse, apographumque operis, cujus conficiendi copia mihi a Cl. Hammero facta est, in scrinio meo jacere. Codex rarissimus est et haud dubie unicus isque non nisi cura viri saepius laudati indefessa Viennam advectus, qui amplius quingentos libros recenset et ab auctore anno Hejrae millesimo centesimo septuagesimo secundo, qui idem est cum nostro seculi septimi decimi anno quinquagesimo octavo sive nono, digestus est.

Tomum primum, si Deo placet, secundus brevi tempore excipiet. Interea lector illum oculis benignis adspiciat, errataque typographica, quorum pleniorem indicem huic addemus, venia digna esse concedat. Librum autem mihi obiter relegenti occurrerunt fere haec: Pag. 32 lin. 6 lege سبع loco سبعة, ibid. lin. 10 Tashköprizadeh loc. Taschköprizadeh, p. 41 lin. 18 Tashköprizadeh loc. Taschköprizadeh, p. 81 lin. 9 Omayyadarum loc. Ommiyadarum, p. 105 lin. 5 Sibaweihi loc. Siboweihi, p. 165 lin. 3 Abu'lfat'h loc. Abu'lfatah, ibid. lin. 11 a verbis loc. verbis, p. 205 lin. 8 El-Ahlác loc. Ahlác, p. 224 lin. 11 Abu'lfat'h loc. Abu'lfath, p. 232 lin. 19 Birgili loc. Birgeli, p. 256 lin. 9 Keshsháf loc. Kessháf, p. 276 etc. lin. 13 Cortubi loc. Cordubi, p. 285 lin. 5 Becáï loc. Beccáï, et quae sequuntur. Dabam Misenae Idibus Martiis MDCCCXXXV.

**Gustavus Fluegel.**

بسم الله الرحمن الرحيم وبه العون

زواهر نطق يلوح انوار الطافه من مطالع الكتب والصحائف وبواهر كلام يفوح ازهار اعطافه على صفحات العلوم والمعارف حمد الله الذى جعل زلال الكمال قوت القلوب والارواح وخصّ مزايا العرفان بفرحة خلا عنها افراح الراح وفضّل الذوق الروحانىّ على الجسمانىّ تفضيلًا لا يعرفه الّا من تضلّع اذواقا واودع فى كنه الفضل لطفًا لا يدركه الّا من تفضّل وفاقا والصلوة والسلام على الذى كمّل علوم الاولين والاخرين بكتاب ناطق آياته بيّنات وحجج قرانا عربيًّا غير ذى عوج صلّى الله عليه وعلى آله الابرار وصحبه الاخيار ما طلع شموس المعانى من وراء حجاب السطور والدفاتر وانار انوار المزايا من اشعّة رشحات الاقلام والمحابر

## NOMINE DEI CLEMENTIS ET MISERICORDIS, PENES QUEM EST AUXILIUM.

**Sermonis veneres, cujus gemmae suaves ex librorum et paginarum frontibus splendent, orationisque miracula, cujus flores delicati per doctrinarum et cognitionum facies odorem diffundunt (continentur verbis): Laudatus sit Deus, qui ex aqua perfectionis limpida cordibus spiritibusque paravit victum, cognitionisque excellentiam peculiari affecit gaudio, a quo abest insolens animi elatio, qualem vinum parit, et animi voluptati praestantiam tribuit prae voluptate sensuum, quam tantummodo intelligit, qui deliciis internis ad satietatem usque fruitus est — qui in praestantiae essentia suavitatem reposuit, quam ille solus sentit, qui excellentia pollet aliosque superat. Benedictio et salus ei qui libro perspicuo majorum et posteriorum disciplinas consummavit, cujus versus probationes sunt et argumenta. (Manifestavit scilicet) Coranum arabice scriptum, qui nulla ambiguitate laborat. Deus sit ei propitius familiaeque ipsius piae et asseclis optimis, quamdiu sententiarum soles pone linearum et voluminum aulaea splendebunt, et praestantiae lumina ex radiis guttarum e calamis et atramentariis emanantium fulgebunt.**

امّا بعد لمّا كان كشف دقائق العلوم وتبيين حقائقها من اجلّ المواهب واعزّ المطالب قيّض الله سبحانه فى كلّ عصر علماء قاموا باعباء ذلك الامر العظيم وكشفوا عن ساق الجدّ والاهتمام بالتعليم والتفهيم سيما الائمّة الاعلام من علماء الاسلام الذين قال فيهم النبىّ عليه الصلوة والسلام علماء امّتى كانبياء بنى اسرائيل فانّهم سبّاق غايات واساطين روايات ودرايات فمنهم من استنبط المسائل من الدلائل فاصّل وفرّع ومنهم من جمع وصنّف فابدع ومنهم من هذّب وحرّر فاجاد وحقّق المباحث فوق ما يراد رحم الله اسلافهم وايّد اخلافهم غير ان اسماء تدويناتهم لم تدوّن بعد على فصل وباب ولم يرد فيه خبر كتاب

ولا شكّ ان تكحيل العيون بغبار اخبار اثارهم على وجه الاستقصاء لعمرى انّه اجدى من تفاريق العصاء اذ العلوم والكتب كثيرة والاعمار عزيزة قصيرة والوقوف على تفاصيلها متعسّر بل متعذّر وانّما المطلوب ضبط معاقدها والشعور على مقاصدها وقد الهمنى الله تعالى جمع

---

Cum revelatio eorum, quae in doctrinis subtilia sunt, verique, quod in iis delitescit, expositio inter dona Dei praestantissima et desideria pretiosissima sint referendae, deus sanctus quouis seculo pro gratia sua viros doctos excitavit, qui grave illud negotium strenue sustinuerunt, et studium acre curamque diligentem hominibus edocendis et instituendis impenderunt, illos potissimum Imamos antesignanos inter doctos Jslamitarum, quos propheta, cui Deus propitius sit, his laudat verbis: Docti populi mei haud dissimiles sunt prophetis Israelitarum, quippe qui terminos summos ultra progrediuntur, et columina sunt scientiae tam traditione acceptae quam cogitatione collectae. Eorum alii argumentatione dogmata elicuerunt, quae praecepta sint primaria et derivata constituentes; alii materie collecta, libros composuerunt, fundamenta novarum doctrinarum divine jacientes; alii deinde perpoliverunt et digesserunt, hocque munere egregie perfuncti sunt, et in theses propositas accurate, ultra quod quis optando assequi posset inquisiverunt. Deus eorum majoribus misericordiam tribuat, et successores auxilio suo juvet.

Sed cum nomina scriptorum ab iis compositorum nondum per sectiones et capita ordinata sint, neque liber ullus de hac materia innotuerit, dubitari non potest, quin levis quidem, sed accurata monumentorum illorum notitia, qua oculi delectentur, per vitam meam! res sit utilior baculi fragmentis, praesertim quum tanta exstet doctrinarum atque librorum copia, et vitae spatium pretiosum sit et breve, illorumque per singulas partes cognitio magna cum difficultate, immo vero omnino non comparari possit. Itaque nihil aliud intendimus, nisi ut nodos eorum constringamus et argumenta demonstremus. — Jam Deus excelsus me in eam mentem impulit, ut indicia librorum dispersa

اشتاتها وفتح علىّ ابواب اسبابها فكتبتُ جميع ما رأيته فى خلال تتبّع المؤلّفات وتصفّح كتب التواريخ والطبقات ولمّا تمّ تسويده فى عنفوان الشباب بتيسير الفيّاض الوهّاب اسقطتُه عن حيّز الاعتداد واسبلتُ عليه رداء الابعاد غير انّى كلّما وجدت شيئًا الحقته الى ان جاء اجله المقدّر فى تبييضه وكان امر الله قدرًا مقدورًا فشرعت بسبب من الاسباب وكان ذلك فى الكتاب مسطورًا ورتّبته على الحروف المعجمة كالمغرب والاساس حذرًا عن التكرار والالتباس وراعيت فى حروف الاسماء الى الثالث والرابع ترتيبًا فكلّ ما له اسم ذكرته فى محلّه مع مصنّفه وتاريخه ومتعلّقاته ووصفه تفصيلًا وتبويبًا وربّما اشرت الى ما روى عن الفحول من الردّ والقبول واوردت ايضا اسماء الشروح والحواشى لدفع الشبهة ورفع الغواشى مع التصريح بانّه شرح كتاب فلانى وانّه سبق او سياتى فى فصله بناءً على انّ المتن اصل والفرع اولى ان يذكر عقيب اصله وما لا اسم له ذكرته باعتبار الاضافة الى الفنّ او مصنّفه فى باب التاء والدال والراء

---

colligerem, aperuitque mihi accessum ad eorum subsidia; qua de causa omnia descripsi, quae in media operum lectione et librorum historicorum et biographicorum inspectione occurrerunt. Cum deinde tempore primae juventutis singulari Dei benignissimi et liberalissimi gratia adversaria levius notata essent, removi ea ex area rerum, quibus aliquod pretium statuebam, iisque velum injeci separationis, praeterquam quod, quotiescunque aliquid inveni memoratu dignum, illud adjeci, usque dum tempus libri accurate conscribendi et publicandi praefinitum institit, quandoquidem decretum Dei fatali necessitate a me exsequendum erat; atque ita, quacunque demum causa motus, opus aggressus sum, cum hoc in libro consiliorum divinorum praescriptum esset. Repetitionis et confusionis autem evitandae studio librum disposui secundum ordinem alphabeticum, ita ut v. c. opera *Elmogreb* et *Asás* sub hac ipsa forma (non sub *assa* et *garaba*) quaerenda sint, et in titulis librorum ordinandis literas ad tertiam adeo et quartam usque respexi. Quemque autem librum, cui titulus singularis praescriptus est, loco suo commemoravi, adjecto auctoris nomine, compositionis tempore omnibusque quae ad eum pertinent additis, simul cum ejus per sectiones et capita divisione. Saepe etiam judicia virorum doctissimorum vel aequa vel contraria citavi, neque solum nomina commentariorum et glossarum dubii removendi et obscuritatis evitandae causa recensui, sed diserte etiam dixi, hoc opus esse commentarium illius vel hujus libri, eumque aut jam prius a me recensitum esse aut in sectione sua recensitum iri, in qua re hoc spectavi, textum esse rem primariam et convenire, ut res secundaria statim post primariam, quae illi originem dederit, commemoretur. Libros autem titulo peculiari carentes subjeci literis *Ta* (*Taríkh*

والكاف برعاية الترتيب فى حروف المضاف اليه كتاريخ ابن اثير وتفسير ابن جرير وديوان المتنبّى ورسالة ابن زيدون وكتاب سيبويه واوردت القصائد فى القاف وشروح الاسماء الحسنى فى الشين وما ذكرته من كتب الفروع قيّدته بمذهب مصنّفه على اليقين وما ليس بعربىّ قيّدته بانّه تركى او فارسى او مترجم ليزول به الابهام واشرت الى ما رأيته من الكتب بذكر شىء من اوّله للاعلام وهو اعونُ على تعيين المجهولات ودفع الشبهة وقد كنت عيّنت بذلك كثيرا من الكتب المشتبهة وامّا اسماء العلوم فذكرتها باعتبار المضاف اليه فعلم الفقه مثلا فى الفاء وما يليه كما نبّهت عليه مع سرد اسماء كتبه على الترتيب المعلوم وتلخيص ما فى كتب موضوعات العلوم كمفتاح السعادة ورسالة المولى لطفى الشهيد والفوائد الخاقانيّة وكتاب شيخ الاسلام الحفيد وربّما الحقت عليها علوما وفوائد من امثال تلك الكتب بالعزو اليها

---

s. *Tefsír)*, *Dal (Diwán)*, *Ra (Risálet)* et *Kef (Kitáb)*, ita ut in iis disponendis non solum nominis doctrinae aut scriptoris, illis in genitivo adjuncti, rationem haberem, sed etiam in his ipsis genitivis ordinem literarum observarem. Itaque opus historicum Ibn Athíri quaeres sub *Taríkh* Ibn Athír, commentarium Corani Ibn Jerír sub *Tefsír* Ibn Jerír, collectionem carminum Motenebbii sub *Diván* El-motenebbi, epistolam Ibn Zeiduni sub *Risálet* Ibn Zeidun, et grammaticam Sibeweihi sub *Kitáb* Sibeweih. Eodem modo carmina, quae *Casidae* nominantur, et commentarios *(Shoruh)* nominum Dei pulchrorum (virtutum divinarum) in litera *Shin* laudavi. Libros qui de juris utriusque dogmatibus derivatis agunt, accuratius descripsi, ita ut sectam, quam scriptor sequebatur, certis auctoribus usus indicarem; item scripta non arabica designavi, utrum essent turcica, an persica, an aliunde versa significans, ut hoc modo omnis dubitatio tolleretur. Libros, quos ipse vidi, eo indicavi, quod descriptionis causa partem initii eorum laudavi, quae ratio plurimum facit ad ea, quae incognita sunt, clarius definienda et ambigua removenda. Ita antea jam plurimos librorum dubiorum accurate determinaveram. — In disponendis doctrinarum nominibus ordinem literarum spectavi, quibus verbum in genitivo appositum incipit, ita ut v. c. *ilm elfikh* (juris doctrina) in litera *Fa* et sic porro, ut supra monui, quaerenda sint, simul cum serie nominum librorum, quae de hac vel illa doctrina agunt, secundum ordinem antea descriptum, et succincta relatione eorum, quae in libris objecta disciplinarum tractantibus, quales sunt *Miftah es-seádet*, *Risálet* El-maula Lutfi Martyris, *El-fewáïd El-chacaníjet*, et liber, quem Sheikh-el-islam El-hefid edidit, legun-

واوردت مباحث الفضلاء وتحريراتهم بذكر ما لها وما عليها وسمّيته بعد ان اتممته بعون الله وتوفيقه

## كشف الظنون عن اسامى الكتب والفنون

واهديته الى معشر اكابر العلماء وزمرة الفحول والفضلاء وما قصدت بذلك سوى نفع الخلف وابقاء ذكر اثار السلف وقد ورد فى الاثر عن سيّد البشر من ورّخ مؤمنًا فكانّما احياه والله الميسّر لكلّ عسير نعم المبشّر ونعم النصير ولا حول ولا قوّة الّا بالله العلى العظيم

وهو على مقدّمة وابواب وخاتمة

---

tur. Saepius his novos addidi ex illis similibusque scriptis, indicata auctoritate, locos argumenti utilis et longiores et breviores. Denique recensui virorum doctorum commentationes et scripta minora, simul indicans ea quae illorum sententiis favent, et quae iis adversantur. Librum autem nostrum postquam auxilio et numine Dei ad finem perduxi, inscripsi ita:

## AMOLITIO EORUM QUAE DE NOMINIBUS LIBRORUM ET DOCTRINARUM FALSO CREDITA ET TRADITA SUNT.

Obtuli enm congregationi virorum doctrina abundantium, pereruditorumque et meritissimorum coetui, neque quidquam aliud in hoc opere ante oculos habui, nisi utilitatem posteritatis et perennem monumentorum, quae exegerunt sibi majores, memoriam. In traditione enim, quae principem generis humani auctorem habet, hoc legitur: Qui Muslimi fidelis memoriam historia celebrat, idem facit ac si eum in vitam revocet. Deus est, qui, quicquid difficultatibus est obstructum, expedit, ille profecto optima quaeque nos sperare jubet et efficacissime nos adjuvat; neque est potestas neque vis nisi in Deo excelso et magno. —

Est autem hic liber divisus in praefationem, capita et conclusionem.

# المقدّمة

## فى احوال العلوم وفيها ابواب وفصول

## الباب الاوّل

### فى تعريف العلم وتقسيمه وفيه فصول

## الفصل الاوّل

### فى ماهيّته

واعلم انّه اختلف فى انّ تصوّر ماهيّة العلم المطلق هل هو ضرورىّ او نظرىّ يعسر تعريفه او نظرىّ غير عسير التعريف والاوّل مذهب الامام الرازى والثانى راى امام الحرمين والغزالىّ والثالث هو الراجح وله تعريفات **التعريف الاوّل** اعتقاد الشىء على ما هو به وهو مدخول لدخول التقليد المطابق للواقع فزيد فيه قيد عن ضرورة او دليل لكن لا يمنع

---

# PRAEFATIO

## DE OMNIBUS IIS, QUAE AD DOCTRINAS PERTINENT, CAPITIBUS ET SECTIONIBUS CONSTANS.

# CAPUT PRIMUM

## DE EXPLICATIONE VOCABULI *ILM* (SCIENTIA) EJUSQUE DIVISIONE IN SECTIONES DISPARTITUM.

## SECTIO PRIMA

### UBI QUAERITUR QUID SIT SCIENTIA.

Docti magnopere dissentiunt, utrum notio, quam de natura scientiae in universum tenemus, sit necessaria, an speculativa, et si speculativa sit, utrum definitu difficilis nec ne. Primam quidem opinionem amplectitur Imamus Razi, secundae addicti sunt Imám el haramein et Gazáli, verum tertia ceteris potior est. Deinde variae sunt vocabuli *Ilm* (scientiae) explicationes, quarum p r i m a haec est: Scire est credere, rem esse talem, qualem se praebet. Haec tamen explicatio vitiosa est, quoniam fidem, quae aliorum auctoritate nititur, facto consequentem includit; quare alii restrictionem addiderunt „con-

الاعتقاد الراجح المطابق وهو الظنّ الحاصل عن ضرورة او دليل **الثانى** معرفة المعلوم على ما هو به وهو مدخول ايضا لخروج علم الله تعالى اذ لا يسمّى معرفة ولذكر المعلوم وهو مشتقّ من العلم فيكون دَوْرًا ولانّ معنى على ما هو به هو معنى المعرفة فيكون زائدًا **الثالث** هو الذى يوجب كون من قام به عالمًا وهو مدخول ايضا لذكر العالم فى تعريف العلم وهو دور **الرابع** هو ادراك المعلوم على ما هو به وهو مدخول ايضا لما فيه من الدور والحشو كما مرّ ولانّ الادراك مجاز عن العلم **الخامس** هو ما يصحّ ممّن قام به اتقان الفعل وفيه انّه يدخل القدرة ويخرج علمنا اذ لا مدخل فى صحّة الاتقان فانّ افعالنا ليست بايجادنا **السادس** تبيين المعلوم على ما هو به وفيه الزيادة المذكورة والدور مع انّ

---

venienter cognitioni sive per se necessariae (empiricae) sive logicae.“ Neque tamen haec restrictio fidem argumentis gravissimis nixam et rationi consentaneam i. e. opinionem ex cognitione necessaria sive logica ortam excludit. — Explicatio secunda. Scire est cognovisse objectum scientiae ita, ut re ipsa apparet. Haec quoque explicatio vitiosa est. Primum enim scientiam Dei excludit, cum haec minime cognitio dici possit. Deinde vocabulum *Ma'lum* (objectum scientiae) adhibitum est, quod a voce *Ilm* (scientia) derivatur, ita ut gyrus existat; denique verba „ut re ipsa apparet“ notionem exprimunt, quae jam voci „cognovisse“ inhaeret, ideoque superflua sunt. — Explicatio tertia. Scientia est id, quod illum, qui eam habet, scientem facit. — Neque haec explicatio vitio caret, cum in explicando vocabulo „*Ilm*“ vox „*ālim*“ adhibita sit. Est igitur definitio in orbem. — Explicatio quarta. Scire est objectum scientiae ita mente comprehendere, ut se re vera offert. Haec quoque explicatio falsa est, cum gyro et redundantia laboret, ut antea notatum est, et vox „*Idrák*“ (mente comprehendere) interdum metaphorice pro „*Ilm*“ (scire) dicatur. — Explicatio quinta. Scientia est illud, quod eum, qui scientiam in se habet, rei scientia perceptae justo modo efficiendae idoneum reddit. Objiciendum tamen est, quod hac ratione scientia potentiam quoque comprehendat, scientiam vero, quam de nobismet ipsis habeamus, excludat, cum haec nullo modo cum facultate rei scientia perceptae efficiendae conjuncta sit; per nullam enim earum rerum, quas facimus, efficitur, ut nosmet ipsi simus. — Explicatio sexta. Scire est objectum scientiae, ut re ipsa apparet, distinctum et apertum reddere. Haec quoque explicatio illa redundantia antea commemorata laborat et in orbem redit. Praeterea verba „distinctum et apertum reddere“ indicant rem manifestari, quae antea

التبيين مشعر بالظهور بعد الخفاء فيخرج عنه علم الله تعالى **السابع** اثبات المعلوم على ما هو به وفيه الزيادة والدور وايضا الاثبات قد يطلق على العلم تجوّزًا فيلزم تعريف الشيء بنفسه **الثامن** الثقة بان المعلوم على ما هو به وفيه الزيادة والدور مع انّه لزم كون البارى واثقًا بما هو عالم به وذلك ممّا يمتنع اطلاقه عليه شرعًا **التاسع** اعتقاد جازم مطابق لموجب امّا ضرورة او دليل وفيه انّه يخرج عنه التصوّر لعدم اندراجه فى الاعتقاد مع انّه علم ويخرج علم الله تعالى لانّ الاعتقاد لا يطلق عليه ولانّه ليس بضرورة او دليل وهذا التعريف للفخر الرازىّ عرّفه به بعد تنزّله عن كونه ضروريّا **العاشر** حصول صورة الشيء فى العقل وفيه انّه يتناول الظنّ والجهل المركّب والتقليد والشكّ والوهم قال ابن صدر الدين هو اصحّ الحدود عند المحقّقين من الحكماء وبعض المتكلّمين **الحادى عشر** تمثّل

---

latuerit, ideoque scientiam Dei excelsi excludunt — Explicatio septima. Scire est ponere objectum scientiae tale, quale se re vera praebet. Hic quoque praeter vitiosam illam redundantiam et circuli usum est notandum, vocabulum *ithbát* (ponere) etiam metaphorice pro scientia in universum dici, unde necessario sequitur, rem per se ipsam explicatam esse. — Explicatio octava. Scire est certam fiduciam habere, objectum scientiae esse tale, quale re ipsa apparet. Ex hac explicatione, quae non minus redundantia et gyri vitio laborat, necessario efficitur, creatorem in re, cujus scientiam in se habeat, fiduciam ponere, id quod de Deo praedicare per legem divinam non licet. — Explicatio nona. Scientia est fides omnem dubitationem praecidens et rationi ad persuadendum accommodatae respondens, sive ex necessaria cognitione sive ex argumentis ducta. Sed obstat, quod hac explicatione e scientia, cui tamen subjectae sunt, excluduntur ideae per intuitionem menti informatae, quippe quae fide non comprehendantur, deinde quod ea excluditur scientia Dei excelsi, de quo fides ut attributum, praedicari non possit, neque illa cognitione necessaria neque argumentatione nitatur. Haec explicatio Fakhr-ed-din Er-razi auctorem habet, qui eam proposuit, postquam scientiam necessario mente concipi credere destitit. — Explicatio decima. Scientia constat eo, quod idea rei in mente formata est. Haec autem explicatio perperam opinionem, ignorantiam compositam, fidem aliorum auctoritate nixam, dubium et conjecturam complectitur. Ibn Sadr-ed-din hanc explicationem omnium verissimam haberi ait a viris inter philosophos subtilissimis et nonnullis metaphysicis. —

ماهيّة المدرَك فى نفس المدرِك وفيه ما فى العاشر وهذا ان التعريفان للحكماء مبنيان على الوجود الذهنى والعلم عندهم عبارة عنه فالاول يتناول ادراك الكلّيات والجزئيّات والثانى ظاهره يفيد الاختصاص بالكلّيات **الثانى عشر** هو صفة توجب لمحلّها تمييزًا بين المعانى لا يحتمل النقيض وهو الحدّ المختار عند المتكلّمين الّا انّه يخرج عنه العلوم العاديّة كعلمنا مثلًا بانّ الجبل الذى رأيناه فيما مضى لم ينقلب الآن ذهبا فانها تحتمل النقيض لجواز خرق العادة واجيب عنه فى محلّه وقد يزاد فيه بين المعانى الكلّيّة وهذا مع الغنى عنه يخرج العلم بالجزئيّات وهذا المختار عند من يقول العلم صفة ذات تعلّق بالمعلوم **الثالث عشر** هو تمييز معنى عند النفس تمييزًا لا يحتمل النقيض وهو الحدّ المختار عند من يقول من المتكلّمين انّ العلم نفس التعلّق المخصوص بين العالم والمعلوم **الرابع عشر** هو صفة يتجلّى بها المذكور لمن قامت هى به قال العلّامة الشريف وهو احسن ما قيل فى الكشف عن ماهيّة

---

**E x p l i c a t i o   u n d e c i m a.** Scientia constat eo, quod natura rei conceptae animo concipientis tanquam imago repraesentatur. De hac explicatione eadem, quae de antecedente, monenda sunt. Utraque enim ex mente philosophorum conjectura nititur, ideas revera in mente existere; existentiam et hanc quidem scientiam appellant. Illa igitur explicatio comprehendit universalium et particularium perceptionem, haec vero pro suo sensu externo potius rationem peculiarem indicat, qua scientia in universalibus versatur. — **E x p l i c a t i o   d u o d e c i m a.** Scientia est praedicatum, quod subjecto, cui inest, necessario distinctam notionum conformationem imprimit, quae contrarium non admittit. Haec explicatio metaphysicis maxime est probata, attamen scientiam excipit ordinariam, qua v. c. scimus, montem, quem antecedente tempore vidimus, in praesenti non in aurum mutatum esse. Haec scilicet scientia contrarium admittit, cum aliquid extraordinarium accidere possit. De qua re loco suo dicemus. Nonnulli restringendi causa vocabulo „notionum" addunt „universalium", quod additamentum, praeterquam quod omnino supervacaneum est, scientiam particularium excludit. Hanc quidem explicationem maxime comprobant, qui scientiam praedicatum esse statuunt, ad objectum scientiae relatum. — **E x p l i c a t i o   t e r t i a   d e c i m a.** Scientia est distincta notionis conformatio ad mentem relata, quae contrarium non admittit. Hanc explicationem amplectuntur ii inter metaphysicos, qui scientiam esse contendunt correlationem ipsam peculiarem inter scientem et objectum scientiae. — **E x p l i c a t i o   q u a r t a   d e c i m a.** Scientia est praedicatum, cujus ope res antea commemorata et memoria custodita subjecto, cui illud praedicatum inhaeret, clare patet.

العلم ومعناه انّه صفة يكشف بها لمن قامت به ما من شانه ان يذكر انكشافًا تامًّا لا اشتباه فيه **الخامس عشر** حصول معنى فى النفس حصولًا لا يتطرّق عليه فى النفس احتمال كونه على غير الوجه الذى حصل فيه وهو للآمدى قال ونعنى بحصول المعنى فى النفس تمييزه فى النفس عمّا سواه ويدخل فيه العلم بالاثبات والنفى والمفرد والمركّب ويخرج عنه الاعتقادات اذ لا يبعد فى النفس احتمال كون المعتقد والمظنون على غير الوجه الذى حصل فيه انتهى

## الفصل الثانى

## فيما يتّصل بماهيّة العلم من الاختلافات والاقوال

واعلم انّه اختلف فى انّ العلم بالشىء هل يستلزم وجوده فى الذهن كما هو مذهب الفلاسفة وبعض المتكلّمين او هو تعلّق بين العالم والمعلوم فى الذهن كما ذهب اليه جمهور

---

Hoc optimum esse Sherif eruditissimus statuit, quod ad revelandam scientiae naturam prolatum sit, sensumque verborum hunc esse ait: Scientia est praedicatum, cujus ope res, quae talis est, ut memoria teneri possit, subjecto, cui illud praedicatum inhaeret, ita occurrit, ut certissime et perfectissime pateat et nihil dubitationis relinquatur. **Explicatio quinta decima.** Scientia eo constat, quod notio menti ita impressa est, ut cogitatio, eam aliter se habere posse, ac menti impressa sit, existentiam ejus in mente non in discrimen vocet. Amidi, hujus explicationis auctor: Intelligimus autem, inquit, sub illa existentia notionis menti impressa, conformationem ejus ab omnibus ceteris distinctam. Haec vero explicatio comprehendit etiam scientiam positionis et negationis, simplicis et compositi, et omnia fidei genera excludit, cum non ineptum sit cogitare, credentem et opinantem animo sibi effingere, objectum fidei et opinionis aliter se habere posse ac menti impressum sit.

## SECTIO SECUNDA

### DE DIVERSIS OPINIONIBUS ET SENTENTIIS QUAE DE NATURA SCIENTIAE PROPOSITAE SUNT.

Docti in diversas abierunt sententias, utrum scientia rei necessario in intellectu existens cogitanda sit (cui quidem opinioni philosophi et nonnulli metaphysici addicti sunt), an sit correlatio inter scientem et objectum scientiae menti inhaerens, ut plu-

المتكلّمين ثمّ انّه على الاوّل لا نزاع فى انا اذا علمنا شيئًا فقد تحقّق امور ثلثة صورة حاصلة فى الذهن وارتسام تلك الصورة فيه وانفعال النفس عنها بالقبول فاختلف فى انّ العلم اى هذه الثلثة فذهب الى كلّ منها طائفة وكذلك اختلف فى انّ العلم هل هو من مقولة الكيف او الانفعال او الاضافة والاصحّ انّه من مقولة الكيف على ما بيّن فى محلّه ثمّ اعلم انّ القائلين بالوجود الذهنىّ منهم من قال انّ الحاصل فى الذهن انّما هو شبح للمعلوم وظلّ له مخالف بالماهيّة غايته انّه مبداء لانكشافه لكن دليل المبحث لو تمّ لدلّ على انّ للمعلوم نحوا اخر من الوجود لا كشبحه المخالف له بالحقيقة ومنهم من قال الحاصل فى الذهن هو نفس ماهيّة المعلوم لكنّها موجودة بوجود ظلّىّ غير اصلىّ وهى باعتبار هذا الوجود تسمّى صورة ولا يترتّب عليها الآثار كما انّها باعتبار الوجود الاصلىّ تسمّى عينا ويترتّب عليها الآثار فهذه الصورة اذا وجدت فى الخارج كانت عين العين كما انّ

---

rimi inter metaphysicos autumantur. Quodsi primam opinionem amplectimur, sine ulla contradictione nobis persuademus, cum rem scimus, tum tres res certo subesse, ideam mente conceptam, hujus ideae impressionem in mentem, et conditionem animi passivam, qua ille laborat, qui ideam hanc in se recipit. Deinde disputatur, quanam proprie harum trium rerum scientia consistat. Earum autem quaevis sectatores suos habet. Eodem modo dissentiunt, utrum scientia ad categoriam qualitatis, an affectionis, an adjuncti referenda sit. Scientiam vero, ut loco suo demonstrabimus, ad categoriam qualitatis pertinere, omnium verissimum est. Deinde ex illis, qui scientiae existentiam in mente defendunt, nonnulli dicunt, rem in mente existentem nonnisi imaginem esse et umbram objectum scientiae repraesentantem, essentialiter ab hoc diversam; hanc autem imaginem id spectare, ut initium detur cognitionis objecti magis magisque augendae. Attamen si argumentationem contemplatione sibi constante ad finem perduceremus, objecto scientiae in mente existenti aliam existentiae formam esse probaremus, re vera ab imagine sua diversam. Alii asserunt, quod in mente existat, esse naturam ipsam objecti scientiae, existere autem ita, ut haec existentia umbrae similis sit, non archetypo, atque illam ipsam naturam, ratione hujus existentiae habita, ideam nominari, neque ullam vim habere quidquam efficiendi, rursus autem, existentia essentiali posita, naturam illam appellari essentiam (ens per se) eamque vim habere aliquid ad effectum adducendi; ubi vero haec natura extra mentem deprehendatur, eam essentiam essentiae (prototypum entis) dici, rursus autem, cum in mente inveniatur, esse eam ideae essentiam sive imaginem in animo scientis existentem, per quam

العين اذا وجدت فى الذهن كانت عين الصورة اى شبح قائم بنفس العالم به ينكشف المعلوم وهى العلم وذو صورة اى ماهيّة موجودة فى الذهن غير قائم به وهى المعلوم وهما متغايران بالذات فعلى رأى القائلين بالشبح يكون العلم من مقولة الكيف بلا اشكال مع كون المعلوم من مقولة الجواهر او مقولة اخرى لاختلافهما بالماهيّة واما على رأى القائلين بحصول الماهيّات بانفسها فى الذهن ففى كونه منها اشكال مع اشكال اتّحاد الجوهر والعرض بالماهيّة وهما متنافيان واجاب عنه بعض المحققين بانّ العلم من كلّ مقولة من المقولات وان عدّ العلم مطلقًا من مقولة الكيف على سبيل التشبيه به ويردّ عليه انّه يصدق على هذا على العلم تعريف الكيف فيكون كيفا وبعض المدقّقين جوّز تبدّل الماهيّة بان يكون الشىء فى الخارج جوهرا فاذا وجد فى الذهن انقلب كيفًا كالمملحة التى ينقلب الحيوان الواقع فيها ملحا وهو مبحث مشهور وستقف على ما فيه من الرسائل ان شاء الله تعالى

---

objectum scientiae cognoscatur, et esse hanc ipsam ideam, quae scientia dicatur; quod autem hanc ideam i. e. naturam in mente existentem prae se ferat, neque tamen in mente existat, esse objectum scientiae. Has igitur duas res toto genere ab invicem diversas esse.

Deinde secundum opinionem eorum, qui scientiam imaginem esse dicunt, ea sine dubio categoriae qualitatis accensenda est, quamvis objectum scientiae ad categoriam substantiarum sive ad aliam pertineat, propter totius eorum naturae diversitatem. — Quod ad sententiam eorum attinet, qui naturas ipsas in mentem recipi contendunt, difficile est ad intelligendum, qua ratione scientia ex illis effici possit; ad quod accedit, ut non perspiciatur, quomodo substantia et accidens, quae duae res magnopere discrepant, in natura artissime uniantur. Hinc doctorum perfectissimorum quidam, hujus dubitationis removendae studiosus, scientiam statuit ad unamquamque illarum trium categoriarum pertinere; illos enim, qui eam in universum ad categoriam qualitatis pertinere contendant, id propter similitudinem dicere, quae sit inter scientiam et qualitatem. At vero objiciendum est, explicationem qualitatis hoc ipso posito scientiae convenire debere, ideoque scientiam recte qualitatem appellari. Nonnulli doctorum subtilium fieri posse asserunt ut natura permutetur, idque ita, ut res externe sit substantia, at cum in mente existat, in qualitatem convertatur, eodem modo, quo v. c. animal in salinam cadens in salem permutetur. Haec quaestio controversa celebris est, atque Deo volente tractatus infra reperies, qui de ea agunt.

# الفصل الثالث

## فى العلم المدوّن وموضوعه ومباديه ومسائله وغايته

واعلم انّ لفظ العلم كما يطلق على ما ذكر يطلق على ما يراد فيه وهو اسماء العلوم المدوّنة كالنحو والفقه فيطلق كاسماء العلوم تارة على المسائل المخصوصة كما يقال فلان يعلم النحو وتارة على التصديقات بتلك المسائل عن دليلها وتارة على الملكة الحاصلة من تكرّر تلك التصديقات اى ملكة استحضارها وقد يطلق الملكة على التهيّؤ التامّ وهو ان يكون عنده ما يكفيه لاستعلام ما يراد والتحقيق انّ المعنى الحقيقىّ للفظ العلم هو الادراك ولهذا المعنى متعلّق هو المعلوم وله تابع فى الحصول يكون وسيلة اليه فى البقاء هو الملكة فاطلق لفظ العلم على كلّ منها امّا حقيقة عرفيّة او اصطلاحيّة او مجازًا مشهورًا وقد يطلق على مجموع المسائل والمبادى التصوريّة والمبادى التصديقيّة والموضوعات ومن ذلك

---

## SECTIO TERTIA

### DE DOCTRINA SCRIPTO MANDATA DEQUE EJUS OBJECTO, PRINCIPIIS, DOGMATIBUS, FINE.

Vox *Ilm* (scientia) quemadmodum de rebus memoria custoditis adhibetur, ita de objectis dicitur, in quibus scientia illa quaeritur, ut sit denominatio doctrinarum ad artis normam dispositarum, quales sunt doctrinae grammaticae et jurisprudentiae. Itaque vox *Ilm* non minus quam nomina doctrinarum singularium, modo de dogmatibus peculiaribus usurpatur (ut v. c. dicunt, hunc vel illum scire grammaticam), modo de singulis actionibus, quibus nobis, argumentatione interposita, de veritate illorum dogmatum persuademus, modo de animi facultate, quam ille sibi comparat, qui has persuasionis actiones repetit i. e. de facultate illa dogmata quovis tempore sibi repraesentandi. Interdum etiam vox *Meleket* (facultas) in universum de perfecto et promto habitu dicitur, ut scilicet homo in expedito habeat, quod ad dogma qualecunque denuo proferendum sufficiat. Ex his disputatis jam certo efficitur, significationem veram vocis *Ilm* esse perceptionem animi, rem autem, ad quam haec perceptio spectet, esse objectum scientiae, cui in ipsa notionis impressione quiddam accedat, quod perpetuae possessionis illius notionis adminiculum sit, atque hanc rem accedentem facultatem dici. Itaque vox *Ilm* de his tribus omnibus usurpatur, sive ex usu

يقولون اجزاء العلوم ثلثة وقد يطلق اسماء العلوم على مفهوم كلّىّ اجمالىّ يفصل فى تعريفه فان فصل نفسه كان حدًّا اسميًّا وان بيّن لازمه كان رسمًا اسميًّا وامّا حدّه الحقيقىّ فانّما هو بتصوّر مسائله او بتصوّر التصديقات المتعلّقة بها فانّ حقيقة كلّ علم مسائل ذلك العلم او التصديقات بها وامّا المبادى وابنية الموضوعات فانّما عدّت اجزاء منها لشدّة احتياجها اليها وفى تحقيق ما ذكرنا بيانات ثلثة

## البيان الاول

## فى بحث الموضوع

واعلم ان السعادة الانسانيّة لمّا كانت منوّطة بمعرفة حقائق الاشياء واحوالها بقدر الطاقة البشريّة وكانت الحقائق واحوالها متكثّرة متنوّعة تصدّى الاوائل لضبطها وتسهيل

---

**loquendi communi, sive technice, sive per metaphoram usu receptam. Interdum utimur quoque vocabulo *Ilm* de summa dogmatum, principiorum tam idealium quam persuasoriorum, et objectorum. Quapropter partes doctrinarum tres esse dicunt. Interdum denique nomina doctrinarum de summa universali adhibentur rerum menti subjectarum, quae cum explicetur, accurate terminetur. Quodsi haec terminatio in natura ipsa doctrinae versatur, *definitio*, sin autem ad materiam ejusque partes pertinet, *descriptio* dicitur. Attamen vera doctrinae definitio nonnisi imaginatione dogmatum vel actionum persuasoriarum ad illa spectantium suppetit. Vera enim cujuscunque doctrinae natura ejus dogmatibus sive actionibus constat, quibus nobis de eorum veritate persuademus. Quod ad principia et fundamenta objectorum scientiae pertinet, certe illa inter eorum partes referuntur, cum haec illis minime carere possint.**

**Jam quod diximus, tribus demonstrationibus probare studebimus.**

## DEMONSTRATIO PRIMA

### QUAE IN DISQUISITIONE OBJECTI SCIENTIAE VERSATUR.

**Felicitas humana cum ex cognitione verae naturae rerum eorumque quae ad has pertinent, quantum per vires humanas licet, dependeat, veri autem causae et quae ad illud referuntur, multifarii et diversi generis sint, majores iis definiendis eorumque**

تعليمها فافردوا الاحوال الذاتيّة المتعلّقة بشىء واحد او باشياء متناسبة ودوّنوها على حدة وعدّوها علما واحدًا وسمّوا ذلك الشىء او الاشياء موضوعا لذلك العلم لانّ موضوعات مسائله راجعة اليه فموضوع العلم ما ينحلّ اليه موضوعات مسائله وهو المراد بقولهم فى تعريفه بما يبحث فيه عن عوارضه الذاتيّة فصار كلّ طائفة من الاحوال بسبب تشاركها فى الموضوع علما منفردا ممتازًا بنفسه عن طائفة متشاركة فى موضوع اخر فتمايزت العلوم فى انفسها بموضوعاتها وهو تمايز اعتبروه مع جواز الامتياز بشىء اخر كالغاية والمحمول وسلكت الاواخر ايضا هذه الطريقة الثانية فى علومهم وذلك امر استحسنوه فى التعليم والتعلّم والّا فلا مانع عقلا من ان يعدّ كلّ مسئلة علمًا برأسه ويفرّد بالتعليم والتدوين ولا من ان يعدّ مسائل متكثّرة غير متشاركة فى الموضوع علما واحدًا يفرد بالتدوين وان تشاركت من وجه اخر ككونها متشاركة فى انّها احكام بامور على اخرى فعلم ان حقيقة كلّ علم

---

institutioni sublevandae multum operae impenderunt. Tractarunt igitur seorsum partes essentiales, quae ad unam rem sive ad res correlativas pertinebant, easque separatim ex artis lege perscriptas unam doctrinam duxerunt. Hanc rem sive res nominarunt objectum hujus doctrinae, quoniam singulae quaestiones ejus propositae ad illud revocantur. Objectum igitur doctrinae est illud, in quo singula ejus theoremata proposita resolvuntur, et hoc idem est quod significare volunt, objectum esse illud definientes, in quo de ejus accidentibus essentialibus tractatur, ita ut quaevis pars rerum pertinentium, cum objectum commune habeant, singularem formet doctrinam, per se ipsam a parte rerum ad alienum objectum referendarum distinctam. Doctrinae igitur per se ipsas objectis suis diversis inter se distinctae sunt, atque huic distinctioni magnum constituerunt pretium, concedentes tamen, eam et in alia re quaeri posse, ut in fine et applicato. — Posteriores quoque hanc rationem secundam secuti sunt in doctrinis suis, eam in docendo et discendo utilissimam esse probantes. Attamen nihil mentem impedit, quominus vel quamvis quaestionem doctrinam absolutam ducat, eamque et institutione et compositione a reliquis separet, vel quaestiones plures, quod non commune objectum habeant, unam doctrinam numeret atque separatim literis mandet, quamvis ex alia parte cohaereant, ea v. c. ratione, ut propositiones contineant, ex quibus aliae judicentur. — Hinc jam efficitur, verum fundamentum cujusvis doctrinae ad artis normam consignatae consistere in quaestionibus, quae objectum

مدوّن المسائل المتشاركة فى موضوع واحد وانّ لكلّ علم موضوعا وغاية كلّ منهما جهة وحدة تضبط تلك المسائل المتكثّرة وتعدّ باعتبارهما علمًا واحدًا الّا ان الاوّل جهة وحدة ذاتيّة والثانية جهة وحدة عرضيّة ولذلك تعرف العلوم تارة باعتبار الموضوع فيقال فى تعريف المنطق مثلا علم يبحث فيه عن احوال المعلومات وتارة باعتبار الغاية فيقال فى تعريفه آلة قانونيّة تعصم مراعاتها الذهن عن الخطاء فى الفكر ثمّ انّ الاحوال المتعلّقة بشىء واحد او باشياء متناسبة تناسبًا معتدًّا به امّا فى امر ذاتىّ كالخطّ والسطح والجسم التعليمىّ المتشاركة فى مطلق المقدار الذى هو ذاتىّ لها لعلم الهندسة او فى امر عرضىّ كالكتاب والسنّة والاجماع والقياس المتشاركة فى كونها موصلة الى الاحكام الشرعيّة لعلم اصول الفقه فيكون تلك الاحوال من الاعراض الذاتيّة التى تلحق الماهيّة من حيث هى لا بواسطة امر اجنبىّ وامّا التى جميع مباحث العلم راجعة اليها فهى امّا راجعة الى نفس الامر الذى هو الواسطة كما يقال فى الحساب العدد امّا زوج او فرد او الى جزئىّ تحته كقولنا الثلثة فرد

---

unum commune habent, omnesque doctrinas habere objectum et finem, quae rationem seorsum sequuntur, has quaestiones multiplices, quas illorum respectu unam doctrinam numeramus, coercentem, nisi quod objectum separatim spectat rationem essentialem, finis separatim accidentalem. Hac de causa disciplinae modo definiuntur ratione habita objecti, ideoque v. c. logica dicitur esse disciplina, qua in naturam rerum cogitatione percipiendarum inquiritur, modo ratione habita finis, ut sit regula canonica, cujus observatio mentem meditantem ab errore defendat. — Porro omnia quae uni rei sive rebus relatione haud negligenda inter se conjunctis subjecta sunt, se vel essentiali cuidam applicant, ut linea, planities, corpus geometricum, quae notione universali quantitatis, quae iis essentialis est ad doctrinam geometriae constituendam, continentur, vel accidentali cuidam, ut Alcoranus, *Sunnet* (traditionum corpus), *Jjmáa* (communis doctorum consensus) et analogia, quae id commune habent, quod decretis faciendis legalibus inserviunt, in qua re doctrina principiorum jurisprudentiae consistit. Haec igitur omnia ad genus accidentium essentialium pertinent, quibus quidditas per se ipsam inhaeret, non intercedente re peregrina. Quod autem res illas attinet, ad quas omnes inquisitiones doctrinae revocantur, eae spectant vel materiam ipsam, quae est causa intercedens, ut Arithmetici numerum dicunt aut parem aut imparem, vel partem ei subjectam, cujus rei exemplum hoc est „Numerus ternarius est impar“ vel illud ex Physica

وكقولنا فى الطبيعىّ الصورة تفسد وتخلف بدلا عنها او الى عرض ذاتىّ له كقولنا المفرد امّا اوّل او مركّب وامّا العرض الغريب وهو ما يلحق الماهيّة بواسطة امر عجيب امّا خارج عنها اعمّ منها او اخصّ فالعلوم لا تبحث عنه فلا ينظر المهندس فى انّ الخطّ المستدير احسن او المستقيم ولا فى انّ الدائرة نظير الخطّ المستقيم او ضدّه لانّ الحسن والتضادّ غريب عن موضوع علمه وهو المقدار فانّهما يلحقان المقدار لا لانّه مقدار بل لوصف اعمّ منه كوجوده او كعدم وجوده وكذا الطبيب لا ينظر فى انّ الجرح مستدير او غير مستدير لانّ الاستدارة لا تلحق الجسم من حيث هو جريح بل لامر اعمّ منه كما مرّ واذا قال الطبيب هذه الجراحة مستديرة والدوائر اوسع الاشكال فيكون تبطّوء البرء لم يكن ما ذكره من علمه    ثم اعلم انّ موضوع علم يجوز ان يكون موضوع علم اخر وان يكون اخصّ منه او اعمّ وان يكون مباينا عنه ولكن يندرجان تحت امر ثالث وان يكون مباينا له غير مندرجين تحت ثالث لكن يشتركان بوجه دون وجه ويجوز ان يكون متباينين مطلقا

---

petitum „Formae corruptio alius formae, quae illam sequitur, regeneratio est“ vel accidens ei essentiale, ut illud „Numerus impar aut primus est aut compositus.“ Accidens autem peregrinum illud est, cui quidditas inhaeret interventu rei mirabilis vel extra eam positae illaque generalioris, vel specialioris; neque tamen doctrinae illud disputant. Geometres enim non id meditatur, utrum linea curva pulchrior sit an recta, neque qnaerit, utrum circulus sit analogus lineae rectae, an ei oppositus, cum pulchritudo et oppositio alienae sint ab objecto geometriae, quod in quantitate versatur. Neutra enim illarum quantitati inhaeret, quod quantitas est, sed descriptionis causa notione vulgari generalioris, quae est v. c. existentia ejus vel nonexistentia. Eodem modo medicus non examinat, vulnusne sit rotundum, nec ne, cum rotunda forma corpus non spectet, quatenus sit vulneratum, sed, ut jam antea diximus, ob causam longe eo generaliorem. Ubi igitur medicus dicit: „Vulnus hoc rotundum est, circuli autem figurae extensissimae sunt, quare curatio tardius procedet“ nihil haec, quae dicit, cum doctrina sua commune habent.

Attamen notandum est, objectum unius doctrinae posse esse objectum alterius sive sit specialius hoc vel generalius, sive ab eo diversum et tamen utraque rei tertiae subjecta, sive haec objecta ab invicem diversa sint et tertio non subjecta, attamen hac parte commercium habentia mutuum, illa parte exclusa. Possunt denique

فهذه ستة اقسام **الاوّل** ان يكون موضوع علم عين موضوع علم اخر فيشترط ان يكون كلّ منهما مقيّدا بقيد غير قيد الاخر وذلك كاجرام العالم فانّها من حيث الشكل موضوع الهيئة ومن حيث الطبيعة لعلم السمآء والعالم من الطبيعيّ فافترقا بالحيثيّتين ثم ان اتّفق ابحاث بعض المسائل فيها بالموضوع والمحمول فلا بأس به اذ يختلف بالبراهين كقولهم بان الارض مستديرة وهى وسط السمآء فى الصور والمعانى لكن البرهان عليهما من حيث الهيئة غير البرهان من جهة الطبيعيّ **الثانى والثالث** ان يكون موضوع علم اخصّ من علم اخر او اعمّ منه فالعموم والخصوص بينهما امّا على وجه التحقيق بان يكون العموم والخصوص بامر ذاتىّ له مثل كون العامّ جنسا للخاصّ او بامر عرضىّ فالاوّل كالمقدار والجسم التعليمىّ فانّ الجسم التعليمىّ اخصّ والمقدار جنس له وهو موضوع الهندسة والجسم التعليمىّ موضوع المجسّمات وكموضوع الطبّ وهو بدن الانسان فانّه نوع من موضوع العلم الطبيعىّ وهو الجسم المطلق والثانى كالموجود والمقدار فانّ الموجود موضوع

---

prorsus inter se differre, unde sex efficiuntur genera, quorum *primum* eo constat, quod objectum unius doctrinae est ipsum objectum alterius, hac conditione, ut utrumque restrictum sit modo diverso. Sic corpora mundi, ut exemplo utamur, ratione habita formae, objectum astronomiae sunt, spectata physica, objectum uranographiae, mundo ad res physicas pertinente, ita ut relationibus suis differant. Nihilominus disputatio de nonnullis eorum quaestionibus, quod attinet ad objectum et applicatum, congruit, id quod nullius est momenti, cum varia argumentatio adhibeatur, ut in illo enunciato: Terra est rotunda mediumque tenet coeli in figuris et cogitatione, argumentum tamen iis subjectum ratione habita astronomiae aliud est quam respectu physicae. — *Genus secundum et tertium* eo consistit, quod objectum unius doctrinae specialius aut generalius est objecto alterius; generalitas autem et specialitas inter has duas doctrinas, si rem ad veritatem exegeris, vel cernitur in re essentiali unius alteriusve doctrinae, ut v. c. generale genus est specialis, vel in re accidentali. Exemplum prioris propositionis est ratio quantitatis et corporis geometrici, hoc enim specialius est, quantitas autem genus, quod corpus illud complectitur, cum quantitas objectum geometriae, corpus geometricum vero objectum sit solidorum. Idem nos docet exemplum a medicina petitum, cujus objectum corpus humanum est morbo affectum. Corpus autem tale species objecti physices est, corpus in universum

العلم الآلهى والمقدار موضوع الهندسة وهو اخصّ من الموجود لا لانّه جنسه بل لكونه عرضًا عامًّا له **والرابع** ان يكون الموضوعان متباينين لكن يندرجان تحت امر ثالث كموضوع الهندسة والحساب فانّهما داخلان تحت الكم فيسمّيان متساويين **والخامس** ان يكونا مشتركين بوجه دون وجه مثل موضوعى الطبّ والاخلاق فانّ لموضوعيهما اشتراكا فى القوى الانسانيّة **والسادس** ان يكون بينهما تباين كموضوع الحساب والطبّ فليس بين العدد وبدن الانسان اشتراك ولا مساواة **تنبيه** اعلم ان الموضوع فى علم لا يطلب بالبرهان لانّ المطلوب فى كلّ علم هى الاعراض الذاتيّة لموضوعه والشىء لا يكون عرضا ذاتيّا لنفسه بل يكون امّا بيّنا بنفسه او مبرهنا عليه فى علم اخر فوقه بحيث يكون موضوع هذا العلم عرضا ذاتيّا لموضوعه الى ان ينتهى الى العلم الاعلى الذى موضوعه الموجود لكن يجب تصوّر الموضوع فى ذلك العلم والتصديق بهيئة بوجه ما فكون علم فوق علم او تحته مرجعه الى ما ذكرنا فافهم

---

complectentis. — Secundae propositionis exemplum sit ens existens et quantitas; illud enim objectum est metaphysicae, haec objectum geometriae, quod ente existente specialius est, non eam quidem ob causam, quod ens existens genus est quantitatis, sed quod accidens est omnibus quantitatibus commune. — Genus quartum eo consistit, quod duo objecta inter se differunt, rei tamen tertiae inserta sunt, ut objectum geometriae et arithmeticae, utramque enim comprehendit quantitas et appellantur illae aequabiles. — Genus quintum: Quod duo objecta commune quiddam habent altera parte, altera parte non commune, ut objecta medicinae et doctrinae morum, utrumque enim objectum sedem communem habet in viribus humanis. — Genus sextum: Quod inter duo objecta diversitas existit, ut inter objectum arithmeticae et medicinae, inter numerum enim et hominem nulla societas, nulla aequabilitas intercedit. — Corollarium. Scias objectum doctrinae non quaeri argumentatione, nam problemata cujusvis doctrinae sunt accidentia objecti huius doctrinae, cum res non sit accidens sibi ipsi essentiale, immo vero vel per se ipsam perspicua et, vel probetur in doctrina alia superiore, ita ut objectum hujus doctrinae sit accidens objecti alterius essentiale, usque dum ad doctrinam supremam, cujus objectum ens existens est, ascendit. Attamen objectum in hac doctrina ut animo effingamus necesse est, et nobis persuadeamus, ens illud ratione esse affectum qualicunque. Quodsi una doctrina altera est aut superior aut inferior, hoc redit ad idem quod jam diximus. Id velim intelligas.

## البيان الثانى
## فى المبادى

وهى المعلومات المستعملة فى العلوم لبنآء مطالبها المكتسبة عليها وهى امّا تصوّريّة كحدود موضوعه وحدود اجزائه وجزئيّاته ومحمولاته اذ لا بدّ من تصوّر هذه الامور بالحدّ المشهور وامّا تصديقيّة وهى القضايا المتألّفة عنها قياساتها وهى على قسمين **الاول** ان تكون بيّنة بنفسها وتسمّى المتعارفة وهى امّا مبادى لكلّ علم كقولنا النفى والاثبات لا يجتمعان ويرتفعان او لبعض العلوم كقول اقليدس اذا اخذ من المتساويين قدران متساويان بقى الباقيان متساويين **الثانى** ان تكون غير بيّنة بنفسها لكن يجب تسليمها ومن شأنها ان تبيّن فى علم اخر وهى مسائل بالنسبة الى ذلك العلم الاخر والتسليم ان كان على سبيل حسن الظن بالعلم تسمّى اصولا موضوعة كقول الفقيه هذا

---

## DEMONSTRATIO SECUNDA
### DE PRINCIPIIS.

Principia nominantur res cogitatione percipiendae, quae in doctrinis adhibentur ad problemata earum derivata confirmanda. Hae res vel animo cogitandae sunt, ut definitiones objecti earum et definitiones partium, particularitatum et applicatorum, cum necessario hae res in mentem definitione usu recepta inducendae sint, vel de certa animi persuasione pendent. Haec scilicet sunt enunciata, ex quibus propositiones illarum ratiocinatione comparandae ductae sunt. Sunt autem duplicis generis; primum ea comprehendit, quae per se perspicua sunt et axiomata appellantur. Ejusmodi principia vel omnibus doctrinis communia sunt, ut propositio illa „Negatio et affirmatio conjungi non possunt, immo vero se invicem tollunt" vel certae cuidam doctrinae, ut propositio Euclidis „Ubi de duabus rebus aequalibus duae partes aequales sumuntur, partes duae reliquae restant aequales." — Genus secundum complectitur enunciata illa, quae non per se clara sunt, attamen concedenda. Id nimirum peculiare habent, quod in doctrina alia demonstrantur. Sunt igitur theoremata ad illam alteram doctrinam referenda. Quodsi illa concedimus bene de doctrina existimantes, nominantur propositiones fundamentales sine argumentis positae, ut illud, quod jurisconsultus dicit: „Haec res secundum communem doctorum consensum vetita est."

حرام بالاجماع فكون الاجماع حجّة من الامور المسلّمة فى الفقه لانّها من مسائل الاصول وان كان على استنكار تسمّى مصادرات كقوله هذا الحكم ثبت بالاستحسان فتسليم كونه حجّة عند القوم من المصادرات ويجوز ان يكون المقدّمة الواحدة عند شخص من المصادرات وعند اخر من الاصول الموضوعة وقد تسمّى الحدود المقدّمات المسلّمة اوضاعا وكلّ واحد منهما يكون مسائل فى علم اخر فوقه الى الاعلى لكن يجوز ان يكون بعض مسائل العلم السافل موضوعا واصولا للعلم العالى بشرط ان لا تكون مبيّنة فى العلم السافل بالاصول التى مبنية على تلك المسائل بل بمقدّمات بيّنة بنفسها او بغيرها من الاصول والّا يلزم الدور وايضا لا يجوز ان يثبت شىء من المقدّمات الغير البيّنة من الاصول الموضوعة والمصادرات بالدليل ان توقّف عليها جميع مقاصد العلوم للدور وان توقّف عليها بعض مقاصدها فيمكن بيانها فى ذلك العلم والاول يسمّى المبادى العامّة ككون النظر مفيدًا للعين والثانى المبادى الخاصّة كابطال الحسن والقبح العقليّين

---

**Consensum enim argumentum esse, in jurisprudentia conceditur, ut multa alia quae ad theoremata jurisprudentiae fundamentalis pertinent. Sin autem concedimus propositionem reprobantes, enunciata appellantur antithetica, ut illa propositio „Hoc dogma conceditur ut laudabile.“ Concessionem igitur, laudabilitatem esse argumentum, plurimi antitheticis attribuunt. Potest quoque fieri, ut una eademque praemissa ab aliis antitheticis enunciationibus, ab aliis principiis fundamentalibus aprioristicis adjungatur. Definitiones vero et praemissae concessae appellantur posita, cum et hae et illae theoremata sint alius doctrinae superioris usque ad supremam. Attamen fieri potest, ut theorema quoddam doctrinae inferioris objectum sit et principium doctrinae superioris, hac conditione, ut non comprobetur in doctrina inferiore principiis, quae his theorematis nituntur, sed potius praemissis per se perspicuis aut alio quodam enunciato fundamentali; alioquin circulus necessario efficeretur. Eodem modo fieri non potest, ut praemissa quaedam non perspicua ex principiis non probatis et antitheticis enunciatis concedatur, cujus argumentum hoc est, quod tota summa consiliorum doctrinarum iis nituntur, qua re efficeretur circulus. Sin autem nonnulla tantum earum consilia iis innituntur, demonstratio eorum in hac doctrina effici potest. Primum genus comprehendit principia generalia, ut illud dictum „Visio oculo utilis est“ alterum principia specialia, ut negatio pulchritudinis et deformitatis intellectualis.**

# البيان الثالث

## فى مسائل العلوم

وهى القضايا التى تطلب فى كلّ علم نسبة محمولاتها بالدليل الى موضوعاتها وكلّ علم مدوّن المسائل المتشاركة فى موضوع واحد كما مرّ فيكون المسائل موضوع العلم اعنى الهيئة البسيطة وهى آنيتها وموضوع المسئلة قد يكون بنفسه موضوعا لذلك العلم كقول النحوىّ كلّ كلام مركّب من اسمين اى اسم وفعل فان الكلام هو موضوع النحو ايضا وقد يكون موضوع المسئلة موضوع ذلك العلم مع عرض ذاتىّ له كقولنا فى الهندسة المقدار المباين لشىء مباين لكلّ مقدار يشاركه فالموضوع فى المسئلة المقدار المباين والمباين عرض ذاتىّ له وقد يكون موضوع المسئلة نوع موضوع العلم كقولنا فى الصرف الاسم امّا ثلاثىّ وامّا زائد على الثلاثىّ فان موضوع العلم الكلمة والاسم نوعها وقد يكون

---

## DEMONSTRATIO TERTIA

### DE THEOREMATIS DOCTRINARUM.

Theoremata s. quaestiones sunt propositiones cujuscunque doctrinae, in quibus aliquod factum enunciatur et quaeritur, quae ratio inter hoc factum et eius causas intercedit. Omnis autem doctrina, ut antea diximus, summa est theorematum literis mandatorum, quae unum objectum commune habent, qua re efficitur, ut theoremata objectum sint doctrinae i. e. forma simplex, et theoremata quasi ejus vasa sunt. — Objectum theorematis interdum jam per se ipsum objectum est hujus doctrinae, ut propositio illa grammaticorum „Omnis oratio composita est duobus nominibus i. e. nomine et verbo“ oratio vero etiam objectum est grammaticae. Interdum quoque objectum theorematis est objectum hujus doctrinae, attamen cum accidente ejus essentiali, ut in geometria dicimus: Quantitas quae a re quadam differt, differt quoque a tota quantitate, quae cum illa conjuncta est. Objectum igitur in theoremate est quantitas differens, et adjectum „differens“ accidens ejus essentiale. Interdum vero etiam objectum theorematis species est objecti doctrinae, ut illud praeceptum grammaticum „Nomen vel tribus vel pluribus literis constat“ objectum enim grammaticae est vocabulum, quo nomen tanquam species pertinet. Interdum deinde objectum theorematis

موضوع المسئلة نوع موضوع مع عرض ذاتيّ له كقولنا فى الهندسة كلّ خطّ مستقيم وقع على مستقيم فالزاويتان الحادثتان امّا قائمتان او معادلتان لهما فالخطّ نوع للمقدار والمستقيم عرض ذاتيّ له وقد يكون موضوع المسئلة عرضًا ذاتيًّا لموضوع العلم كقولنا فى الهندسة كلّ مثلّث زواياه مساوية لقائمتين فالمثلّث من الاعراض الذاتيّة للمقدار

## خاتمة الفصل

### فى غاية العلوم

واعلم انّه اذا ترتّب على فعل اثر فذلك الاثر من حيث انّه نتيجة لذلك الفعل وثمرته يسمّى فائدة ومن حيث انّه على طرف الفعل ونهايته يسمّى غاية ففائدة الفعل وغايته متّحدان بالذات ومختلفان بالاعتبار ثم ذلك الاثر المسمّى بهذين الامرين ان كان سببًا لاقدام الفاعل على ذلك الفعل يسمّى بالقياس الى الفاعل غرضا ومقصودا ويسمّى بالقياس الى فعله علّة غائيّة والغرض والعلّة الغائيّة متّحدان بالذات ومختلفان بالاعتبار وان لم

---

species est objecti, attamen cum accidente ejus essentiali, ut illa propositio geometrica „Quaevis linea recta, quae in rectam incidit, efficit, ut anguli orti vel recti sint vel duobus rectis aequales“. Linea scilicet species est quantitatis, et rectitudo accidens ejus essentiale. Interdum denique objectum theorematis accidens est essentiale objecti doctrinae, quod cadit in regulam illam geometricam „Anguli trianguli cujusvis aequales sunt duobus rectis“. Est vero triangularis forma accidens quantitatis essentiale.

## CONCLUSIO SECTIONIS

### DE FINE DOCTRINARUM.

Effectus quando actione nititur, quatenus ex illa actione sequitur ejusque fructus est, utilitas appellatur, et quatenus in parte extrema actionis vertitur ejusque terminus est, finis dicitur. Utilitas igitur et finis actionis ipsa natura sua unum idemque sunt, at differunt relatione. Effectus ille porro, qui his duobus nominibus significatur, si est causa, qua agens ad hanc actionem impellitur, dicitur ratione habita agentis consilium et propositum, et ratione habita actionis, causa finalis. Consilium quoque et causa finalis natura sua unum idemque sunt, differunt vero relatione. Quodsi ille effectus non est causa, qua quis se ad agendum accingit, utilitas tantum

يكن سببًا للاقدام كان فائدة وغاية فقط فالغاية اعمّ من العلّة الغائيّة كذا افادة العلّامة الشريف فظهر ان غاية العلم ما يطلب ذلك العلم لاجله ثم ان غاية العلوم الغير الآليّة حصولها انفسها لانّها فى حدّ ذاتها مقصودة بذواتها وان امكن ان يترتّب عليها منافع اخرى والتغاير الاعتبارى كاف فيه فاللازم من كون الشىء غاية لنفسه ان يكون وجوده الذهنىّ علّة لوجوده الخارجىّ ولا محذور فيه وامّا غاية العلوم الآليّة فهو حصول غيرها لانّها متعلّقة بكيفيّة العمل فالمقصود منها حصول العمل سوآء كان ذلك العمل مقصودًا بالذات او لامر اخر يكون غاية اخيرة لتلك العلوم

## الفصل الرابع

## فى تقسيم العلوم بتقسيمات معتبرة وبيان اقسامها اجمالا

اعلم انّ العلم وان كان معنى واحدا وحقيقة واحدة الّا انّه ينقسم الى اقسام كثيرة من جهات مختلفة فينقسم من جهة الى قديم ومحدث ومن جهة متعلّقته الى تصوّر

---

est et finis. Finis igitur generalior est causa finali. Haec quidem est sententia Sherif doctissimi. Apparet inde, finem doctrinarum esse illud; cujus causa haec doctrina quaeritur; finem porro doctrinarum non instrumentalium esse earum ipsarum adeptionem, quoniam illae intra naturae suae terminum quaeruntur propter se ipsas, quamvis fieri possit, ut alia commoda inde expetantur; discrimen vero relativum hic sufficit. Inde igitur, quod res est finis per se ipsam, necessario sequitur, ut ejus existentia intellectualis causa sit ejus existentiae externae; neque quidquam aliud hic cavendum est. Quod vero finem doctrinarum instrumentalium attinet, hic in acquirendis aliis doctrinis constat, quoniam rationem usus spectant. Quaerimus enim iis usus scientiam, sive hic usus sit quaesitus per se, sive alia de causa, quae summus finis harum doctrinarum est.

## SECTIO QUARTA

### DE DIVISIONIBUS DOCTRINARUM HAUD CONTEMNENDIS ATQUE GENERUM EARUM EXPOSITIO COMPENDIOSA.

Quamvis doctrina unam tantum cogitationem (logicam) contineat et unam naturam (metaphysicam), ex diversis tamen partibus in multa genera distribuitur. Dividitur enim partim in antiquam et novam, partim, spectato objecto, in idealem et

وتصديق ومن جهة طرفه الى ثلثة اقسام **قسم** يثبت فى النفس **وقسم** يدرك بالحسّ وقسم يعلم بالقياس وينقسم من جهة اختلاف موضوعاته الى اقسام كثيرة يسمّى بعضها علوما وبعضها صنائع وقد اوردنا ما ذكره اصحاب الموضوعات فى حصر اقسامها **التقسيم الاول** للعلّامة الحفيد وهو انّ العلوم المدوّنة على نوعين **الاول** ما دوّنه المتشرّعة لبيان الفاظ القران او السنّة النبويّة لفظا واسنادًا او لاظهار ما قصد بالقران من التفسير والتأويل او لاثبات ما يستفاد منهما اعنى الاحكام الاصليّة الاعتقاديّة او الاحكام الفرعيّة العمليّة او تعيين ما يتوصّل به من الاصول فى استنباط تلك الفروع او ما دوّن لمدخليّة فى استخراج تلك المعانى من الكتاب والسنّة اعنى الفنون الادبيّة **النوع الثانى** ما دوّنه الفلاسفة لتحقيق الاشياء كما هى وكيفيّة العمل على وفق عقولهم انتهى وذكر فى علوم المتشرّعة علم القران وعلم الحديث وعلم اصوله وعلم التفسير وعلم الكلام وعلم الفقه وعلم اصوله وعلم الادب وقال هذا هو المشهور عند الجمهور ولكن للخواصّ من الصوفيّة علم يسمّى بعلم

---

persuasoriam, et respectu naturae localis in haec tria genera, quod animo infixum est, quod sensu percipitur et quod ratiocinando acquiritur. Praeterea doctrina dividitur pro diversitate objectorum in multa genera, quorum alia doctrinae, alia artes appellantur. Jam vero quae encyclopaedistae in generum earum enumeratione monent, afferemus.

Secundum **divisionem primam**, cujus auctor est doctissimus Hefid, summa doctrinarum literis mandatarum in duo distribuitur genera, quorum primum commentarios et explicationes allegoricas comprehendit, quae legum periti composuerunt ad explicanda verba Corani vel Sunnae propheticae, singula et attributa, vel ad demonstrandum quod Corano intenditur (i. e. sensus explanatio), vel ad confirmandum, quod utrimque elicimus, decreta scilicet fundamentalia dogmatica vel decreta jurisprudentiae secundaria practica, vel demonstrationem principiorum, quibus theologi utuntur ad dogmata illa consequentia facienda, vel quod scripto mandarunt, ut sit isagoge in his sensibus venustis et arduis ex Corano et Sunna depromendis, doctrinas scilicet philologicas. — Secundum genus id complectitur, quod philosophi ad definiendam rerum naturam earumque usum in artis normam redegerunt secundum mentis eorum intelligentiam. Sed haec hactenus. — Commemorat autem vir ille inter doctrinas jurisperitorum doctrinam Corani, effatorum propheticorum hujusque doctrinae principiorum, artem commentandi, metaphysicam, juris-

التصوّف بقى علم المناظرة وعلم الخلاف والجدل لم يظهر ادراجها فى علوم المتشرّعة ولا فى علوم الفلاسفة لا يقال الظاهر ان الخلاف والجدل باب من ابواب المناظرة سمّى باسم كالفرائض بالنسبة الى الفقه لانّا نقول الغرض فى المناظرة اظهار الصواب والغرض من الجدل والخلاف الالزام ثم انّ المتشرّعة صنّفوا فى الخلاف وبنوا عليه مسائل الفقه ولم يعلم تدوين الحكمآء فيه فالمناسب عدّه من الشرعيّات والحكمآء بنوا مباحثهم على المناظرة لكن لم يدوّنوا علم المناظرة فيما بينهم انتهى

**التقسيم الثانى** ما ذكر فى الفوائد الخاقانيّة اعلم انّ ههنا تقسيمين مشهورين احدهما انّ العلوم امّا نظريّة اى غير متعلّقة بكيفيّة عمل وامّا عمليّة اى متعلّقة بها وثانيهما انّ العلوم امّا ان لا تكون فى نفسها آلة لتحصيل شىء اخر بل كانت مقصودة بذواتها وتسمّى غير آليّة وامّا ان تكون آلة له غير مقصودة وتسمّى آليّة وموادهما واحد فانّ ما يكون فى حدّ ذاته آلة لتحصيل غيره لا بدّ ان يكون متعلّقا بكيفيّة عمل وما يتعلّق

---

prudentiam et hujus principiorum doctrinam, philologiam. Hanc dispositionem dicit esse a pluribus usu receptam; praeterea tamen Suforum coryphaei doctrinam numerant, quam *Ilm Ettasawwof* nominant. Restat adhuc polemica, dialectica et topica (theologia controversa), quae, ut apparet, neque jurisperitorum neque philosophorum doctrinis insertae sunt. At vero non dicendum est: Liquet, dialecticam et topicam partem constituere polemicae nomine peculiari consignatam, ut jus hereditarium ratione habita jurisprudentiae, cum polemica dicamus spectari manifestationem veri, topica vero et dialectica id quaeri, ut silentium adversario imponatur. Nihilominus tamen legis periti libros de dialectica composuerunt, iisque quaestiones juridicas stabiliverunt, philosophi vero, quantum quidem nobis innotuit, de hac re non scripserunt. Itaque illam legalibus doctrinis adnumerare est aptissimum. Philosophi contra disquisitiones suas dialectica fulciunt et sustinent, neque tamen inter se doctrinam dialectices exararunt.

Divisio secunda ex libro *Elfewaïd Elkhacaniyyet* petita est. Ibi enim sic legitur. Duplex exstat partitio tralaticia, quarum altera doctrinas esse docet sive speculativas, quae scilicet minime modum agendi spectant, sive practicas, quae illum spectant, altera vero monet doctrinas non esse in se ipsis instrumentum, quo ad acquirendam rem aliam utimur, illas potius quaeri propter se ipsas atque appellari non instrumentales, vel esse instrumentum ad illam rem parandam et non quaeri propter se ipsas appellarique instrumentales. Utrique generi doctrinarum una est materies, nam quod per terminum essentiae suae instrumentum est alius rei consequendae,

بكيفيّة عمل لا بدّ ان يكون فى نفسه آلة لتحصيل غيره فقد رجع معنى الآلىّ الى معنى العملىّ وكذا ما لا يكون آلة له كذلك لم يكن متعلّقا بكيفيّة عمل وما لم يتعلّق بكيفيّة عمل لم يكن فى نفسه آلة لغيره فقد رجع معنى النظرىّ وغير الآلىّ الى شىء واحد ثمّ النظرىّ والعملىّ يستعملان فى معان ثلاثة احدها فى تقسيم مطلق العلوم كما ذكرنا فالمنطق والحكمة العمليّة والطبّ العملىّ وعلم الخياطة كلّها داخلة فى العملىّ المذكور لانّها باسرها متعلّقة بكيفيّة عمل امّا ذهنىّ كالمنطق او خارجىّ كالطبّ مثلا وثانيها فى تقسيم الحكمة فانّهم بعد ما عرّفوا الحكمة بانّه علم باحوال اعيان الموجودات على ما هى عليه فى نفس الامر بقدر الطاقة البشريّة قالوا تلك الاعيان امّا الافعال والاعمال التى وجودها بقدرتنا واختيارنا او لا فالعلم باحوال الاوّل من حيث يؤدّى الى صلاح المعاش والمعاد يسمّى حكمة عمليّة والعلم باحوال الثانى يسمّى حكمة نظريّة وثالثها ما ذكر فى تقسيم الصناعة اى العلم المتعلّق بكيفيّة

---

necessario modum agendi spectare debet, et quod modum agendi spectat, necessario per se ipsum instrumentum est rei alius consequendae, quo efficitur, ut sensus verbi „instrumentalis“ eodem tendat, quo verbum „practicus.“ Eodem modo quod hac ratione non instrumentum est ad illam rem consequendam, modum agendi non spectat, et quod modum agendi non spectat, non est per se ipsum instrumentum alius rei. Sensus igitur verborum „speculativus“ et „non instrumentalis“ eodem redit. Jam verba „speculativus et practicus“ triplici sensu adhibentur, et quidem primum in partitione doctrinarum, ut diximus, universali, qua de causa logica, philosophia practica, medicina practica et ars sutoria omnino practicis accensentur, quoniam omnes modum actionis spectant vel intellectualis, ut logica, vel externae, ut v. c. medicina. Deinde illa duo verba in partitione philosophiae usurpantur. Philosophi enim postquam philosophiam definiverunt per doctrinam eorum, quae ad essentias rerum existentium, quales revera sunt, pertinent, quantum nimirum per vires humanas cognosci possunt, has essentias esse statuunt vel actiones et operationes, quarum existentia ex nostra vi et arbitrio pendet, vel non esse. Doctrina autem eorum, quae ad primum genus pertinent, quatenus ad vitam praesentem et futuram recte comparandam perducunt, dicitur philosophia practica, et doctrina eorum, quae genus secundum spectant, philosophia speculativa. — Tum verba „speculativus et practicus“ in partitione artis adhibentur i. e. doctrinae, quae ad rationem agendi

العمل من انّها امّا عمليّة اى يتوقّف حصولها على ممارسة العمل او نظريّة لا يتوقّف حصولها عليها فالفقه والنحو والمنطق والحكمة العمليّة والطبّ العملىّ خارجة عن العمليّة بهذا المعنى اذ لا حاجة فى حصولها الى مزاولة الاعمال بخلاف علم الخياطة والحياكة والحجامة لتوقّفها على الممارسة والمزاولة **التقسيم الثالث** وهو المذكور فيه ايضا اعلم انّ العلم ينقسم الى حكمىّ وغير حكمىّ والاخير ينقسم الى دينىّ وغير دينىّ والدينىّ الى محمود ومذموم ومباح ووجه الضبط انّه امّا ان لا يتغيّر بتغيّر الامكنة والازمان ولا يتبدّل بتبدّل الدول والاديان كالعلم بهيئة الافلاك او لا والاول العلوم الحكميّة ويقال له العلوم الحقيقيّة ايضا اى الثابتة على مرّ الدهور والاعوام والثانى امّا ان يكون منتميا الى الوحى ومستفادًا من الانبيآء عليهم السلام من غير ان يتوقّف الى تجربة وسماع وغيرهما او لا والاول العلوم الدينيّة ويقال لها الشرعيّة ايضا والثانى العلوم الغير الدينيّة كالطبّ لكونه ضروريًّا فى بقآء الابدان والحساب لكونه

---

spectat, quatenus ars illa est vel practica i. e. quatenus ejus comparatio tractatione operis nititur, vel speculativa, quatenus ejus comparatio hac tractatione non nititur. Hoc sensu igitur jurisprudentia, grammatica, logica, philosophia practica, medicina practica exclusae sunt artibus practicis, cum non opus sit ad eas comparandas tractatione operum; oppositae enim sunt arti sutoriae, textoriae, chirurgiae, quoniam hae artes in tractatione et exercitatione versantur.

**Divisio tertia** in eodem libro commemoratur. Leguntur ibi haec. Doctrina dividitur in philosophicam et non philosophicam, atque haec constat eo genere, quod vel in religione versatur vel non versatur. Illud porro genus, quod religionem spectat, in doctrinas laudabiles, vituperabiles et indifferentes describitur. Fundamentum vero hujus divisionis eo nititur, quod doctrinae mutatis locis et temporibus aut non mutantur et non evertuntur eversis regnis et religionibus, ut sphaereologia, aut mutantur. Primum genus complectitur doctrinas philosophicas, quae verae dicuntur i. e. quae manent, quamvis tempora et anni praetereant. Secundum vero genus eas doctrinas comprehendit, quae aut ad revelationem pertinent et originem ex institutionibus prophetarum ducunt neque tamen experientia et traditione orali aliisque rebus nituntur, aut in ea re non versantur. Prima pars continet doctrinas religionem spectantes, quae et legales appellantur, secundae parti illae adnumerantur, quae religionem non spectant, ut medicina, quippe quae necessaria est ad conservanda corpora, et arithmetica,

ضروريًّا فى المعاملات وقسمة الوصايا والمواريث وغيرها فمحمودة والّا فان لم يكن له عاقبة جيدة فمذموم كعلم السحر والطلسمات والشعبذة والتلبيسات والّا فمباح كعلم الاشعار التى لا سخف فيها وكتواريخ الانبيآء عليهم السلام وما يجرى مجراها وهذه التفاوتات بالنسبة الى الغايات والّا فالعلم من حيث انّه علم فضيلة لا تنكر ولا تذمّ فالعلم بكلّ شىء اولى من جهله فايّاك ان تكون من الجاهلين **التقسيم الرابع** ما ذكره صاحب شفآء المتألّم وهو انّ كلّ علم امّا ان يكون مقصودًا لذاته او لا والاول العلوم الحكميّة هى امّا ان تكون ممّا يعلم لتعتقد فالحكمة النظريّة او ممّا يعلم ليعمل بها فالحكمة العمليّة والاول ينقسم الى اعلى وهو العلم الآلهىّ وادنى وهو الطبيعىّ واوسط وهو الرياضىّ لانّ النظر امّا فى امور مجرّدة عن المادّة او فى امور مادّيّة فى الذهن والخارج فهو الطبيعىّ او فى امور يصحّ تجرّدها عن المواد فى الذهن فقط فهو الرياضىّ وهو اربعة اقسام لانّ النظر الرياضىّ امّا ان يكون فيما يمكن ان يعرض فيه اجزآء تتلاقى على حدّ مشترك بينها او لا وكلّ منهما امّا قارّ الذات او لا

---

quod necessaria est ad negotia tractanda, ad legatorum et hereditatum divisionem aliasque res. Hae igitur doctrinae laudabiles sunt. Quodsi exitu laude digno carent, in reprehensionem incurrunt, ut magia, et doctrinae talismatum, praestigiarum et sycophantiarum. Ceterae doctrinae indifferentes sunt, ut poesis, in qua nulla mentis imbecillitas apparet, et historiae prophetarum et quae sunt hujus generis. Atque haec diversitas relatione stabilitur summi finis. Ceterum doctrina, quatenus est doctrina, res est in summa laude ponenda, neque ulli improbationi aut vituperationi obnoxia. Scientia enim rei cujuscunque melior est ejus ignoratione; caveas igitur, ne sis inter ignorantes.

D i v i s i o  q u a r t a, ab auctore libri *Shefa Elmoteallim* allata, sic habet. Doctrina quaevis aut propter se ipsam quaeritur, aut non quaeritur. Primo generi adnumerantur doctrinae philosophicae, quae vel tales sunt, ut studium earum te ad credendum adducat, quae est philosophia speculativa, vel eam ob causam addiscuntur, ut iis ducti agamus, atque haec est philosophia practica. Illa dividitur in superiorem sive metaphysicam, et inferiorem sive physicam, et mediam sive mathematicam. Speculatio enim versatur vel in rebus materia destitutis, vel in rebus, quarum materia in intellectu exstat et externe, atque haec est physica, vel denique in rebus, quarum immaterialitas non nisi in intellectu vere exstat, atque haec est mathematica quatuor partes complectens. Speculatio enim mathematica aut ad id, in quo partes homogeneae ut

والاول الهندسة والثانى الهيئة والثالث العدد والرابع الموسيقى والحكمة العمليّة قسمان علم السياسة وعلم الاخلاق لانّ النظر امّا يختصّ بحال الانسان او لا الثانى هو الاول وايضا النظر فيه امّا فى اصلاح كافة الخلق فى امور المعاش والمعاد فذلك يرجع الى علم الشريعة وعلومها معلومة وامّا من حيث اجتماع الكلمة الاجتماعيّة وقيام امر الخلق فهو الاحكام السلطانيّة اى السياسة فان اختصّ بجماعة معيّنة فهو تدبير المنزل والثانى وهو ما لا يكون مقصودًا لذاته بل آلة يطلب بها العصمة من الخطآء فى غيرها فهو امّا ما يطلب العصمة عن الخطآء فيه من المعانى او ما يتوصّل به الى ادراكها من لفظ او كتابة والاوّل علم المنطق والثانى علم الادب وهو ما يبحث فيه عن الدلالات اللسانيّة او الدلالات البيانيّة فالثانى علم الخطّ والاوّل يختصّ بالدلالات الافراديّة او التركيبيّة او يكون مشتركًا بينهما والاوّل ان كان البحث فيه عن المفردات فهو علم اللغة وان كان البحث فيه عنها من صيغها فعلم الصرف

---

accidentia esse possunt, aut alio refertur. Utrumque aut per se constans est, aut non constans est. Prima pars dicitur geometria, secunda astronomia, tertia arithmetica, quarta musica. Philosophia deinde practica duobus constat partibus, politia et ethica, speculatio enim vel speciatim in statu hominis versatur, vel generatim. Speculatio autem hominem generatim spectans est illa doctrina, quae politia dicitur, ejusque studium ipsum in corrigendo toto genere humano, quod attinet ad res tam hujus vitae quam futurae, occupatur, ita ut haec pars ad doctrinam legis redeat, cujus disciplinae cognitae sunt. Quatenus autem ad rem publicam et statum ethicae publicae pertinet, fons est statutorum imperatoriorum seu politiae. Quodsi haec societatem certam spectat, administratio dicitur rei domesticae.

Secundum genus continet doctrinas, quas non propter eas ipsas quaerimus sed tanquam instrumenta, quibus errorem in ceteris doctrinis evitare studemus. Spectat autem studium illud vel evitationem errorum respectu sententiarum, vel utimur iis tanquam subsidiis, quibus illos in loquendo aut scribendo declinare possumus. Illud assequimur logica, hoc doctrinis philologicis, quae de potestate formarum linguae disquirunt vel de verborum sensibus. In his versatur ars scribendi, in illis peculiariter tractatur de vi formarum simplicium aut compositarum, vel de iis conjunctim. Si, quod ad prius attinet, de vocibus simplicibus disquiritur, haec est lexicologia, sin de iisdem ratione habita formarum disputatur, est ars verba flectendi. Quod deinde

والثانى امّا ان يختصّ بالموزون او لا والاوّل ان اختصّ بمقاطع الابيات فعلم القافية والّا فالعروض والثانى ان كانت العصمة به عن الخطآء فى تأدية اصل المعنى فهو النحو والّا فهو علم البلاغة والثالث علم الفصاحة ثم علم البلاغة ان كان ما يطلب به العصمة عن الخطآء فى تطبيق الكلام لمقتضى الحال فعلم المعانى وان كان فى انواع الدلالة ومعرفة كونها خفيّة وجليّة فعلم البيان وامّا علم الفصاحة فان اختصّ بالعصمة عن الخطآء فى تركيب المفردات من حيث التحسين فعلم البديع

**التقسيم الخامس** ما ذكره صاحب مفتاح السعادة وهو احسن من الجميع حيث قال اعلم انّ للاشيآء وجودا فى اربع مراتب فى الكتابة والعبارة والاذهان والاعيان وكلّ سابق منها وسيلة الى اللاحق لانّ الخطّ دالّ على الالفاظ وهذه على ما فى الاذهان وهذا على ما فى الاعيان والوجود العينىّ هو الوجود الحقيقىّ الاصيل وفى الوجود الذهنىّ خلاف فى انّه حقيقىّ او مجازىّ وامّا الاوّلان فمجازيان قطعًا ثم العلم المتعلّق

---

ad formas compositas attinet, disquisitio aut peculiariter in metricis versatur, aut in iis non versatur; illa si proprie spectat exitus versuum, est doctrina rhythmi, si autem illas non spectat, prosodia. Si denique non de formis metricis quaeritur, et docetur, quomodo errores in afferendis sensus elementis declinandi sint, doctrina haec dicitur grammatica, si in hac parte non versatur, eloquentia. Si denique de formis simplicibus et compositis conjunctim agimus, doctrina inde enata nominatur facundia. Si porro eloquentiae ope in sermone ad praesentem rerum statum componendo errorem evitare studemus, haec est doctrina sententiarum; quodsi studium illud versatur in variis formarum loquendi generibus et cognitione earum sive sint occultae sive manifestae, dicitur doctrina expositionis. Facundia demum si evitare tendit peculiariter errores in componendis verbissim plicibus, ratione habita ornatus, dicitur doctrina ornate dicendi.

D i v i s i o  q u i n t a denique, quam auctor libri *Miftâh Esseadet* proposuit, omnium optima est. Res existunt, inquit, in gradatione quadripartita, scriptura, elocutione, mente et rerum natura, qui gradus singuli praecedentes ducunt ad sequentes. Scriptura enim indicat verba, haec aperiunt, quae sunt in mente, mens denique docet, quae sit rerum natura. Existentia autem naturalis (s. substantialis) est existentia vera et solida, dissensio tamen est, utrum existentia intellectualis sit vera an metaphorica. Duo priores quidem gradus sine dubio sunt metaphorici. Doctrina deinde, quae tribus prioribus rebus addicta est, est mere instrumentalis, doctrina vero, quae

بالثلاث الاوّل آلىّ البتّة وامّا العلم المتعلّق بالاعيان فامّا عملىّ لا يقصد به حصول نفسه بل غيره او نظرىّ يقصد به حصول نفسه ثمّ انّ كلّا منهما امّا ان يبحث فيه من حيث انّه مأخوذ من الشرع فهو العلم الشرعىّ او من حيث انّه مقتضى العقل فقط فهو العلم الحكمىّ فهذه هى الاصول السبعة ولكلّ منها انواع ولانواعها فروع يبلغ الكلّ على ما اجتهدنا فى الفحص والتنقير عنه بحسب موضوعاته واساميه وتتبّع ما فيه من المصنّفات الى مائة وخمسين نوعا ولعلّى سأزيد بعد هذا انتهى فرتّب كتابه على سبعة دوحات لكلّ اصل دوحة وجعل لكلّ دوحة شعبًا لبيان الفروع فما اورده فى الاولى من العلوم الخطّيّة علم ادوات الخطّ

علم قوانين الكتابة   علم تحسين الحروف   علم كيفيّة تولّد الخطوط عن اصولها   علم ترتيب حروف التهجّى   علم تركيب اشكال بسائط الحروف   علم املاء الخطّ العربىّ   علم خطّ المصحف   علم خطّ العروض وذكر فى الثانية العلوم المتعلّقة بالالفاظ وهى علم مخارج

---

in rerum natura versatur, est vel practica, qua non illius ipsius doctrinae sed alterius comparatio quaeritur, vel speculativa, quam ejus ipsius causa consequi studemus. Nihilominus tamen utraque, si id disputatur, quatenus ex lege petita sit, est doctrina legalis, sive quatenus non nisi petitio mentis est, rationalis. Ex his septem oriuntur classes primariae, quae singulae suas habent species, quae denuo in partes dividuntur. Totus autem doctrinarum numerus pro opera, quam in investigandis et perscrutandis earum objectis et nominibus posuimus, librisque qui de hac re conscripti sunt, diligenter perlectis, centum quinquaginta species comprehendit; et saepius continget, ut illum numerum augeamus etiam.

Disposuit vero Taschköprisade librum suum per septem arboreta, singulis classibus primariis respondentia. Cuivis arboreto ramos attribuit ad exponendas doctrinas secundarias. — Quas affert doctrinas in primo arboreto artem scribendi tractantes, hae sunt: Doctrina materiarum scriptoriarum — doctrina canonum artis scribendi — calligraphia — doctrina rationis, qua ductus literarum ex elementis suis derivantur — doctrina literas alphabeti ordinandi — doctrina, quae compositionem formarum elementorum literarum docet — orthographia arabica — doctrina, quo charactere Coranus sit exarandus — ars scribendi secundum regulas prosodicas.

In secundo arboreto nominantur doctrinae, quae singula verba spectant, ut doctrina organorum, quibus literae pronunciantur — lexicologia — doctrina usus verborum —

الحروف علم اللغة علم الوضع علم الاشتقاق علم التصريف علم النحو علم المعانى علم البيان علم البديع علم العروض علم القوافى علم قرض الشعر علم مبادى الشعر علم الانشآء علم مبادى الانشآء وادواته علم المحاضرة علم الدواوين علم التواريخ وجعل من فروع العلوم العربيّة علم الامثال علم وقائع الامم ورسومهم علم استعمالات الالفاظ علم الترسّل علم الشروط والسجّلات علم الاحاجى والاغلوطات علم الالغاز علم المعمّا علم التصحيف علم المقلوب علم الجناس علم مسامرة الملوك علم حكايات الصالحين علم اخبار الانبيآء عليهم السلام علم المغازى والسير علم تاريخ الخلفآء علم طبقات القرّاء علم طبقات المفسّرين علم طبقات المحدّثين علم سير الصحابة علم طبقات الشافعيّة علم طبقات الحنفيّة علم طبقات المالكيّة علم طبقات الحنابلة علم طبقات النحاة علم طبقات الاطبّآء وذكر فى الثالثة العلوم الباحثة عمّا فى الاذهان من المعقولات الثابتة وهى علم المنطق علم آداب الدرس علم النظر علم الجدل علم الخلاف وذكر فى الرابعة العلوم

---

etymologia — flexus formarum — syntaxis — doctrina sententiarum — doctrina expositionis — doctrina ornate dicendi — prosodia — doctrina rhythmorum — doctrina poëtarum more verba fundendi — ars materiam poeticam praemeditandi — doctrina pedestri oratione recte scribendi — doctrina principiorum hujus artis ejusque materiarum — doctrina promte respondendi — doctrina divanorum — historia. — Doctrinis linguae arabicae subjectae sunt: Doctrina proverbiorum — doctrina bellorum gentium earumque rituum — doctrina usus verborum tropici — doctrina epistolarum scribendarum — doctrina documentorum et actorum publicorum — doctrina logorum et lusus verborum — doctrina aenigmatum — doctrina logogryphorum — doctrina lusus literarum — doctrina verborum, quae inversa eodem modo, sed alio significatu leguntur — doctrina agnominationum — doctrina reges noctu sermonibus oblectandi — historiae sanctorum — annales prophetarum — doctrina expeditionum et vitarum — historia Chalifarum — classes lectorum Corani — classes interpretum Corani — classes doctorum traditionariorum — vitae asseclarum prophetae — classes Schafiitarum — Hanifitarum — Malekitarum — Hanbalitarum — grammaticorum — medicorum.

Tertium arboretum continet doctrinas, de rebus menti obversantibus tractantes, quae cogitatione certe cognosci possunt. Sunt autem hae: Logica — regulae institutionis — doctrina rationis, qua disputantibus disserendum est — topica — theologia controversa.

المتعلّقة بالاعيان وهى العلم الآلهىّ والعلم الطبيعىّ والعلوم الرياضيّة وهى اربعة علم العدد علم الهندسة علم الهيئة علم الموسيقى وجعل من فروع العلم الآلهىّ علم معرفة النفس الانسانيّة علم معرفة النفس الملكيّة علم معرفة المعاد علم امارات النبوّة علم مقالات الفرق وجعل من فروع العلم الطبيعىّ علم الطبّ علم البيطرة علم البيزرة علم النبات علم الحيوان علم الفلاحة علم المعادن علم الجواهر علم الكون والفساد علم قوس قزح علم الفراسة علم تعبير الرويآء علم احكام النجوم علم السحر علم الطلسمات علم السيميآء علم الكيميآء وجعل من فروع الطبّ علم التشريح علم الكحالة علم الاطعمة علم الصيدلة علم طبخ الاشربة والمعاجين علم قلع الآثار من الثياب علم تركيب انواع المداد علم الجراحة علم الفصد علم الحجامة علم المقادير والاوزان علم الباه وجعل من فروع الفراسة علم الشامات والخيلان علم الاسارير علم الاكتاف علم عيافة الاثر علم قيافة البشر علم الاهتدآء بالبرارى والاقفار علم الريافة علم الاستنباط علم نزول الغيث علم العرافة علم

---

In quarto arboreto commemorantur doctrinae, quae substantias spectant: Metaphysica — physica — doctrinae mathematicae, quarum quatuor sunt, arithmetica, geometria, astronomia, musica. — Doctrinis metaphysicae secundariis intersunt: Psychologia — cognitio animae angelicae (corpore carentis) — doctrina vitae futurae — doctrina signorum prophetiae — doctrina dictorum haereticorum. — Physicae subjectae sunt: Medicina — ars veterinaria — ars, quae in falconum sanitate conservanda et morbis eorum sanandis versatur — doctrina herbarum medicinalium — doctrina animalium — agricultura — metallurgia — doctrina gemmarum — meteorologia — doctrina arcus coelestis — ars physiognomica (latiori sensu) — doctrina somnia interpretandi — astrologia judiciaria — ars magica (latiori sensu) — doctrina amuletorum — phantasmagorica — chymia. — Medicinae attributae sunt: Anatomia — ars collyria illinendi — ars ciborum parandorum — botanice theoretica — ars medicamentaria — ars macularum e vestibus abluendarum — ars varia atramenti genera parandi — chirurgia — ars venam incidendi — ars scarificandi — doctrina mensurarum et ponderum medicamentariorum — doctrina remediorum concubitum adjuvantium. — Doctrinae secundariae, quas physiognomicae auctor attribuit, sunt: Doctrinae variorum naevorum — ars ex lineamentis palmarum, pedum et frontis conjectandi — ars ex scapulis ovium et caprorum praedicendi — ars vestigia persequendi — genealogia membrorum — ars viam per campos et deserta reperiendi — ars aquam in terra ex signis externis inveniendi —

الاختلاج وجعل من فروع علم احكام النجوم علم الاختيارات علم الرمل علم الفال علم القرعة علم الطيرة وجعل من فروع السحر علم الكهانة علم النيرنجات علم الخواصّ علم الرقى علم العزائم علم الاستحضار علم دعوة الكواكب علم الفلقطيرات علم الخفاء علم الحيل الساسانيّة علم كشف الدكّ علم الشعبذة علم تعلّق القلب علم الاستعانة بخواصّ الادوية وجعل من فروع الهندسة علم عقود الابنية علم المناظر علم المرايا المحرقة علم مراكز الاثقال عام جرّ الاثقال علم المساحة علم انبات المياه علم الآلات الحربيّة علم الرمى علم التعديل علم البنكامات علم الملاحة علم السباحة علم الاوزان والموازين علم الآلات المبنية على ضرورة عدم الخلاء وجعل من فروع الهيئة علم الزيجات

---

doctrina metalla e terra eliciendi — doctrina signorum quibus pluviae praesagiuntur — doctrina ex praeteritis futura cognoscendi — doctrina ex tremore membrorum hominis involuntario, quae ei accident, indicandi. — Astrologiae judiciariae subjunctae sunt: Doctrina electionis horarum superstitiosae — doctrina ex figuris in arena descriptis interrogantibus respondendi — doctrina sortilegorum — doctrina ex jactu tesserarum literis impletarum divinandi — doctrina ex ominibus diris cognoscendi, ab incepto esse desistendum. — Doctrinae magiae secundariae sunt: Divinatio — doctrina conjunctionis reciprocae inter vires efficientes et effectas — doctrina virtutum nominum divinorum et precum ex libris sacris depromtarum — doctrina actionum sympatheticarum — doctrina daemones incantandi et sub suam potestatem redigendi — doctrina daemones figuris corporeis indutos repraesentandi — doctrina daemones astrorum (praesertim septem planetas) incantandi et sibi ad propositum assequendum obnoxios faciendi — doctrina phylacteriorum — ars efficiendi, ut quis ex adspectu hominum recedat — doctrina artificiorum, quibus opes parari possunt — doctrina detegendi artificia, quibus mercatores aliis merces adulterinas obtrudunt — doctrina praestigiarum — ars qua quis homines leviores simulatione, se occulta scire, ludere potest — doctrina virtutibus medicamentorum (ut magnetis) utendi. — Geometriae subjectae sunt: Architectura (latissimo sensu) — optice — doctrina speculorum causticorum — doctrina centra onerum portandorum cognoscendi — ars mechanica — geodaesia — doctrina aquas in terra occultas (ad irrigandos agros) eliciendi — doctrina machinas bellicas struendi — ars missilia jaciendi — doctrina aequationis temporis — ars horologica — doctrina rerum nauticarum — ars natandi — statica et cognitio librarum — doctrina instrumentorum pneumaticorum, quorum constructio ex lege necessaria pendet,

والتقاويم علم حساب النجوم علم كتابة التقاويم علم كيفيّة الارصاد علم الآلات الرصديّة علم المواقيت علم الآلات الظلّيّة علم الاكر علم الاكر المتحرّكة علم تسطيح الكرة علم صور الكواكب علم مقادير العلويّات علم منازل القمر علم جَغْرافيا علم مسالك البلدان علم البرد ومسافاتها علم خواصّ الاقاليم علم الادوار والاكوار علم القرانات علم الملاحم علم المواسم علم مواقيت الصلوة علم وضع الأَسْطُرْلاب علم عمل الاسطرلاب علم وضع الربع المجيّب والمقنطرات علم عمل ربع الدائرة علم آلات الساعة وجعل من فروع علم العدد علم حساب التخت والميل علم الجبر والمقابلة

علم حساب الخطائين علم حساب الدور والوصايا علم حساب الدرهم والدينار علم حساب الفرائض علم حساب الهوآء علم حساب العقود بالاصابع علم اعداد الوفق علم خواصّ الاعداد علم التعابى العدديّة وجعل من فروع الموسيقى علم الآلات العجيبة علم

---

ut nihil omnino vacuum sit. — Astronomiae attributae sunt: Doctrina tabularum astronomicarum et ephemeridum — ars signa in tabulis astronomicis obvia computandi — calendariographia — doctrina rationis, qua motus stellarum observantur — doctrina instrumentorum astronomicorum — doctrina rationis temporum (diei et noctis) — doctrina instrumentorum sciathericorum — doctrina sphaerarum — doctrina sphaerarum mobilium — projectio stereographica — doctrina stellarum in globo coelesti depictarum — doctrina corpora coelestia et terram metiendi — doctrina mansionum duodetriginta lunae — geographia — doctrina viarum terra marique — doctrina cursus publici ejusque stationum — doctrina eorum, quae singulis climatibus propria sunt — doctrina cyclorum *Adwár* (trecentorum sexaginta annorum solarium) et *Akwár* (centum et viginti annorum lunarium) — doctrina constellationum — doctrina ultimorum praeliorum, stragum editarum earumque temporum et ars eas praedicendi — doctrina festorum sollemnium — doctrina horarum precibus dicatarum — doctrina varia astrolabia construendi et collocandi — doctrina usus astrolabiorum — doctrina quadrantem circuli secantem et circulos horizonti parallelos construendi — doctrina usus quadrantis circuli — doctrina instrumentorum horologicorum. — Arithmeticae subjectae sunt: doctrina numeros signis exprimendi et ita computandi — doctrina reductionis per aequationem — regula falsi — doctrina legata computandi in orbem circumlata — ars drachmas et denarios computandi — doctrina canonum, ex quibus divisio hereditatum pendet — computatio quae ingenio exercetur — ars articulis digitorum computandi — ars numeros

الرقص علم الغنج وذكر فى الخامسة العلوم الحكميّة العمليّة وهى علم الاخلاق علم تدبير المنزل علم السياسة وجعل من فروع الحكمة العمليّة علم آداب الملوك علم آداب الوزارة علم الاحتساب علم قود العساكر والجيوش وذكر فى السادسة العلوم الشرعيّة وهى علم القراة علم تفسير القران علم رواية الحديث علم دراية الحديث علم اصول الدين المسمّى بالكلام علم اصول الفقه علم الفقه وجعل من فروع القراة علم الشواذّ علم مخارج الحروف علم مخارج الالفاظ علم الوقوف علم علل القرآآت علم رسم كتابة القران علم آداب كتابة المصحف وجعل من فروع الحديث علم شرح الحديث علم اسباب ورود الاحاديث وازمنته علم ناسخ الحديث ومنسوخه علم تأويل اقوال النبىّ

---

in tabulis quadratis ad usum mysticum describendi — doctrina virtutum numerorum vel iram vel amorem excitantium — ars exercitus eorumque ordines secundum numerum strategorum peritorum more disponendi. — Musicae denique adnumerantur: Doctrina instrumentorum musicorum — ars saltandi — ars mimica.

In arboreto quinto doctrinae philosophicae ad vitae usum conferendae recensentur: Ethica — administratio rei domesticae — doctrina salutem publicam bona reipublicae constitutione adjuvandi. — Philosophiae practicae subjectae sunt: Doctrina rationis, qua principes se gerere debent — doctrina administrationis vesiratus — doctrina praefecturae urbis — ars milites et duces recte tractandi et regendi.

In arboreto sexto commemorantur doctrinae legales: Ars critica Corani — doctrina Coranum commentandi — doctrina effata et facta prophetae traditione accepta recensendi et propagandi — doctrina effata illa recte intelligendi — doctrina principiorum theologiae dogmaticae sive theologia scholastica — doctrina principiorum jurisprudentiae canonicae — jurisprudentia canonica. — Arti Corani criticae subjunctae sunt: Doctrina verborum coranicorum, quae nullam analogiam sequuntur — doctrina literas organis pronuntiandi — doctrina verba organis pronuntiandi — doctrina locorum, in quibus legendis voci paululum subsistendum est — doctrina causarum, cur hoc vel alio modo legendum sit — doctrina orthographiae coranicae — ars coranum regulis calligraphiae et philologiae in lege praescriptis convenienter scribendi. — Doctrinae effatorum propheticorum adjunctae sunt: Doctrina effata prophetica explicandi — doctrina eorum, quae effatis illis edicendis causam attulerunt, et temporum locorumque, ubi pronuntiata sunt — doctrina effatorum abrogantium et abrogatorum — ars dicta prophetica allegorice interpretandi — doctrina eorum, quae dicta prophetae indicant et

صلعم علم رموز الحديث واشاراته علم غرائب لغات الحديث علم دفع الطعن عن الحديث علم تلفيق الاحاديث علم احوال رواة الاحاديث علم طبّ النبىّ صلعم وجعل من فروع التفسير علم المكىّ والمدنىّ علم الحضرىّ والسفرىّ علم النهارىّ والليلىّ علم الصيفىّ والشتائىّ علم الفراشىّ والنومىّ علم الارضىّ والسمائىّ علم اوّل ما نزل وآخر ما نزل علم سبب النزول علم ما نزل على لسان بعض الصحابة علم ما تكرّر نزوله علم ما تأخّر حكمه عن نزوله وما تأخّر نزوله عن حكمه علم ما نزل مفرّقا وما نزل جمعا علم ما نزل مشيّعا وما نزل مفردا علم ما انزل منه على بعض الانبياء وما لم ينزل علم كيفيّة انزال القران علم اسماء القران واسماء سوره علم جمعه وترتيبه علم عدد سوره وآياته وكلماته وحروفه علم حفّاظه ورواته علم العالى والنازل من اسانيده

---

demonstrant — doctrina dictionum insolitarum et obscurarum, in effatis obviarum — doctrina eorum, quibus obtrectationes effatorum depellendae sunt — doctrina, effata prophetica sibi ad speciem repugnantia inter se conciliandi — doctrina eorum, quae vitam auctoritatemque eorum, qui effata illa tradunt, spectant — doctrina effatorum prophetae, aegrotorum sanationem spectantium. — Doctrinae hermeneuticae Corani secundariae sunt: Doctrina suratarum et versuum vel Meccae vel Medinae revelatorum — doctrina eorum, quae vel domi vel foris revelata sunt — doctrina eorum, quae diem noctem revelata sunt — doctrina eorum, quae vel aestivo vel hyberno tempore revelata sunt — doctrina eorum, quae vel in lecto vel per somnum revelata sunt — doctrina eorum, quae prophetae vel in coelo vel in terra revelata sunt — doctrina eorum, quae primo et quae postremo revelata sunt — doctrina eorum, quae revelandis versibus et suratis causam attulerunt — doctrina eorum, quae asseclis hortantibus prophetae revelata sunt — doctrina eorum, quorum revelatio repetita est — doctrina eorum, quae post revelationem et quae ante revelationem constituta sunt — doctrina locorum, qui vel mora quadam interposita vel uno tenore revelati sunt — doctrina eorum, quae prophetae vel angelis circumstipato vel solitario revelata sunt — doctrina eorum, quae nonnullis prophetis antea et quae soli Mohammedi revelata sunt — doctrina rationis, qua revelationes de coelo demissae sunt — doctrina nominum Corani ejusque suratarum — doctrina collectionis et dispositionis Corani — doctrina numeri suratarum, versuum, verborum et literarum Corani — recensio eorum, qui Coranum vel memoria tenuerunt vel ore propagarunt — doctrina locorum, quorum auctoritas primo fonte vel deductis fontibus nititur — doctrina lectionum, quas plures referunt ita ut eorum

علم المتواتر والمشهور علم بيان الموصول لفظا والمفصول معنى علم الامالة والفتح علم الادغام والاظهار والاخفآء والاقلاب علم المدّ والقصر علم تخفيف الهمزة علم كيفيّة تحمّل القران علم آداب تلاوته وتاليه علم جواز الاقتباس علم غريب القران علم ما وقع فيه بغير لغة الحجاز علم ما وقع فيه بغير لغة العرب علم الوجوه والنظائر علم معانى الادوات التى يحتاج اليها المفسّر علم المحكم والمتشابه علم مقدّم القران ومؤخّره علم عامّ القران وخاصّه علم ناسخ القران ومنسوخه علم مشكل القران علم مطلق القران ومقيّده علم منطوق القران ومفهومه علم وجوه مخاطباته علم حقيقة الفاظ القران ومجازها علم تشبيه القران واستعاراته علم كنايات القران وتعريضاته علم

---

consensus mendacio niti non possit, et lectionum, quarum quidem auctoritas vera est, dictio autem legibus linguae arabicae contraria — doctrina locorum, qui grammatice conjuncti, logice vero sejuncti sunt — doctrina pronuntiationis Fathae ad Kesram declinantis et syllabarum vocali Fatha insigniendarum — doctrina insertionis literarum, et clarae et fractae pronunciationis et conversionis — doctrina productionis et abbreviationis — doctrina levioris Hamzae pronunciationis — doctrina rationis, qua Coranus conservandus et a corruptionibus muniendus est — doctrina praeceptorum, quae lectoribus in recitatione Corani observanda sunt — doctrina conditionum, sub quibus locos coranicos orationi prosaicae et poeticae intexere licitum est — doctrina verborum inusitatorum et obscurorum Corani — doctrina verborum, quae non hedschasica dialecto in Corano leguntur — doctrina verborum non arabicorum, quae in Corano leguntur — doctrina verborum, quae plures sensus admittunt et verborum similium (ut eorum, quorum notio universa in singula individua cadit) — doctrina sensus particularum et verborum earum loco positorum, quorum cognitio interpreti necessaria est — doctrina verborum locorumque coranicorum interpretationis certae et contra incertae — doctrina constructionum transpositarum — doctrina locorum Corani universalium et specialium — doctrina locorum abrogantium et abrogatorum — doctrina locorum Corani difficilium (non facile inter se conciliandorum) — doctrina locorum, qui id, quod positum est, sine ulla restrictione indicant, et locorum, qui restricti sunt — doctrina eorum, quae in Corano verbis planis expressa et quae intelligenda sunt — doctrina variarum rationum, quibus Deus in Corano vel omnes vel singulos alloquitur — doctrina verborum, quae proprie et quae improprie dicta sunt — doctrina similitudinum et metaphorarum Corani — doctrina metonymiarum et allego-

الحصر والاختصاص علم الايجاز والاطناب علم الخبر والانشآء علم بدائع القران علم فواصل الآى علم خواتم السور علم مناسبات الآيات والسور علم الآيات المتشابهات علم اعجاز القران علم العلوم المستنبطة من القران علم اقسام القران علم جدل القران

علم ما وقع فى القران من الاسمآء والكنى والالقاب علم مبهمات القران علم فضائل القران علم افضل القران وفاضله علم مفردات القران علم خواصّ القران علم مرسوم الخطّ وآداب كتابته علم تفسيره وتأويله وبيان شرفه علم شروط المفسّر وآدابه علم غرائب التفسير علم طبقات المفسّرين علم خواصّ الحروف علم الخواصّ الروحانيّة من الاوفاق

علم التصرّف بالحروف والاسمآء علم الحروف النورانيّة والظلمانيّة علم التصرّف بالاسم الاعظم علم الكسر والبسط علم الزايرجة علم الجفر والجامعة علم دفع مطاعن القران

---

**riarum in Corano obviarum — doctrina propositionum circumscriptarum et restrictarum — doctrina dictionis pressae et tenuis et contra plenae et magnificae — doctrina propositionum enunciantium et imperativarum vel optativarum — doctrina figurarum rhetoricarum — doctrina verborum extremorum, quibus periodi coranicae finiuntur — doctrina conclusionum suratarum — doctrina convenientiae versuum et suratarum — doctrina versuum (sensu et verbis) inter se similium — doctrina perfectionis divinae Corani quae omnia imitandi tentamina irrita reddit — doctrina disciplinarum, quae fontem suum in Corano habent — doctrina jurium jurandorum in Corano obviorum — doctrina materiae dialecticae in Corano depositae — doctrina nominum, cognominum et nominum honorificorum, quae in Corano inveniuntur — doctrina dictionum suspensarum seu incertarum — doctrina virtutum Corani praecipuarum — doctrina eorum, quae in Corano praestantissima et quae praestantia sunt — doctrina argumenti singulorum Corani versuum (theologia coranica) — doctrina virtutum magicarum Corani — doctrina praeceptorum scripturae coranicae et regularum in eo describendo observandarum — doctrina interpretationis grammaticalis et explicationis allegoricae Corani, ejusque dignitatis demonstratio — doctrina conditionum et legum, quibus interpres Corani adstrictus est — doctrina rationum Coranum singulari modo interpretandi (quibus nulla fides habenda est) — doctrina classium interpretum Corani — doctrina virtutum magicarum literarum — doctrina virtutum spiritualium literarum Corani in constituendis quadratis magicis etc. — doctrina literas et nomina Corani ad miros usus sibi subjiciendi — doctrina literarum lucis et caliginis (illis bonae actiones perpetrari possunt, his malae**

وجعل من فروع الحديث علم المواعظ علم الادعية علم الآثار علم الزهد والورع علم صلوة الحاجات علم المغازى وجعل من فروع اصول الفقه علم النظر علم المناظرة علم الجدل وجعل من فروع الفقه علم الفرائض علم الشروط والسجّلات علم القضاء علم حكم الشرائع علم الفتاوى فيكون جميع ما ذكره من العلوم المتعلّقة بطريق النظر ثلثمائة وخمسة علوم ثمّ انّه جعل الطرف الثانى من كتابه فى بيان العلوم المتعلّقة بالتصفية التى هى ثمرة العمل بالعلم فلخّص فيه كتاب الاحياء للامام الغزالىّ ولم يذكر علم التصوّف فللّه درّه فى الغوص على بحار العلوم وابراز دررها فان قيل انّه قصد تكثير انواع العلوم فاورد فى فروعها

---

actiones) — ars ope maximi nominis divini (lapidis sapientum) mira perpetrandi — ars hoc vel illud nomen divinum in singulas literas dissolvendi et cum literis verbi, quod id, quod quaerimus, exprimit, commiscendi inque lineis disponendi, donec hac continua mixtione id quod quaerimus, inventum est — ars ex literis simili mixtione extractis verba eliciendi, quibus res, quae nobis in futurum vel accidet vel non accidet, significatur — doctrina tabulae decreti (i. e. rationis universalis) et tabulae praedestinationis (i. e. animae universalis), quae conjunctae omnia continent descripta et quae sunt et quae erunt — doctrina obtrectationes adversariorum a Corano depellendi. — Doctrinae effatorum prophetae subjectae sunt: Doctrina graviter concionandi et monendi — doctrina precationum — doctrina eorum, quae asseclae prophetae et horum discipuli sinceri vel dixerunt vel fecerunt — doctrina rationis, qua rebus mundanis abstinemus, et in evitandis iis, quae vetita sunt, religiose elaboramus — doctrina precationum rerum praesentiae accommodatarum — doctrina expeditionum initio Islamismi susceptarum. — Principiis jurisprudentiae canonicae attributae sunt: Logica (strictiori sensu) — dialectica — theologia controversa. — Ad jurisprudentiam canonicam denique pertinent: Doctrina hereditates dividendi — doctrina pactorum et actorum publicorum — doctrina jus dicendi — doctrina fundamenti legum — doctrina responsorum jurisconsultorum.

Omnium autem disciplinarum a *Taschköprizadeh* commemoratarum, quae rationem theoreticam spectant, numerus trecentas quinque complectitur. Praeterea partem secundam libri sui scripsit ad eas doctrinas explanandas, quae in emendatione animi tanquam fructu ex usu doctrinae capto, versantur. Ad eum finem potiora libri *Ihyá el olum*, cujus auctor *Ghazáli* est, excerpsit, neque tamen Sufismum ipsum commemorat. Deo autem sit laus summa, quod ille se in vastum doctrinarum mare tam alte immersit ejusque margaritas extraxit.

At si objicitur, eum magnum studium in multiplicandis disciplinarum generibus posuisse, ideoque inter doctrinas secundarias justo plures commemorasse, ut in

ما اورد كذكره فى فروع التفسير ما ذكره السيوطىّ فى الاتقان من الانواع وهلا يردّ عليه انّه ان اراد بالفروع المقاصد للعلم فعلم الطبّ مثلا يصل الى الوف من العلوم وان اراد ما افرد بالتدوين فلم يستوعب الاقسام فى كثير من المباحث التى افردت بالتدوين وقد اخلّ بذكرها على انّه ادخل فى فروع علم ما ليس منه قلت نعم يردّ لكن الجواد قد يكبو والفتى قد يصبو ولا يعدّ الّا هفوات العارف ويدخل الزيوف على اعلى الصوارف ولا يخفى عليك انّ التعقّب على الكتب لا سيّما الطويلة سهل بالنسبة الى تاليفها ووضعها وترصيفها كما يشاهد فى الابنية العظيمة والهياكل القديمة حيث يعترض على مبانيها من عرى فى فنّه عن القوى والقدر بحيث لا يقدر على وضع حجر على حجر هذا جوابى عمّا يردّ على كتابى ايضا وقد كتب استاد البلغآء القاضى الفاضل عبد الرحيم البيسانىّ الى العماد الاصفهانىّ معتذرًا عن كلام استدركه عليه انّه قد وقع لى شىء وما ادرى اوقع لك ام لا وها انا اخبرك به وذلك انّى رأيت انّه لا يكتب انسان كتابًا فى يومه الّا قال فى غده لو غيّر هذا لكان احسن ولو زيد

---

hermeneutica Corani, ubi omnes illius doctrinae species attulerit, quas *Soyuti* in suo libro *Itcán* recenseat — et nonne objicies ei quoque si per doctrinas secundarias intellexerit singula proposita, quae doctrina quadam consequi studemus, medicinam v. c. in mille doctrinas posse resolui, sin autem illud voluerit, quod in singulis operibus tractatum sit, eum minime omnes partes commemorasse in multis rebus controversis, quas libri peculiares tractent, et interdum quoque in iis afferendis falsum esse, ita ut doctrinis secundariis attribuerit, quod ad eas non pertineat — verissimam quidem esse hanc objectionem haud nego, attamen optimus equus interdum cadit, et vir quoque fortis interdum puerilia tractat. Sapientum lapsus tantummodo numerantur et immiscent se nummi adulterini nummis optimae notae. Neque te fugit, censuram librorum praesertim longorum facilem esse eorum comparata collectione, adornatione, dispositione. Simili modo aedificiorum magnorum et templorum antiquorum ab eo reprehendi vides structuras, qui in arte sua tantopere destitutus est viribus et robore, ut ne lapidem quidem lapidi imponere queat. Haec ipsa illis oppono, quae pariter meo libro objici possint. — Scripsit olim *Abderrehím Beisáni* (Scythopolitanus), eloquentium doctor et judex optime meritus, *Imado Isfehani*, se excusaturus de dictione quadam, quam ille in eo reprehenderat: „Accidit mihi res, quae nescio an tibi acciderit nec ne. Age ego te de illa certiorem faciam. Video enim neminem, qui si

لكان يستحسن ولو قدم هذا لكان افضل ولو ترك هذا لكان اجمل وهذا من اعظم العبر وهو دليل على استيلآء النقص على جملة البشر انتهى هذا اعتذار قليل المقدار عن جميع الايرادات والانظار اجمالًا وامّا التفصيل فسيأتى فى موضع كلّ علم مع توجيهه بانصاف وحلم وربّما زيد على ما ذكره من العلوم على طريق الاستدراك بتمكين مانح القريحة والذهن الدرّاك

## الفصل الخامس

## فى مراتب العلم وشرفه وما يلحق به وفيه اعلامات

### الاعلام الاوّل

### فى شرفه وفضله

واكتفيت ممّا ورد فيه من الآيات والاخبار بالقليل لشهرته وقوّة الدليل قال الله تعالى

---

hodie librum scripsit, crastino die non dicat: Certe si hoc mutatum esset, esset melius, si hoc copiosius, magis probandum, si hoc prius positum, praestantius, si hoc omissum, elegantius. Habes hic exemplum gravissimum, unde intelligitur omnes homines obnoxios esse vitiositati.“

Habes brevem apologiam omnium eorum, quae ab auctore nostro aut aliunde repetita, aut super illis disputata sunt; — apologiam dico, quod attinet ad genus, nam singulatim sententiam nostram exponemus, ubi de singulis doctrinis dicemus, idque ita, ut illam simul, liberaliter scilicet et modeste, probare studeamus. Saepe quoque doctrinarum, quas ille commemorat, numerum corrigendo augebimus, adjuti a Deo, ingenii capacitatisque mentis largitore.

## SECTIO QUINTA

## DE GRADIBUS ET DIGNITATE SCIENTIAE DEQUE ALIIS QUAE HUC PERTINENT, PER NOTATIONES DIVISA.

### NOTATIO PRIMA

### DE DIGNITATE ET PRAESTANTIA SCIENTIAE.

E versiculis coranicis et effatis propheticis, quae ad hunc locum afferuntur, satis habeo pauca excerpere, utpote inprimis illustria et insignem probandi vim habentia.

يَرْفَعُ اللهُ الذين آمَنُوا مِنْكم والَّذِينَ أُوتُوا العِلْمَ دَرَجاتٍ وقال قل هَلْ يَسْتَوِى الذين يَعْلَمُون والذين لا يَعْلَمُون الآية وعن معاذ بن جبل رضى الله تعالى عنه انّه قال قال رسول الله صلعم تعلّموا العلم فانّ تعلّمه للّه خشية وطلبه عبادة ومذاكَرَته تسبيح والبحث عنه جهاد وتعليمه لمن لا يعلمه صدقة وبذله لاهله قربة لانّه معالم الحلال والحرام ومنار سبل اهل الجنّة وهو الانيس فى الوحشة والصاحب فى الغربة والمحدّث فى الخلوة والدليل الى السرّآء والضرّآء والسلاح على الاعدآء والزين عند الاخلّآء يرفع الله به اقوامًا فيجعلهم فى الخير قادة وأئمّة تقتصّ آثارهم ويقتدى بفعالهم ترغب الملائكة فى خلّتهم وباجنحتها تمسحهم يستغفر لهم كلّ رطب ويابس وحيتان البحر وهوامه وسباع البرّ وانعامه لانّ العلم حيوة القلوب من الجهل ومصابيح الابصار من الظلم يبلغ العبد بالعلم منازل الاخيار والدرجات العلى فى الدنيا والآخرة التفكّر فيه يعدل الصيام ومدارسته تعدل القيام به توصل الارحام وبه يعرف الحلال والحرام وهو

---

Legitur enim in Corano: „Exaltabit Deus eos, qui crediderunt ex vobis et eos quibus scientia data est, gradibus (honoris in Paradiso)“ et alio loco „Dic, an adaequabuntur, qui sciunt et qui nesciunt?“ et quae sunt reliqua. — Deinde *Meádz Ben Jebel* tradidisse fertur: „Dixit legatus Dei: Collocate studium vestrum in doctrina; se enim ad doctrinae studium conferre est Deum timere — eam quaerere, Deum adorare — de ea cum aliis disserere, Deum laudare — in eam inquirere, bellum sacrum gerere — illum instruere qui eam ignorat, eleemosynam dare — eam largiri hominibus ea dignis, Dei gratiam sibi conciliare. Doctrina enim est tanquam lapidum milliariorum series ad cognitionem liciti et illiciti dirigens, est tanquam pharus vias eorum, qui ad paradisum tendunt, illustrans, comes in solitudine, amica in terris exteris, sermocinatrix in secessu, dux ad fortunam et prosperam et adversam recte ferendam, gladium contra inimicos, ornamentum inter amicos. Deus viros doctos per eam ad summam producit dignitatem, ut sint bonarum actionum duces et quorum vestigia sequamur et facta imitemur auctores. Angeli eorum amicitiam appetunt eosque alis suis demulcent, omne animans sive viride sive siccum pro iis apud Deum intercedit, et ceti maris ejusque reptilia et ferae terrae et pecora. Doctrina enim est vita mentium, qua ex ignorantiae torpore suscitantur; est lampadum corona, qua oculi e tenebris ad lucem emergunt. Dei servus eruditione sua ascendit ad fastigia dignitatis virorum praestantissimorum et ad gradus summos in hac alteraque vita. Studium doctrinae aequat jejunium literarumque tractatio assidua preces statarias, per illam officia cognationis adjuvantur,

امام العمل لتابعه ويلهمه السعداء ويحرمه الاشقياء اورده ابن عبد البرّ فى كتاب جامع بيان العلم باسناده وقال وهو حديث حسن جدًّا وفى اسناده ضعف وروى ايضا من طرق شتّى موقوفا على معاذ وقد يقال الموقوف فى مثل هذا كالمرفوع لانّ مثله لا يقال بالرأى وقال الشافعىّ من شرف العلم انّ كلّ من نسب اليه ولو فى شىء حقير فرح ومن رفع عنه حزن وقال الاحنف كلّ عزّ لم يوجد بعلم فالى ذلّ مصيره ثمّ انّ العلوم مع اشتراكها فى الشرف تتفاوت فيه فمنه ما هو بحسب الموضوع كالطبّ فانّ موضوعه بدن الانسان والتفسير فانّ موضوعه كلام الله ولا خفاء فى شرفهما ومنه ما هو بحسب الغاية كعلم الاخلاق فانّ غايته معرفة الفضائل الانسانيّة ومنه ما هو بحسب الحاجة اليه كالفقه فانّ الحاجة اليه ماسّة ومنه ما هو بحسب وثاقة الحجّة كالعلوم الرياضيّة فانّها برهانيّة ومن العلوم ما يقوى شرفه باجتماع هذه الاعتبارات فيه او اكثرها كالعلم الآلهىّ فانّ موضوعه شريف وغايته فاضلة

---

**eaque licitum docet et illicitum, est lex et norma agendi, atque ea divinitus impertiuntur beati et contra ab ea excluduntur miseri".**

**Hoc dictum prophetae, quod *Ibn Abdelberr* in libro *Jamia beyan elilm* auctoribus allatis commemorat, admodum quidem dicit esse pulchrum, at auctorum fide dubia infirmum. Praeterea variis viis usque ad Meádz tanquam ultimum auctorem refertur, quod quidem in simili causa interdum idem putatur ac si usque ad ipsum prophetam relatum esset; nam tale quid non dicitur ex auctoritate privata. Dicere solebat *Shafii:* Dignitatis doctrinae specimen hoc est, quod is, cui ejus laus vel in re leviori tribuitur, gaudet, is contra, cui illa abjudicatur, dolet. Et *Ahnaf:* Quaevis gloria, inquit, quae doctrina non comparatur, exitum habet inglorium. Quamvis autem doctrinis omnibus insit dignitas, multum tamen inter se ea differunt. Namque haec dignitas cernitur partim in objecto, ut medicinae objectum est corpus humanum, interpretationis coranicae verbum divinum; utriusque autem objecti dignitas nemini est obscura — partim in fine, ut ethicae finis cognitio est virtutum humanarum — partim in earum necessitate, ut neminem fugit, jurisprudentiam pernecessariam esse — partim denique in argumentorum firmitate, ut in disciplinis mathematicis, quae demonstrativae sunt. — Deinde vero nonnullarum doctrinarum dignitas eo stabilitur, quod illae rationes vel in omni genere vel maximam partem in eas cadunt. Ita metaphysicae objectum est nobile, finis praestans, necessitas urgens. Nonnunquam etiam una doctrina insignior est altera sive ad fructum sive ad argumentorum firmitatem sive ad finem.**

وللحاجة اليه ماسّة وقد يكون احد العلمين اشرف من الآخر باعتبار ثمرته او وثاقة دلائله او غايته ثمّ انّ شرف الثمرة اولى من شرف قوّة الدلالة فاشرف العلوم ثمرة العلم بالله وملائكته ورسله وما يعين عليه فانّ ثمرته السعادة الابديّة

## الاعلام الثانى

## في كون العلم الذّ الاشياء وانفعها وفيه تعليمان

**التعليم الاوّل** في لذّته اعلم انّ شرف الشيء امّا لذاته او لغيره والعلم حائز للشرفين جميعًا لانّه لذيذ في نفسه فيطلب لذاته ولذيذ لغيره فيطلب لاجله امّا الاوّل فلا يخفى على اهله انّه لا لذّة فوقها لانّها لذّة روحانيّة وهي اللذّة المحضة وامّا اللذّة الجسمانيّة فهي دفع الالم في الحقيقة كما انّ لذّة الاكل دفع الم الجوع ولذّة الجماع دفع الم الامتلاء بخلاف اللذّة الروحانيّة فانّها الذّ واشهى من اللذائذ الجسمانيّة ولهذا كان الامام الثانى

---

Sed tamen ea dignitas, quae cernitur in fructu, potior est ea, quae cernitur in firmitate argumentationis. Itaque ratione fructus habita omnium nobilissima est doctrina de Deo, ejusque angelis et prophetis et de iis, quae ad hanc disciplinam percipiendam recteque tractandam instrumentorum loco sunt, quippe quam felicitas sequitur aeterna.

## NOTATIO SECUNDA

### QUA SCIENTIAM ESSE DOCETUR RERUM OMNIUM SUAVISSIMAM ET UTILISSIMAM, IN DUAS INSTITUTIONES DIVISA.

### *Institutio prima de scientiae suavitate.*

Dignitas rei aut ea ipsa nititur, aut alia. Utramque dignitatis speciem in se habet scientia; est enim suavis tam in se ipsa, ideoque propter se ipsam quaeritur, quam propter res alias, ut earum causa quaeratur. Nihil suavius cogitari posse dulcedine, quam scientia in se ipsa habeat, eos non fugit, qui ea imbuti sunt; ejus enim voluptates ad animum redeunt, atque hae sunt voluptates purissimae, voluptates corporis contra revera in sola remotione dolorum constant. Sic voluptas cibi in expulsione spectatur doloris, qui a fame proficiscitur, et voluptas coitus in removenda nimia seminis copia, id quod minime cadit in voluptatem animi, quapropter

محمّد بن حسن الشيبانىّ يقول عند ما انحلّت له مشكلات العلوم اين ابنآء الملوك من هذه اللذّة سيّما اذا كانت الفكرة فى حقائق الملكوت واسرار اللاهوت ومن لذّته التابعة لعزّته انّه لا يقبل العزل والنصب ومع دوامه لا مزاحمة فيه لاحد لانّ المعلومات متّسعة مزيدة بكثرة الشركآء ومع هذا لا ترى احدًا من الولاة الجهّال لا يتمنّون ان يكون عزّهم كعزّ اهل العلم الّا انّ الموانع البهيميّة تمنع عن نيله وامّا اللذائذ الحاصلة لغيره امّا فى الاخرى فلكونه وسيلة الى اعظم اللذائذ الآخرويّة فالسعادة الابديّة وامّا فى الدنيا فالعزّ والوقار ونفوذ الحكم على الملوك ولزوم الاحترام فى الطباع فانّك ترى اغبيآء الترك واجلاف العرب يصادفون طباعهم مجبولة على التوقير لشيوخهم لاختصاصهم بمزيد علم مستفاد من التجربة بل البهيمة تجدها توقّر الانسان بطبعها لشعورها بتميّز الانسان بكمال مجاوز لدرجتها حتى انّها تنزجر

---

haec suavior et magis appetenda est quam voluptates corporis. Hinc *Mohammed Ben Hasan Sheibáni*, Imamus secundus dicere solebat, sicubi quaestionum doctrinarum difficiliorum solutionem invenerat: Qui possunt voluptates filiorum regum comparari his voluptatibus, maxime cum studium versatur in natura mundi substantiarum incorporearum et in mysteriis divinitatis? — Ad eruditionis dulcedinem, dignitati ejus junctam, id quoque pertinet, quod, sive cui munus adimitur, sive tribuitur, eruditio ejus his fortunae vicissitudinibus non est obnoxia, neque cuiquam, quamvis scientia assidue a multis tractetur, in hoc studio ulla aemulorum turba officit, quoniam ipsa doctrinarum objecta eo magis extenduntur et augentur, quo plures sunt studiorum socii. Accedit, quod nullum inveneris magistratuum indoctorum, qui non doctorum dignitatem adaequare cupiat; sed cura studiumque earum rerum, quibus homo ad bestias accedit, obstat, quo minus dignitatem illam consequatur. Quod autem attinet ad illas delicias, quas doctrina propter res alias habet, eae percipiuntur aut in altera vita (propterea scilicet quod eruditio viam sternit ad summa gaudia coelestia), beatitudinem aeternam dico; aut in hac vita, dignitatem dico, gravitatem, item quod doctorum decreta ipsos reges sibi obnoxios habent, et quod homines naturali quadam necessitate ad eos reverendos ducuntur. Vides utique, quemadmodum vecordes Turcae et Arabum tyranni se natura sua proclives ad honorem suis doctoribus praestandum sentiunt, cum his singulariter obtigerit summa eruditionis copia experientiae beneficio comparata. Quid? quod ipsas bestias reperis hominem instinctu suo venerari bene sentientes, illum distingui perfectiore indolis gradu quam

بزجره وان كانت قوّتها اضعاف قوّة الانسان

## التعليم الثانى فى نفعه

واعلم انّ السعادة منحصرة فى قسمين جلب المنافع ودفع المضارّ وكلّ منهما دنيوىّ ودينىّ فالاقسام اربعة الاوّل وهو ما ينجلب بالعلم من المنافع الدينيّة وهو حقّىّ وخلقىّ اشار الى نفعه الاوّل قوله عليه السلام فى الحديث السابق فانّ تعلّمه للّه خشية والى نفعه الثانى قوله عليه السلام وتعليمه لمن لا يعلمه صدقة وبذله قربة الثانى وهو ما ينجلب بالعلم من المنافع الدنيويّة وهو وَجْدانىّ وذوقىّ وجاهىّ ورتبىّ والوجدانىّ امّا راحة او استيلآء والراحة امّا من مشقّة وجود ضارّ للنفس اوِ من فقد سارّ لها بالانس وكلّ منهما امّا خارجىّ وامّا ذاتىّ فالراحة اربعة اقسام وقوله عليه السلام وهو الانس فى الوحشة اشارة الى الاوّل لانّه يريّح بانسه من كلّ قلق واضطراب وقوله صلعم والصاحب فى الغربة اشارة الى الثانى لانّه يقرّ من الغريب عينه ويريّحه من كمود النفس من الحزن وانكسارها لفقد سرور الاهل والوطن وقوله صلعم والمحدّث

---

qui ipsis contigerit, ita ut se propelli ab eo patiantur, quamvis ipsarum vires hominis viribus altero tanto sint majores.

### *Institutio secunda de utilitate scientiae.*

Felicitas duabus comprehenditur partibus, acquisitione utilitatum et noxae amotione. Utraque pars tam res mundanas spectat quam fidei causam, unde quatuor partes proficiscuntur, quarum prima utilitates eruditionis in fidem redundantes complectitur, quae vel ad Deum vel ad mores referuntur. Illum fructum verba significant prophetae antea allata „Se ad doctrinae studium conferre est Deum timere“, hunc ejusdem verba „illum instruere, qui doctrinam ignorat, est eleemosynam dare, eamque largiri hominibus ea dignis, Dei gratiam sibi conciliare.“ — Secunda pars continet fructus, qui ex eruditione in hanc vitam percipiuntur, et tam ad voluptatem internam et aequabilem, quam ad dignitatem et honorem pertinent. Fructus voluptatis internae cernitur aut in animi tranquillitate aut in ejus magnitudine; animi autem tranquillitas cernitur aut in eo, quod non perturbatur, quum adest aliquid ipsi molestum, aut quod non perturbatur, quum privatur aliqua re per consuetudinem cum ea contractam ipsi jucunda. Tranquillitas haec duplex vel externa est vel ad essentiam pertinens, unde quatuor tranquillitatis species oriuntur. Verba illa prophetae „doctrina comes est in solitudine“ primam indicant speciem; animus enim ob commercium, quod habet cum doctrina, tutus redditur ab omnibus affectibus et perturbationibus. Verba deinde

فى الخلوة اشارة الى الثالث لانّ العلم يريّح المنفرد عن الناس بتحديثه من انقباض الفهم وخموده وهو الم ذاتىّ لاهل الكمال وهذا هو السرّ فى استلذاذ المسامرة والمنادمة وقوله صلعم الدليل على السرّآء والضرّآء اى فى الماضى والآتى اشارة الى الرابع الذى هو فقد سارّ ذاتىّ اى انّ العلوم تقوم مقام ذى الرأى السديد اذا استشير اذ هو دالّ لصاحبه على السرّآء واسبابها وعلى الضرّآء وموجباتها فالحيرة وجهل عواقب الامور مؤلم للنفس ومضيّق للصدر لفقد نور البصيرة فالعلم يريّح من تلك الهموم والاحزان والاستيلآء قسمان احدهما استيلآء يمحق الشرّ ويدفع الضرّ واليه اشار قوله صلعم السلاح على الاعدآء فبالعلم يزهق الباطل وتندفع الشبهة والجهالة قيل لبعض الناظرين فيم لذّتك فقال فى حجّة تتبختر ايضاحًا وشبهة تتضآءل افتضاحًا وثانيهما استيلآء يجلب الخير ويذهب الضير واليه اشار قوله صلعم

---

„et amica est in terris exteris“ secundam indicant speciem; eruditio enim vultum peregrinantis exhilarat eumque liberat ab aegritudine animi, quae ex ejus tristitia et contritione ob laeti familiarium et patriae consortii ademtionem oritur. — Verba denique prophetae „et sermocinatrix est in secessu“ tertiae speciei sunt indicio; literarum enim usus mentem ejus quoque, qui seorsum ab hominum communione degit, quasi alloquio quodam relaxat atque a torpore et languore recreat, quae molestiae homines eruditissimos saepe et paene necessario infestant. Haec ipsa est occulta causa voluptatis illius, quam ex confabulationibus, sive illae noctu ad lunam aut lucernam, sive in conviviis instituuntur, capere solemus. — Postremo quod propheta dicit „doctrina dux est ad fortunam et prosperam et adversam recte ferendam“ praeterito scilicet tempore et futuro, quartam significat speciem, privationem dico rei, quae est hominis naturae necessario jucunda. Literae enim vicariae sunt monitoris prudentis, quandocunque in consilium adhibetur, cum qui mentem sanam adjutricem consiliorum habet, edoceatur et de laetitia capienda ejusque causis et de calamitatibus perferendis rebusque iis, quae illas necessario afferunt; stupor contra et exitus rerum ignoratio dolòre afficit animum angustiaque premit pectus luce visus destitutum, doctrina contra ab istis aegritudinibus et aerumnis hominem expedit.

Magnitudo animi autem e duabus partibus constat; altera mala delet et incommoda repellit. Hinc propheta: „Eruditio, inquit, gladius est contra inimicos“; per doctrinam enim vanitas destruitur, et objectio atque ignorantia tollitur. — Philosophus quidam interrogatus: Ex quanam re capis voluptatem? Ex argumento, respondit, quod suae sibi efficacitatis conscium quasi superbo gressu incedit et ex

والزين عند الاخلّآء اى انّ العلم جمال وحسن وكمال يجذب القلوب من الاخلّآء كما قيل

العلم زين وكنز لا نفاد له    نعم القرين اذاما عاقل صحبًا

**القسم الثانى** ما يجلبه العلم من الوجاهة والرتبة وهى امّا عند الله وامّا عند الملآء الاعلى او عند الملآء الاسفل الاوّل اشار اليه قوله صلعم يرفع الله به اقوامًا اى يُعْلى مقامهم ورتبتهم فيجعلهم فى الخير قادة وأئمّة اى شرفآء الناس وسادتهم والقادة جمع قائد وهو الذى يجذب الى الخير امّا مع الالزام كالقاضى والوالى الذين الزامهم على الظاهر وكالخطيب والواعظ الذين الزامهم على الباطن او بغير الالزام كالائمّة الذين بعلمهم يُهْتدى وبحالهم يقتدى والثانى اشار اليه قوله صلعم يرغب الملائكة فى خلّتهم اى لهم من المنزلة والمكانة فى قلوبهم ما استولى على غيوب بواطنهم فرغبوا فى محبّتهم وانسوا بملازمتهم وما استولى على ظواهرهم فيتبرّكون بمسحهم والثالث

---

objectione, quae infirmitate sua tanquam pudibunda enervi corpusculo prorepit.“ — Altera magnitudinis animi pars in adeptione boni cernitur et noxae remotione. Hoc ipsum voluit propheta verbis „doctrina ornamentum est inter amicos“ i. e. doctrina — quae est summa ejus et perfectissima pulchritudo — animos humanos ad eorum amicitiam pertrahit, qui ipsa ornati sunt, ut in illo versu legitur:

*Doctrina ornatus est et thesaurus, quin unquam evanescit; quam felix ejus est socius, quotiescunque intelligentia cum sodalibus certat.*

Fructuum genus secundum, quos eruditio praebet, dignitatem et honorem spectat vel apud Deum, vel apud superiores, vel apud inferiores. Honorem apud Deum indicant verba illa prophetae: „Deus viros doctos per eam ad summam producit dignitatem“ i. e. auget eos dignitatis gradu et honore, ut sint bonarum actionum duces (*Cádet*) et auctores (*Imami*) i. e. spectatissimi hominum eorumque principes. (Vox *cádet* autem pluralis est nominis *caïd*, quod eum indicat, qui ad bonum rectumque impellit, idque aut vi quadam adhibita, ut judex et disciplinae publicae praefectus, qui cogunt extrinsecus, et ut orator in sacris primarius et secundarius, qui cogunt intrinsecus; aut nulla vi adhibita, ut *Imami*, quorum scientia alii pro duce, quorumque moribus pro exemplo utuntur). — Deinde vero honor apud superiores indicatur his verbis „angeli (eruditorum) amicitiam appetunt“ i. e. docti penes illos locum tam insignem tamque excelsum obtinent, ut intimos animorum angelicorum recessus occupaverint; quare angeli amicitiam doctorum semper sectati eorumque consuetudine delectati sunt; deinde ut ipsa corpora angelica ad sui amorem rapuerint;

اشار اليه قوله صلعم يستغفر لهم كلّ رطب ويابس فشمل الناطق والنافس قيل سبب استغفار هؤلآء رجوع احكامهم اليهم فى صيدهم وقتلهم وحلّهم وحرمتهم **القسم الثالث** ما يندفع بالعلم من المضارّ الدينيّة وهو نوعان الاوّل فعل النواهى وترك الاوامر فالاوّل اتباع الشهوات المضرّة واشار اليه قوله صلعم التفكّر فيه يعدل الصيام اى فى كسر الشهوتين والثانى الغفلة والميل الى الكسل واشار اليه قوله صلعم ومدارسته تعدل القيام اى فى نفى ما عرض فى ذلك لحصول التنبّه والنشاط والتذكرة والانبساط **القسم الرابع** هو ما يندفع بالعلم من المضارّ الدنيويّة وهو ايضا نوعان الاوّل دفع المصالح والمقاصد وجلب المعائب والمفاسد واليه اشار قوله صلعم به توصل الارحام اى بالعلم تدفع مضرّة القطيعة وتوصل الارحام بين الانام وحقدهم وحسدهم ومحاربتهم والثانى مضرّة اجتلاب المفاسد برفض القانون الشرعىّ العاصم من

---

quo fit, ut angeli vel de contactu eorum sibi tanquam de re exoptatissima gratulentur. — Honorem denique apud inferiores verba illa significant „omne animans sive viride sive siccum pro iis apud Deum intercedit“ i. e. omne animans, quod ratione praeditum est et spiritum ducit. — Quod autem ipsa animalia doctis veniam a Deo precantur, id propterea fit, quod horum decreta pertinent ad quaestiones de illis venandis et interficiendis, item ad has quaestiones, quando illas venari et interficere fas est, quando nefas. — Genus utilitatis tertium in eo constat, quod quae religioni noxia sunt, doctrinae beneficio avertuntur. Comprehenduntur autem haec duabus partibus, primum enim illicita perpetrantur et jussa omittuntur. Nitimur autem in vetitum eo, quod cupiditatibus noxiis indulgemus, et hoc vult propheta verbis „studium doctrinae aequat jejunium“ quippe quod in reprimendis cupiditatibus cibi et rei venereae versatur. Pars autem altera socordiam spectat et inertiae amorem, id quod propheta verbis significat „literarum tractatio preces statarias aequat“; repellit enim ea, quae in precibus faciendis obstant, quominus nos admoneri sinamus et contra monita prae inconsulta animi elatione spernamus; et quid faciendum sit, nobiscum perpendamus, et contra temere et proterve grassemur. — Quartum denique genus ad damna terrena pertinet, quae eruditio avertit. Haec et ipsa duplicia sunt; cernuntur enim vel in intermissione actionum honestarum et conatuum justorum vel in studio factorum inhonestorum et perniciosorum; quod propheta verbis exprimit „per doctrinam officia cognationis adjuvantur“; cognatos enim artius jungens omnes simultates inter homines et odium et invidiam et repugnantiam avertit. Secunda autem damnorum pars, studium factorum perniciosorum spectans,

**كلّ ضلال واليه اشار قوله صلعم وبه يعرف الحلال والحرام اى بالعلم تبيّن احدهما من الآخر** وهو اساس جميع الخيرات فتامّل فى بيان منافع العلم وكيفيّة جوامع الكلم واكثر الصلوة على صاحبه عليه السلام

## الاعلام الثالث

### فى دفع ما يتوهّم من الضرر فى العلم وسبب كونه مذموما

اعلم انّه لا شىء من العلوم من حيث هو علم بضارّ ولا شىء من الجهل من حيث هو جهل بنافع لانّ فى كلّ علم منفعة ما فى امر المعاد او المعاش او الكمال الانسانىّ وانّما يتوهّم فى بعض العلوم انّه ضارّ او غير نافع لعدم اعتبار الشروط التى يجب مراعاتها فى العلم والعلمآء فانّ لكلّ علم حدّ لا يتجاوزه فمن الوجوه المغلطة ان يظنّ بالعلم فوق غايته كما يظنّ بالطبّ انّه يبرئ جميع الامراض وليس كذلك فانّ منها ما لا يبرأ بالمعالجة ومنها ان

---

ad quae homo neglectu praeceptorum legibus sancitorum ab omni errore defendentium rapitur, illis verbis prophetae significatur „et licitum et illicitum docet“ i. e. viri doctrina instructi hoc ab illo distinguunt, quae distinctio fundamentum est omnium bonarum actionum. Itaque cogita assidue ea, quae fructus eruditionis demonstrant et rationem docent, qua sententiae graves prophetae in usum conferri possint. Optima quaeque et fausta earum auctori eveniant Deusque ei propitius esse velit!

## NOTATIO TERTIA

### IN QUA INCOMMODA DOCTRINAE FALSO IMPUTATA REFUTANTUR ET DE CAUSIS AGITUR, CUR ILLA VITUPERATIONI SIT OBNOXIA.

Nulla scientia (hoc velim teneas) per se spectata nocet, nec ulla inscitia, quatenus est inscitia, prodest; ex quavis enim doctrina fructus percipitur quicunque sive ad futuram vitam sive ad hanc sive ad perfectionem humanam in universum. Nonnullae doctrinae falso judicatae sunt noxiae et inutiles non nisi eam ob causam, quod nulla ratio habebatur conditionum, quibus doctrinae et viri docti adstricti et quae necessario observandae sunt. Omnis enim doctrina limitibus est circumscripta, quos non transgreditur. Admodum autem durum est et rusticum a doctrina plus postulare, quam ejus fini convenit, sicuti v. c. medicinam omnes morbos sanare posse nonnulli

يظنّ بالعلم فوق مرتبته في الشرف كما يظنّ بالفقه انّه اشرف العلوم على الاطلاق وليس كذلك فانّ علم التوحيد اشرف منه قطْعًا ومنها ان يقصد بالعلم غير غايته كمن يتعلّم علمًا للمال او للجاه فالعلوم ليس الغرض منها الاكتساب بل الاطّلاع على الحقائق وتهذيب الاخلاق على انّه من تعلّم علمًا للاحتراف لم يأت عالمًا انّما جآء شبيهًا بالعلمآء ولقد كوشف علمآء ما ورآء النهر بهذا الامر ونطقوا به لمّا بلغهم بنآء المدارس ببغداد اقاموا مأتم العلم وقالوا كان يشتغل به ارباب الهمم العليّة والانفس الذكيّة الذين يقصدون العلم لشرفه والكمال به فيأتون علمآء ينتفع بهم وبعلمهم واذا صار عليه اجرة تدانى اليه الاخسّآء وارباب الكسل فيكون سببًا لارتفاعه ومن ههنا هجرت علوم الحكمة وان كانت شريفة لذاتها ومنها ان يمتهن العلم بابتذاله الى غير اهله كما اتّفق في علم الطبّ فانّه كان في الزمن القديم حكمة موروثة عن النبوّة فصار مهانًا لمّا تعاطاه اليهود فلم يشرفوا به بل ذلّ العلم بهم ومما

---

opinantur. At vero res ita se non habet, omnes enim morbi medicamentis non depelluntur. Alii deinde hanc vel illam doctrinam ex vana opinione altiore dignitatis gradu collocant, ut qui jurisprudentiam omnium doctrinarum sine ulla exceptione nobilissimam esse autumantur. At nec hoc concedi potest, cum sine dubio doctrina, quae de cultu unius Dei agit, sit nobilior. Alii per eam consequi student, quae summo ejus fini repugnant, ut qui propter pecuniae cupidinem et honorum studium literas addiscunt. At vero doctrinae minime quaestum sequuntur, sed potius exquirunt, quae vera sunt et mores perpoliunt; quam ob causam qui doctrinae quaestus causa operam dat, is non doctus fit, sed tantum doctis similis. Docti Transoxanici coram rogati, ut, quid de hac re sentirent, declararent, illud ipsum diserte edixerunt. Qui cum audivissent, Bagdadi scholas aedificari, doctrinam veluti emortuam rite luxerunt, haec adjicientes: Olim ei vacabant viri magnanimi et ingeniosi, qui ad doctrinam tendebant propter ejus praestantiam atque ut ipsi ejus ope perfecte excolerentur. Sic docti exsistebant et per se ipsos et per doctrinam suam vere frugiferi. Nunc autem, mercede doctrinae proposita, paulatim ad eam accedent homines viles et inertes; sic illa mercedis propositio viam sternet ad doctrinam ipsam plane tollendam. Hinc quoque doctrinae philosophicae negligentur, quamvis sint per se admodum spectatae. — Doctrina autem porro noxia esse creditur, quod tanquam serva indignis in usum viliorem tradita est, id quod medicinae accidit, quae antiquitus sapientia fuit hereditate a prophetis propagata, ab eo autem tempore in contemtionem venit, quo Judaei ei se applicuerunt, qui non

احسن قول افلاطون انّ الفضيلة تستحيل فى النفس الرديّة رذيلة كما يستحيل الغذآء الصالح فى البدن السقيم الى الفساد ومن هذا القبيل الحال فى علم احكام النجوم فانّه لم يكن يتعاطاه الّا العلمآء به للملوك ونحوهم فرذّل حتى صار لا يتعاطاه غالبًا الّا جاهل يروّج اكاذيبه ومنها ان يكون العلم عزيز المنال رفيع المرقى قلّما يتحصّل غايته ويتعاطاه من ليس باهله لينال بتموّهه غرضا كما اتّفق فى علوم الكيميآء والسيميآء والسحر والطلسمات والعجب ممّن يقبل دعوى من يدّعى علمًا من هذه العلوم فانّ الفطرة قاضية بانّ من يطلع على ذبابة من اسرار هذه العلوم يكتمها عن والده وولده ومنها ذمّ جاهل متعالم لجهله ايّاه فانّ من جهل شيئًا انكره وعاداه كما قيل المرء عدوّ لما جهله او ذمّ عالم متجاهل لتعصّبه على اهله بسبب من الاسباب فانّك تسمعهم يقولون بتحريم المنطق مع كونه ميزان العلوم وتحريم

---

modo non nullam gloriam inde sunt consecuti, sed etiam ad minuendum doctrinae splendorem multum contulerunt. Quam pulchre dictum est a Platone: Quaevis res praestans in animo vili corrumpitur, ut victus saluberrimus in corpore aegroti in venenum mutatur. Tale quid videmus in astronomia judiciaria, quippe quam non nisi qui ejus gnari erant, in usum regum aliorumque principum converterant; deinde vero ita in pejorem partem rapta est, ut maximopere ignari ei operam darent, qui sua mendacia venalia proponebant. — Ob eam quoque causam doctrina in damni suspicionem cecidit, quod rari sunt, qui ad eam perveniant, et arduus est ad eam adscensus, ita ut summa ejus laude non nisi pauci potiantur; item quod doctrinam affectant homines ab ea alieni, ut falsam ejus speciem prae se ferentes externa quaedam commoda consequantur; id quod videmus accidisse in disciplinis, quae ad Alchymiam, Symiam, Magiam et Talismata pertinent. Et mirari profecto licet, si quis nostro tempore fidem habet homini, qui se aliquam harum disciplinarum tenere profitetur. Mens enim sana ita imperat, ut qui vel minimam partem arcanorum harum doctrinarum cognoverit, eam et patrem et filium celet. — Perperam porro doctrina judicata est, quod homines imperiti sed peritiam simulantes illam, quia ipsi ea carent, insectantur; qui enim rem ignorat, eam improbat infestatque, ut in proverbio dicitur: Vir infenso est animo in omne quod nescit; aut periti, sed peritiam dissimulantes, eam vituperant, quia aliqua tandem de causa in eos, qui doctrinam colunt, partium studio flagrant. Audis enim eos clamantes, illicitum esse jure divino studium logicae, quamvis ad ejus normam omnes doctrinae examinentur, et nefas esse ducendam philosophiam, quamvis quid homines de rerum natura cognoverint, ea sola declaretur,

الفلسفة مع انّها عبارة عن معرفة حقائق الاشياء وليس فيها ما ينافى الشرع المبين والدين المتين غير المسائل اليسيرة التى اوردها اصحاب التهافت كما سياتى وليس فى كتب الحنفيّة القول بتحريم المنطق غير الاشباه فان كان صاحبه رآه كان المناسب ان ينقل وامّا ما فى كتب الشافعيّة من التصريح به فمن قبيل سدّ الذرائع وصرف الطبائع الى علوم الشرائع ولعلّ المراد من منع الائمّة عن تعليم بعض العلوم وتعلّمه تخليص اصحاب العقول القاصرة من تضييع العمر وتعذيبه بلا فائدة فانّ فى تعليم امثاله ليس له فائدة والّا فالعلم ان كان مذموما فى نفسه على زعمهم لا يخلو تحصيله عن فائدة اقلّها ردّ القائلين بها

## الاعلام الرابع

## فى مراتب العلوم فى التعليم

ولا يخفى انّه يقدّم الاهمّ فالاهمّ فيه والوسيلة مقدّمة على المقصود كما انّ المباحث

---

neque ei inesse dici possit, quod legi perspicuae religionique firmae repugnet, exceptis paucis dogmatibus, quae auctores libri *Tehâfot*, de quo infra videbimus, sanxerunt. Neque ullo loco in libris sectae Hanifiticae studium logicae illicitum declaratur, si librum *Ashbâh* excipis; et si ejus auctor hanc opinionem secutus erat, conveniens est, ut eam aliunde petierit. Quae deinde in libris Shafiitarum de hac re expresse leguntur, eo tendunt, ut occasiones praecludantur animique ad doctrinas legales convertantur. Et fortasse Imámi, qui nonnullas doctrinas neque docendas neque discendas esse sanxerunt, id voluerunt, ut homines parum perspicaces tutos praestarent a vita perdenda et inutiliter consumenda; in illam enim ex ejusmodi doctrinarum studio nullus fructus redundat. Praeterea si ex istorum hominum opinione doctrina propter se ipsam vituperationi est obnoxia, ejus tamen comparatio utilitate non caret, cujus minima pars in refutandis iis cernitur, qui eam profitentur.

## NOTATIO QUARTA

### DE ORDINIS GRADIBUS, QUO DOCTRINAE DOCENDAE SUNT.

Neminem fugit, res graviores in docendo praemitti debere, et inter has vicissim gravissimas, et praesidia rei consequendae ante rem quam consequi studemus, esse

اللفظيّة مقدّمة على المباحث المعنويّة لانّ الالفاظ وسيلة الى المعانى ويقدّم الادب على المنطق ثمّ هما على اصول الفقه ثم هو على الخلاف والتحقيق انّ تقدّم العلم على العلم لثلاثة امور امّا لكونه اعمّ منه كتقديم فرض العين على فرض الكفاية وهو على المندوب اليه وهو على المباح وامّا لكونه وسيلة اليه كما سبق فيقدّم النحو على المنطق وامّا لكون موضوعه جزء من موضوع العلم الآخر والجزء مقدّم على الكلّ فيقدّم الصرف على النحو وربّما يقدّم علم على علم لا لشىء منها بل لغرض التمرين على ادراك المعقولات كما انّ طائفة من القدمآء قدّموا تعليم علم الحساب وكثيرًا ما يقدّم الاهون فالاهون ولهذا قدّم المصنّفون فى كتبهم النحو على الصرف ولعلّهم راعوا فى ذلك انّ الحاجة الى النحو امسّ ثم انّه يختلف فروض الكفاية فى التأكّد وعدمه بحسب خلوّ الاعصار والامصار من العلمآء فربّ مصر لا يوجد فيه من يقسم الفريضة الّا واحد او اثنان ويوجد فيه عشرون فقيهًا فيكون تعلّم الحساب فيه

---

comparanda, sicuti quam potestatem verba habeant, explorandum est, antequam ad excutiendum sensum progrediamur, cum verba adjumenta sint sensus inveniendi. Hinc studium philologiae praemittitur logicae, hae doctrinae principiis juris, haec autem dialecticae. Quod ut probem, observandum mihi est, doctrinam aliquam tribus de causis ceteris posse praemitti. Primum enim haec gravioris momenti esse potest illa, ut praecepta, quibus omnes obstricti tenentur, praeceptis minus necessariis praeponuntur, his deinde ea, quae in minore discrimine collocantur, atque his iterum ea, quae indifferentia sunt. Deinde una doctrina alterius esse potest instrumentum, ut supra diximus; unde sequitur, grammaticam logicae antecedere debere. Denique objectum unius doctrinae pars esse potest objecti alterius, pars autem totum praecedit, qua de causa flexio grammaticalis syntaxi praemittitur. Saepe etiam una doctrina alteri praemittitur, non propter causam, quae in iis ipsis latet, sed ut mens se adsuescat ad res, quae cogitationi subjectae sunt, intelligendas, sicuti certe nonnulli majorum studium arithmeticae ceteris praemittebant. Solent quoque faciliora praemitti et ex his vicissim facillima. Hinc auctores in libris suis syntaxin flexionibus grammaticalibus praeposuerunt, eam fortasse ob causam, quod syntaxin prae ceteris necessariam esse existimarunt. — Deinde vero praecepta minus necessario odservanda varia sunt, quatenus magis minusve fideles obstringunt, ratione habita temporum locorumque, ubi penuria est doctorum. Saepe enim in urbe majori non nisi unus vel duo inveniuntur, quibus scientia est dividendarum hereditatum, quamvis ibi viginti jurisconsulti versentur. Itaque studium

آكد من اصول الفقه واعلم انّ الواجب علمه هو فرض عين وهو كلّما اوجبه الشرع على الشخص فى خاصّة نفسه وامّا ما اوجبه على المجموع ليعلموا به لو قام به واحد لسقط عن الباقين ويسمّى فرض كفاية والعلوم التى هى فروض كفاية على المشهور كلّ علم لا يستغنى عنه فى قوام امر الدنيا وقانون الشرع كفهم الكتاب والسنّة وحفظهما من التحريفات ومعرفة الاعتقاد باقامة البرهان عليه وازالة الشبهة ومعرفة الآفات والفرائض والاحكام· الفرعيّة وحفظ الابدان والاخلاق والسياسة وكلّ ما يتوصّل به الى شىء من هذه كعلم اللغة والتصريف والنحو والمعانى والبيان وكالمنطق وتسيّر الكواكب ومعرفة الانساب والحساب الى غير ذلك من العلوم التى هى وسائل الى هذه المقاصد وتفاوت درجاتها فى التاكيد بحسب الحاجة اليها

---

arithmeticae ibi magis injungendum erit, quam principiorum juris. — Res autem scitu utique necessariae illis praeceptis accensentur, quae *Fardh Ain* nominantur, quibus omnia illa significari putantur, in quae observanda lex singulos homines pro sua parte peculiariter obligat. Quarum vero rerum cognitionem lex multitudini injungit, ejusmodi sunt, ut, si unus eas in se suscipit, alios obligatione liberet. Tale praeceptum *Fardh Kefayet* (praeceptum sufficientiae) appellatur. Ad doctrinas, quae ex more usitato praeceptis sufficientiae adnumerantur, referuntur omnes illae cognitiones, quibus homo in curandis rebus terrenis et in constituenda legis regula carere non potest. Sic intelligat necesse est Coranum et Sunnam, eaque immunia praestet a corruptionibus, sciat confessionem fidei simul cum argumentis, quibus illa probatur, tollat objectiones, cognoscat jura legibus sancita et praecepta consequentia omniaque quae illa irrita reddunt, conservet corpora et mores, salutem publicam adjuvet bona civitatis constitutione, et sibi cordi habeat omnia ea, quibus hanc vel illam ex rebus modo dictis comparare sibi possit, ut lexicologiam, flexionem formarum grammaticalium, syntaxin, doctrinam sententiarum et elocutionis rhetoricae, vel ut logicam, cursum varium astrorum, genealogiam, arithmeticam, aliasque disciplinas, quae ad illa consilia consequenda perducunt; varius autem ordo, quo in iis tractandis tenemur obstricti, ex necessitate earum pendet majori minorive.

# الباب الثانى

## في منشأ العلوم والكتب

### وفيه فصول ايضا

### الفصل الاوّل

### في سببه وفيه افهامات

**الافهام الاوّل** في انّ العلم طبيعيّ للبشر وانّه محتاج اليه واعلم انّ الانسان قد شاركه جميع الحيوان في حيوانيّته من الحسّ والحركة والغذآء وغير ذلك من اللوازم وانّما يمتاز عنه بالفكر وادراك الكلّيّات التى يهتدى بها لتحصيل معاشه والتعاون عليه بابنآء جنسه وقبول ما جآت به الانبيآء عن الله تعالى والعمل به واتباع صلاح آخرته فهو مفكر في ذلك دائما لا يفتر عنه وعن هذا الفكر تنشأ العلوم والصنائع ثمّ لاجله ولما جُبل عليه

---

# CAPUT SECUNDUM

## DE ORIGINE DOCTRINARUM ET LIBRORUM IN SECTIONES DIVISUM.

### SECTIO PRIMA

### DE CAUSIS ORIGINIS IN ERUDITIONES DISTRIBUTA.

**Eruditio prima**, quae docet, scientiam homini esse naturalem illumque ea indigere. — Homo cum bestiis, quod ad ejus naturam animalem attinet, communem habet sensum, motum, victum et alia quae inde necessario sequuntur; differt autem ab illis non nisi eo, quod mente uti intellectuque universalia, per quae facultatem victus quaerendi consequitur, comprehendere, quod ad eum quaerendum aliorum hominum ope uti, quod ea, quae prophetae divinitus instructi tradiderunt, mente concipere, iisque convenienter agere et beatitudinem aeternam consectari potest. Quodsi homo de his rebus semper et indefesso studio meditatur, ex hac meditatione nascuntur doctrinae et artes. Deinde et propter ea quae diximus, et propter illud studium homini, immo animalibus universis innatum ea, quae natura requirit, comparandi, mens humana ea quoque, quae nondum percepit, acquirere expetit. Itaque

الانسانُ بل الحيوان من تحصيل ما يستدعيه الطبائع يكون الفكر راعبا فى تحصيل ما ليس عنده من الادراكات فيرجع الى ما تستفاد عنه امّا من الاعيان او من الدوالّ عليها فهذا ميل طبيعىّ من البشر الى الاخذ والاستفادة فمنهم من ساعده فهمه ومنهم من لم يساعده مع ميله اليه وامّا عدم الميل فلامر عارضىّ كفساد المزاج وبعد المكان عن الاعتدال ولا اعتداد به

**الافهام الثانى** فى انّ العلم والكتابة من لوازم التمدّن

واعلم انّ نوع الانسان لمّا كان مُدُنيّا بالطبع وكان محتاجًا الى اعلام ما فى ضميره الى غيره وفهم ما فى ضمير الغير اقتضت الحكمة الآلهيّة احداث دوالّ يخفّ عليه ايرادها ولا يحتاج الى غير الآلات الطبيعيّة فقاده الالهام الآلهىّ الى استعمال الصوت وتقطيع النفس الضرورىّ بالآلة الذاتيّة الى حروف يمتاز بعضها عن بعض باعتبار مخارجها وصفاتها حتى يحصل منها بالتركيب كلمات دالّة على المعانى الحاصلة فى الضمير فيتيسّر لهم فائدة التخاطب والمحاورات والمقاصد التى لا بدّ منها فى معاشهم ثمّ

---

ad ea recurrit, unde notiones illas nondum comparatas petat, id est aut ad substantias ipsas aut ad signa, quae res illas indicant. Et in hac re impetus homini a natura insitus cernitur, ut se aliis erudiendum et instituendum tradat. Alii deinde naturali indole adjuvantur, alii ea non adjuvantur, quamvis ad studium literarum propensi sint. Si quis autem ad studia doctrinae animo non inclinat, id fit propter accidens aliquod, ut pravum corporis temperamentum et loci intemperiem. Haec autem leviora pro veris obstaculis non sunt habenda.

**Eruditio secunda**, qua demonstratur, doctrinam scripturamque necessario e vita civili ortam esse. — Quum genus humanum natura inclinaret ad eam societatem, quae per civitates conditur et conservatur, ineundam atque ita homines instrumento aliquo egerent, per quod ea, quae mente concepissent, mutuo et aliis significare et ab iis significata intelligere possent, sapientiae divinae visum est signa quaedam instituere, quae hominibus facilia essent ad proferendum et praeter quae nullis aliis instrumentis naturalibus egerent. Itaque instinctus quidam divinus homines eo perduxit ut voce uterentur et spiritum vitalem, quam naturali quadam necessitate ducunt, instrumento ad id ipsum natura comparato (i. e. lingua) multipliciter in sonos articulatos, a se invicem secundum organa et qualitates diversos, scinderent, ita ut ex iis compositionis arte verba formarentur, quibus cogitationes menti obversantes exprimebantur; qua re mutuus sermo, colloquia et studia, quibus in vita sua homines carere non possunt, commode adjuvabantur. Cum deinde harum literarum compositiones

ان تركيبات تلك الحروف لمّا امكنت على وجوه مختلفة وانحاء متنوّعة حصل لهم السنة مختلفة ولغات متباينة وعلوم متنوّعة ثمّ انّ ارباب الهمم من بين الامم لمّا لم يكتفوا بالمحاورة فى اشاعة هذه النعم لاختصاصها بالحاضرين سمت همّتهم السامية الى اطلاع الغائبين ومن بعدهم على ما استنبطوه من المعارف والعلوم واتعبوا انفسهم فى تحصيلها لينتفع بها اهل الاقطار ولتزداد العلوم بتلاحق الافكار وصنعوا قواعد الكتابة الثابتة نقوشها على وجه كلّ زمان وبحثوا عن احوالها من الحركات والسكنات والضوابط والنقاط وعن تركيبها وتسطيرها لينتقل منها الناظرون الى الالفاظ والحروف ومنها الى المعانى فنشأ من ذلك الوضع جملة العلوم والكتب

**الافهام الثالث** فى اوائل ما ظهر من العلم والكتاب واعلم انّه يقال انّ آدم عليه السلام كان عالما بجميع اللغات لقوله تعالى وعلّم آدم الاسماء كلّها قال الامام الرازىّ المراد اسماء كلّ ما خلق الله تعالى من اجناس المخلوقات بجميع اللغات التى يتكلّم بها

---

variis modis rationibusque diversis formari possent, variae linguae et dialecti inter se distinctae doctrinaeque multifariae inter homines exstiterunt. Jam vero iis inter populos, qui ultiora cogitabant, non suffecit sermonis communicatio ad divulganda illa beneficia, utpote non nisi praesentes spectantia; itaque eorum mens alta eo se efferre studuit, ut vel animos absentium et posteriorum ad cognitiones doctrinasque, quas elicuerunt, adverterent, et se in iis comparandis laboribus fregerunt, ut terrarum populi inde fructus perciperent, doctrinaeque continua cogitationum serie augerentur, excogitaruntque leges scripturae, cujus notae per omnia tempora manerent, et commentati sunt de rebus ad scripturam pertinentibus, ut de consonis modo motis modo quiescentibus, de signis vocalium definiendae lectioni inservientibus et punctis consonarum diacriticis, item de ratione literarum inter se componendarum inque versus disponendarum; ut ii, qui scripta inspecturi essent, e notis voces vocumque singulas partes (i. e. sonos articulatos), atque inde ipsas sententias colligerent, ex qua inventione omnes doctrinae et libri profecta sunt.

Eruditio tertia de primitiis doctrinarum et librorum. — Adam, cui Deus sit propitius, omnium linguarum gnarus fuisse traditur ex vulgi opinione inde enata, quod Deus excelsus dixerit „Et docuit Deus Adamum nomina omnia“ quod *Imám Razi* ita interpretatur, Adamum nomina omnium generum rerum a Deo creatarum in omnibus linguis, quibus ejus posteri ad hunc usque diem utuntur, edoctum fuisse, et cognitum etiam earum sensum habuisse, librumque ei a Deo esse patefactum. —

ولده اليوم وعلم ايضا معانيها وانزل عليه كتابا وهو كما ورد في حديث ابي ذرّ رضى الله عنه قال يا رسول الله اىّ كتاب انزل على آدم قال كتاب المعجم قلت اىّ كتاب المعجم قال ا ب ت ث ج قلت يا رسول الله كم حرفا قال تسعة وعشرون حرفا الحديث وذكروا انّه عشر صحف فيها سور مقطّعة الحروف وفيها الفرائض والوعد والوعيد واخبار الدنيا والآخرة وقد بيّن اهل كلّ زمان وصورهم وسيرهم مع انبيآئهم وملوكهم وما يحدث في الارض من الفتن والملاحم ولا يخفى انّه مستبعد عند اصحاب العقول القاصرة وامّا من امعن النظر في الجفر ولاحظ شموله على غرائب الامور فعنده ليس ببعيد سيّما في الكتب المنزّلة وروى انّ آدم عليه السلام وضع كتابا بانواع الالسن والاقلام قبل موته بثلثمائة سنة كتبها في طين ثمّ طبخه فلمّا اصاب الارض الغرق وجد كلّ قوم كتابا فكتبوه من خطّ فاصاب اسماعيل عليه السلام الكتاب العربيّ وكان ذلك من معجزات آدم عليه السلام ذكره السيوطيّ في المزهر وفي رواية انّ آدم عليه السلام كان يرسم الخطوط بالبنان وكان اولاده تتلقّاها بوصيّة منه

---

Fere eadem leguntur in effato prophetico, ab *Abu Dherr* laudato, cui interroganti: Quinam liber Adamo revelatus fuerit? propheta respondit: Liber alphabeti. — Qualis autem est hic liber? — A B T Th J. — O Dei legate, quot ei sunt literae? — Viginti novem; et quae sunt reliqua. — Monent deinde, librum compositum fuisse decem foliis, quae suratas, in quibus literae non erant junctae, continuerint, in hisque praecepta divina, promissa, minas, et hujus futuraeque vitae notitias esse tractata. Descripsit etiam liber ille homines omnis temporis, eorum formas vitasque simul cum eorum prophetis et regibus, et seditiones bellaque atrocia, quae in terra acciderunt. Neque tamen nos fugit, esse homines parum perspicaces, qui haec omnia non probabilia esse putent. At vero qui penitus in doctrinam *Jęfr* se insinuaverit omniaque probe perspexerit, quae singularia continet, is nihil a verisimilitudine abhorrens hac in re esse statuet, praesertim in libris divinitus patefactis. — Tradunt quoque, Adamum librum in variis linguis et scripturae caracteribus trecentis annis ante mortem suam exarasse, eum luto inscripsisse et hanc massam postea coxisse. Terra deinde diluvio vexata, quemvis populum librum invenisse, quem peculiari caractere descripserit, in Ismaelis autem manus librum arabice exaratum incidisse. Hoc factum, quod miraculis ab Adamo perpetratis accensetur, ex libro Soyutiano *Mozhir* est petitum. Alia deinde oralis traditio addit, Adamum literarum ductus extremis digitis formasse, filiosque ejus illos testamento ab eo,

وبعضهم بالقوّة القدسيّة القابليّة وكان اقرب عهد اليه ادريس عليه السلام فكتب بالقلم واشتهر عنه من العلوم ما لم يشتهر عن غيره ولقّب بهرمس الهرامسة والمثلث بالنعمة لانّه كان نبيًّا ملكًا حكيمًا وجميع العلوم التى ظهرت قبل الطوفان انّما صدرت عنه فى قول كثير من العلمآء وهو هرمس الاوّل اعنى ادريس بن يرد بن مهلائل بن انوش بن شيث بن آدم عليه السلام المتمكّن بصعيد مصر الاعلى ويقال انّه اوّل من تكلّم فى الاجرام العلويّة والحركات النجوميّة واوّل من بنى الهياكل وعبد الله فيها واوّل من نظر فى الطبّ والّف لاهل زمانه قصائد فى البسائط والمركّبات وانذر بالطوفان وروى انّ آفة سماويّة تلحق الارض فخاف ذهاب العلم فبنى الاهرام التى فى صعيد مصر الاعلى وصوّر جميع الصناعات والآلات ورسم صفات العلوم والكمالات حرصًا على تخليدها ثمّ كان الطوفان وانقرض الناس فلم يبق فيهم علم ولا اثر سوى من فى السفينة من البشر وذلك مذهب جميع الناس الّا المجوس فانّهم لا يقولون بعموم الطوفان ثمّ اخذ بتدرّج الاستئناف

---

alios homines contra per intellectum altiorem divinitus impertitum accepisse. Inter illos, qui Adamo successerunt, proximus fuit *Edrîs* (Enokh), qui calamo scripsit, auctorque tot doctrinarum exstitit, quot nullus alius. Cognominatus est *Hermes Hermetum* et triplici fuit gratia donatus. Fuit enim propheta, rex et philosophus, et omnes doctrinae, quae ante diluvium originem ceperunt, secundum opinionem multorum doctorum ab eo profectae sunt. Idem *Hermes primus* dicitur sive Idris filius Yaredi filius Mahlaëlis filius Enoshi filius Sethi filius Adami, et sedem suam in parte superiore Aegypti *Saïd* fixerat. Primus quoque fuisse dicitur, qui verba fecerit de corporibus coelestibus astrorumque motibus, primus qui templa exstruxerit Deumque unum in iis coluerit, primus qui se ad studium medicinae contulerit suisque aequalibus carmina *Casaïd* de rebus simplicibus et compositis condiderit, eosque de diluvio praemonuerit. Nuntiavit quoque perniciem coelestem terram esse vexaturam, ideoque doctrinarum interitum metuit. Idem exstruxit Pyramides quae in Aegypto superiore conspiciuntur, inque iis omnes artes et instrumenta depinxit, descripsitque habitus doctrinarum et perfectiones, earum in aeternum conservandarum cupidus. Deinde diluvio omnes homines sunt exstirpati; neque doctrina inter eos restitit neque vestigium ullum, exceptis illis mortalibus, qui navi Noahicae inerant. Haec quidem est communis omnium hominum opinio, si Magos excipis, qui diluvium universam terram devastasse negant. Posthac homo gradatim

والاعادة فعاد ما اندرس من العلم الى ما كان عليه مع الفضل والزيادة فاصبح مؤسّس البنيان مشيّد الاركان لا زال مؤيّدًا بالملّة الاسلاميّة الى يوم الحشر والميزان

## الفصل الثانى

## فى منشأ انزال الكتب واختلاف الناس وانقسامهم

## وفيه افصاحات

**الافصاح الاوّل** فى حكمة انزال الكتب اعلم انّ الانسان لمّا كان محتاجًا الى اجتماع مع آخر من بنى نوعه فى اقامة معاشه والاستعداد لمعاده وذلك الاجتماع يجب ان يكون على شكل يحصل به التمانع والتعاون حتى يحفظ بالتمانع ما هو له ويحصل بالتعاون ما ليس له من الامور الدنيويّة والآخرويّة وكان فى كثير منها ما لا طريق للعقل اليه وان كان فيه فبانظار دقيقة لا يتيسّر الّا لواحد بعد واحد اقتضت الحكمة الآلهيّة

---

omnia de novo procreavit et repetiit, qua de causa doctrinae deletae quoque perfectiores auctioresque sunt revocatae, ita ut validis fundamentis firmarentur fulcimentisque stabilirentur; neque religio Islamica juvare eas unquam desinat usque ad diem resurrectionis atque retributionis.

## SECTIO SECUNDA

### IN QUA DE INITIO PATEFACTIONIS LIBRORUM DIVINORUM ET DE VARIIS HOMINUM GENERIBUS EORUMQUE DIVISIONE DISSERITUR, EXPLICATIONIBUS CONSTANS.

**Explicatio prima** de sapientibus consiliis, quae Deus in libris patefaciendis secutus est. — Cum homo consuetudine egeret aliorum sui generis ad vitae rationem instituendam et futuram salutem praeparandam, et hanc consuetudinem modo certo conformari necesse esset, quo mutua defensio mutuumque auxilium gigneretur, ut quae possideret, resistendo conservarentur, et res ad hanc et alteram vitam spectantes, quibus careret, mutuo auxilio compararentur, multaque essent, ad quae menti via vel omnino non patebat, vel quae, si patebat, non nisi subtilibus disputationibus gradatim procedendo expediebantur, sapientiae divinae placuit, ut legatos

ارسال الرسل وانزال الكتب للتبشير والانذار وارشاد الناس الى ما يحتاجون اليه من امور الدين والدنيا فصورة الاجتماع على هذه الهيئة هي الملّة والطريق الخاصّ الذى يصل به الى هذه الهيئة هو المنهاج والشريعة فالشريعة ابتدأت من نوح عليه السلام والحدود والاحكام ابتدأت من آدم عليه السلام وشيث وادريس عليهما السلام وختمت باتمّها واكملها فمن الناس من آمن بهم واهتدى ومنهم من اختار الضلالة على الهدى فظهر اختلاف الآرآء والمذاهب من الكفّار والفرق الاسلاميّة وكلّ حزب بما لديهم فرحون **الافصاح الثانى** فى اقسام الناس بحسب المذاهب والديانات اعلم انّ التقسيم الضابط ان يقال من الناس من لا يقول بمحسوس ولا بمعقول وهم السوفسطائيّة فانّهم انكروا حقائق الاشيآء ومنهم من يقول بالمحسوس ولا يقول بالمعقول وهم الطبيعيّة كلّ منهم معطّل لا يردّ عليه فكره برادّ ولا يهديه عقله ونظره الى اعتقاد ولا يرشده ذهنه الى معاد قد الف المحسوس وركن اليه وظنّ انّ لا عالم ورآء

---

mitteret librosque de coelo patefaceret, quibus homines spe bona afficerentur, et ut caverent, monerentur, adque res et religionem et hanc terram spectantes, quae iis necessariae essent, perducerentur. Prototypum autem hujus consuetudinis secundum illam formam comparatum, est *Millet* (religio dogmatica), et via propria, quae ad hanc formam ducit, *Minháj* (via justi manifesta, religio practica) et *Sheríet* (lex). Lex autem exordium cepit per Noah (praecepta positiva et negativa jam data erant ab Adam, Seth et Edrís), et in *Islámo* omnibus suis partibus expleto et perfectissimo est absoluta. Alii hominum iis fidem habuerunt et recto tramite ducti sunt, alii verae viae praeoptarunt errorem, unde variae opiniones atque disciplinae infidelium et sectae islamicae exstiterunt, „quovis agmine de sua ratione laetante“.

Explicatio secunda de diversis hominum generibus, quatenus disciplinis religionumque confessionibus inter se discrepant. — Scias, certissimam te dividendi rationem sequi, dicentem, esse homines, qui existentiam eorum, quae vel sensibus vel cogitatione percipiuntur, negent. Hoc enim philosophorum genus, qui *Sophistae* appellantur, veram omnium rerum naturam rejicit. — Sunt etiam, qui agnoscant res, quae sub sensus cadunt, non agnoscant res, quae sola mente percipiuntur, *Naturalistas* dico. Hi omnes religionem sensusque religiosos plane tollunt, ita ut nec meditatio ipsis ullam objectionem suggerat, nec ratio ejusque usus speculativus eos ad fidem dirigat, nec mens eos ad vitam futuram credendam perducat; sed rebus sensualibus addicti iisque freti, nullum mundum ultra sensualem esse

العالم المحسوس ويقال لهم الدهريّون ايضا لانّهم لا يثبتون معقولا ومنهم من يقول بالمحسوس والمعقول ولا يقول بحدود واحكام وهم الفلاسفة فكلّ منهم قد ترقّى من المحسوس واثبت المعقول لكنه لا يقول بحدود واحكام وشريعة واسلام ويظنّ انّه اذا حصل له المعقول واثبت العالم مبدأً ومعادًا وصل الى الكمال المطلوب من جنسه فيكون سعادته على قدر احاطته وعلمه وشقاوته بقدر جهله وسفاهته وعقله هو المستبدّ بتحصيل هذه السعادة وهؤلاء الذين كانوا فى الزمن الاوّل دهريّة وطبيعيّة والاهيّة لا الذين أخذوا علومهم من مشكاة النبوّة ومنهم من يقول بالمحسوس والمعقول والحدود والاحكام ولا يقول بالشريعة والاسلام وهم الصابئة فهم قوم يقرب من الفلاسفة ويقولون بحدود واحكام عقليّة وربّما اخذوا اصولها وقوانينها من مؤيّد بالوحى الّا انّهم اقتصروا على الاوّل منهم ولا تعدّوا الى الآخر وهؤلاء هم الصابئون الاولى الذين قالوا بغاديمون وهرمس وهما شيث وادريس عليهما السلام ولم يقولوا بغيرهما

---

existimant. Appellantur etiam ***Dehriyyún*** (*κοσμικοὶ*, materialistae), quia res, quae sola mente percipiuntur, negant. Alii utrumque quidem rerum genus agnoscunt, sed decreta legis divinae sacrosancta eorumque violationem poenis coercendam esse negant; ***Philosophos*** dico, quorum quidem quisque ab iis, quae sub sensus cadunt, profectus ad altiora escendit, atque quae mente percipiuntur, probat, at vero neque decreta negativa neque positiva, neque legem neque Islám ullum admittit, atque ubi ea, quae sola mente percipiuntur, et certissima quaeque totius mundi, tum quae ad hanc vitam, tum quae ad illam pertinent, cognita et comperta habet, tum se ad illam, quae a genere humano requiritur, perfectionem pervenisse putat. Aestimant igitur felicitatem suam ex cognitionis scientiaeque ambitu, et miseriam ex majori minorive inscitia mentisque levitate, et rationem autumant esse unicum instrumentum, quo haec felicitas comparari possit. Hi sunt iidem, qui antiquitus Materialistae, Naturalistae et Metaphysici fuerunt, non iis commiscendi, qui cognitiones suas ex fenestella prophetiae hauserunt. — Alii deinde et quae sensibus et quae mente percipiuntur, et decreta negativa et positiva agnoscunt, neque tamen legem et Islám amplectuntur, ***Sabaeos*** dico, prope ad Philosophorum disciplinam accedentes, et decreta rationis tam negativa quam positiva agnoscentes. Saepe etiam principia sua et canones a viris divino spiritu tactis petierunt, acquieverunt tamen in primis prophetis, posterioribus nullam fidem habentes; atque hi sunt Sabaei priores disciplinam Agathodaemonis et Hermetis, qui alias Seth et Edrís appellantur, amplectentes,

من الانبيآء ومنهم من يقول هذه كلّها شريعة واسلام ولا يقول بشريعة محمّد صلعم وهم المجوس واليهود والنصارى ومنهم من يقول بهذه كلّها وهم المسلمون وكانوا عند وفات النبىٴ صلعم على عقيدة واحدة الّا من كان يبطن النفاق ثمّ نشأ الخلاف فيما بينهم اوّلا فى امور اجتهاديّة وكان غرضهم منها اقامة مراسم الدين كاختلافهم فى التخلّف عن جيش أُسَامة وفى موته صلعم وفى موضع دفنه وفى الامامة وثبوت الارث عنه صلعم وفى قتال مانع الزكوة وفى خلافة علىّ ومعاوية كاختلافهم فى بعض الاحكام الفرعيّة ثمّ يتدرّج ويترقّى الى آخر ايّام الصحابة فظهر قوم خالفوا فى القدر ولم يزل الخلاف يتشعّب حتى تفرّق اهل الاسلام الى ثلث وسبعين فرقة كما اشار اليه الرسول صلعم وكان من معجزاته ولكن كبار الفرق الاسلاميّة ثمانية وهم المعتزلة والشيعة والخوارج والمرجية والنجاريّة والجبريّة والمشبّهة والناجية ويقال لهم اهل السنّة والجماعة هذا ما ذكروه فى كتب الفرق

---

praeterea autem nullum alium prophetam sequentes. — Alii porro haec omnia quidem legem et Islám habent, Mohammedis tamen legem rejiciunt, *Magos* dico et *Judaeos* et *Christianos*. — Alii denique haec omnia amplectuntur, atque hi sunt *Moslemi*, qui, cum propheta moreretur, unam eandemque fidem sequebantur, illis exceptis, qui simulatam pietatem celabant. Deinde dissensio de ipsorum disciplina orta est, et primum quidem de rebus ad functionem *Ijtihád* pertinentibus, per quas fidei praescripta stabilire intenderunt, ut de relictione exercitus Ọsamae, de morte prophetae ejusque sepulcro, de Imamatu, de disponenda prophetae hereditate, de occidendis iis, qui tributum ecclesiasticum solvere recusarunt, de eo, utrum Ali esset Khalifa legitimus an Moaviya, itidem ut opiniones eorum diversae fuerunt de nonnullis decretis legalibus derivatis. Dissensio autem pedetentim majorem fecit progressionem et aucta est usque ad ultimum tempus, quo Mohammedis socii vixerunt. Tum exstiterunt nonnulli, qui de praedestinatione dissentiebant, nec prius dissidium divulgari desiit, quam fideles, ut legatus Dei (id quod ad ejus mirabilia facta est referendum) praemonuerat, in septuaginta tres sectas discessissent. Attamen inter sectas Moslemorum, ut in libris, qui de sectis agunt, commemoratur, non nisi octo principes numerantur, *Motazele*, *Shia*, *Khawárij*, *Morjia*, *Nejáriye*, *Jeberiye*, *Moshabbehe* et *Najia*, qui *Ahl Es-Sunnet we El-Jemáat* (asseclae Sunnae et concilii s. dogmatum communi doctorum consensu probatorum) appellantur.

**الافصاح الثالث** فى اقسام الناس بحسب العلوم اعلم انّهم باعتبار العلم والصناعة قسمان قسم اعتنى بالعلم فظهرت منهم ضروب المعارف فهم صفوة الله من خلقه وفرقة لم تعتن بالعلم عناية يُستحقّ بها اسمه فالاوّل امم منهم اهل مصر والروم والهند والفرس والكلدانيّون واليونانيّون والعرب والعبرانيّون والثانية بقيّة الامم لكن الانبه منهم الصين والترك وفى الملل والنحل انّ كبار الامم اربعة العرب والعجم والروم والهند ثمّ انّ العرب والهند يتقاربان على مذهب واحد واكثر ميلهم الى تقدير خواصّ الاشيآء والحكم باحكام الماهيّات والحقائق واستعمال الامور الروحانيّة والعجم والروم يتقاربان على مذهب واحد واكثر ميلهم الى تقدير طبائع الاشيآء والحكم باحكام الكيفيّات والكمّيّات واستعمال الامور الجسمانيّة انتهى وفى بيان هذه الامم تلويحات

**التلويح الاوّل فى اهل الهند** اعلم انّ لون الهند وان كان فى اوّل مراتب السودان فصار بذلك من جبلتهم الّا انّ الله تعالى جنّبهم سوء اخلاق السودان ودنآءة

---

**Explicatio tertia** de diversis hominum generibus, ratione doctrinarum habita. — Si doctrinam et artem spectas, homines in duas partes dividuntur, quarum altera in studiis ita versatur, ut eorum cura varia cognitionum genera exstiterint. Hi inter res creatas Deo sunt probatissimi. Altera autem hominum pars in literis non id studii posuerunt, quo quis homo doctus appellari mereatur. In illis numerantur populi hi: Aegyptii, Romani, Indi, Persae, Chaldaei, Graeci, Arabes, Hebraei; in his ceteri populi, quorum quidem celeberrimi Sinenses sunt et Turcae. In libro *Milel we Nihel* vero omnium populorum principes dicuntur hi quatuor: Arabes, Persae, Romani, Indi. Nihilominus tamen Arabes ad Indos studiis iisdem propius accedunt, et eorum animus maxime inclinat ad definiendas interiores rerum virtutes, ad judicia facienda de veris rerum quidditatibus et naturis, et ad usum rerum incorporalium. Sic quoque Persae et Romani inter se similes sunt eodem instituto, animum praecipue inclinantes ad virtutes rerum externas definiendas, ad res, quales et quantae sint, constituendas et ad corporalia in usum conferenda. — Haec Sharestáni. — Ut hi populi accuratius cognoscantur, illustrationes subjungamus.

**Illustratio prima de Indis.** — Quamvis color Indorum ceteros Nigritas nigredine praecellat, isque eam ob causam ad eorum genus pertineat, Deus tamen Excelsus illos evitare docuit pravos Nigritarum mores, vilitatem indolis et temerarios

شيمهم وسفاهة احلامهم وفضّلهم على كثير من السمر والبيض وعلّل ذلك بعض اهل التنجيم بانّ زحل وعطارد يتولّيان بالقسمة الطبيعيّة الهند فلولاية زحل اسودّت الوانهم ولولاية عطارد خلصت عقولهم واذهانهم فهم اهل الآرآء الفاضلة والاحكام الراجحة لهم التحقيق بعلم العدد والهندسة والطبّ والنجوم والعلم الطبيعيّ والالهيّ فمنهم براهمة وهم فرقة قليلة العدد مذهبهم ابطال النبوّات وتحريم ذبح الحيوان ومنهم صابئيّة وهم جمهور الهند ولهم فى تعظيم الكواكب وادوارها آرآء ومذاهب والمشهور فى كتبهم مذهب السندهند اى الدهر الداهر ومذهب الارجهير ومذهب الاركند ولهم فى الحساب والاخلاق والموسيقى تأليفات

## التلويح الثانى فى الفرس

وهم اعدل الامم واوسطهم دارًا كانوا فى اوّل امرهم موحّدين على دين نوح عليه السلام الى ان تمذهب طهمورث بمذهب الصابئيّين وقسر الفرس على التشرّع به فاعتقدوه نحو الف سنة الى ان تمجّسوا جميعًا بسبب زرادشت ولم يزالوا

---

animos, eosque plurimis fuscis et albis populis praetulit. Causam hujus rei nonnulli astrologi esse dixerunt, quod Saturnus et Mercurius ex partitione coeli naturali imperium in Indos acceperint; his igitur propter imperium Saturni colorem obvenisse nigrum, eorum autem intellectus et mentis praestantiae auctorem Mercurium esse habendum. Insignes enim sunt ingenio praecellente et judicio eminente. Accurate cognitam habuerunt arithmeticam, geometriam, medicinam, astrologiam, physiologiam et metaphysicam. Inter eos parva secta exstat, cujus asseclae Brahmani appellantur, et quae prophetias non agnoscit et animalia mactari vetat. Qui Sabaei apud Indos nominantur, maximam eorum partem efficiunt, et varias sequuntur disserendi rationes et opiniones in astris eorumque periodis celebrandis. Disciplinae autem, quae in eorum libris maxime divulgatae sunt, sunt *Sind Hind* (fati dominantis), *Arjehiri* et *Arkendi.* Praeterea de arithmetica, de moribus et musica plura scripta composuerunt.

**Illustratio secunda de Persis.** — Haec gens inter omnes terram incolit optime temperatam et inter id, quod ultra citraque nimium est, exactissime medium tenentem. Pristino tempore religionem Noahi secuti sunt, unum Deum esse credentes, usque dum Tahmureth disciplinam Sabaeorum amplexus est, Persasque ejus statutis obsequi coëgit. Haec fidei confessio fere per mille annos obtinuit ad tempus usque, quo omnino omnes auctore Zoroastro eam cum Magorum religione commutarunt, quam circiter per spatium mille annorum usque ad tempus, quo radicitus

على دينه قريبًا من الف سنة الى ان انقرضوا ولخواصّهم عناية بالطبّ واحكام النجوم ولهم ارصاد ومذاهب فى حركاتهم واتّفقوا على انّ اصحّ المذاهب فى الادوار مذهب الفرس ويسمّى سنى اهل فارس وذلك انّ مدّة العالم عندهم جزء من اثنى عشر الفا من مدّة السندهند وهى انّ السيّارات واوجاتها وجوزهراتها تجتمع كلّها فى رأس الحمل فى كلّ ستة وثلثين مرّة مأئة الف سنة شمسيّة ولهم فى ذلك كتب جليلة وفى كتاب الفهرس يقال انّ اوّل من تكلّم بالفارسيّة كيومرث وتسمّيه الفرس كل شاه اى ملك الطين وهو عندهم آدم صلعم ابو البشر واوّل من كتب بالفارسيّة بيوراسب المعروف بالضحّاك وقيل فريدون قال ابن عبدوس فى كتاب الوزرآء كانت الكتب والرسائل قبل ملك كشتاسب قليلة ولم يكن لهم اقتدار على بسط الكلام واخراج المعانى من النفوس ولمّا ملك ظهر زرادشت صاحب شريعة المجوس واظهر كتابه العجيب بجميع اللغات واخذ الناس بتعلّم الخطّ والكتاب فزادوا ومهروا وقال ابن المقفّع

---

exstirpati sunt, sequi nunquam desierunt. Principes eorum se ad studium medicinae et astrologiae judiciariae contulerunt, astra observantes eorumque motus ad varias rationes revocantes. Omnes autem consentiunt, doctrinam Persarum de periodis esse verissimam. Ejusmodi periodus appellatur „anni Persarum“, eorumque de hac re sententia est, mundi spatium unam esse partem ex duodecim millibus partium, quae spatium mundi efficiunt secundum sententiam *Sind Hind.* Quod spatium efficitur eo, quod planetae eorumque apogaea et circuli deferentes in capite arietis concurrunt, singulis spatiis triginta sexies centum millia annorum solarium durantibus; de qua re celebres libros composuerunt. — In libro *Fihris* primus, qui persice locutus sit, fuisse dicitur *Kayumerth*, a Persis *Gil Shah* i. e. rex luti appellatus. Fuit hic eorum Adamus, generis humani pater; primus autem, qui libros in persica lingua composuerit, fuisse traditur *Peiwerasb*, *Dhahhák* cognominatus, sive ex aliorum sententia *Feridun.* — Libri vero et tractatus, ut *Ibn Abdus* in opere *Vozará* (Veziri) narrat, ante regem *Gushtásb* parvo numero fuerunt, Persaeque nondum facultatem habuerunt explicandae orationis et cogitationum e mentibus eliciendarum. Cum vero illo regnante Zoroaster, legis Magorum auctor, natus esset, librumque suum mirabile in omnibus dialectis conscriptum edidisset, homines scripturae librorumque componendorum artem addiscere coeperunt, eamque deinde magis magisque excoluerunt. Linguae autem Persicae, ut *Ibn Mocanna* narrat, dialecti, fuerunt

لغات الفارسيّة الفهلويّة والدريّة والفارسيّة والخوزيّة والسريانيّة امّا الفهلويّة فمنسوب الى فهله اسم يقع على خمسة بلدان وهى الاصبهان والرى وهمدان ونهاوند وآزربيجان وامّا الدريّة فلغة المدائن وبها كان يتكلّم من بباب الملك وهى منسوبة الى الباب والغالب عليها لغة اهل خراسان والمشرق لغة اهل بلخ فامّا الفارسيّة فيتكلّم بها الموابذة والعلمآء وهى لغة اهل فارس وامّا الخوزيّة فبها كان يتكلّم الملوك والاشراف فى الخلوة مع حاشيتهم وامّا السريانيّة فكان يتكلّم بها اهل السواد والمكاتبة فى نوع من اللغة بالسريانىّ فارسىّ وللفرس ستّة انواع من الخطوط وحروفها مركّب من ابجد هوزى كلمن سف رش ثخذغ فالتآء المثناة والحآء المهملة والصاد والضاد والطآء والظآء والعين والقاف سواقط

**التلويح الثالث فى الكلدانيّين** وهم امّة قديمة مسكنهم ارض العراق وجزيرة العرب منهم النماردة ملوك الارض بعد الطوفان وبخت نصر منهم ولسانهم سريانىّ ولم يبرحوا

---

***Pehlvica***, ***Derica***, ***Persica***, ***Khuzica*** **et** ***Syriaca.*** **Dialectus** ***Pehlvica*** **originem suam habuit a** ***Pehle***, **quod nomen fuit quinque provinciis** ***Ispahan***, ***Rey***, ***Hamadán***, ***Nehávend*** **et** ***Azerbeiján.*** **—** ***Derica*** **dialectus in urbe** ***Medaïn*** **in usu fuit, in qua eam omnes ii locuti sunt, qui in aula regis (*Der*) versabantur. Inde quoque nomen suum traxit, et maximam ejus partem Khorasanica dialectus efficit. Persiae autem dialectus orientalis est Balkhica. — Dialectum** ***Persicam*** **Mobedzae et docti locuti sunt, eaque apud incolas Persidis usu fuit recepta. — Dialectum** ***Khuzicam*** **reges adhibuerunt et nobiles in secessu familiari cum pedissequis suis. — Dialecto** ***Syriaca*** **denique usi sunt incolae tractus** ***Suwád*** **in Chaldaea. In literis scribendis dialectum quandam peculiarem, Syriaco - Persicam, adhibuerunt. — Persae autem sex habuerunt scribendi genera, eorumque alphabetum compositum fuit ex literis Elif, Ba, Jim, Dal, He, Vav, Za, Ya, Kaf, Lam, Mim, Nun, Sin, Fa, Ra, Shin, Tha, Kha, Dzal, Ghaïn, literis Te, Ha, Sad, Dhad, Ta, Tza, Aïn et Caf omissis.**

**Illustratio tertia de Chaldaeis. — Reges Chaldaeorum, qui in terra Irak (Chaldaea) et peninsula Arabum (Mesopotamia) sedes fixerant, et veterrimis populis accensentur, fuerunt Nimrodi, qui terram post diluvium regnarunt. Ex eorum numero fuit Bakhtnasr (Nebukhadnezar). Linguam Syriacam, qua utebantur,**

الى ان ظهر عليهم الفرس وغلبوا مملكتهم وكان منهم علمآء وحكمآء متوسّعون فى الفنون ولهم عناية بارصاد الكواكب واثبات الاحكام والخواصّ ولهم هياكل وطرائف لاستجلاب قوى الكواكب واظهار طبائعها بانواع القرابين فظهرت منهم الافاعيل الغريبة من انشآء الطلسمات وغيرها ولهم مذاهب نقل منها بطلميوس فى المجسطى ومن اشهر علمآئهم ابرخس واصطفن وفى الفهرس انّ النبطىّ افصح من السريانىّ وبه كان يتكلّم اهل بابل وامّا النبطىّ الذى يتكلّم به القرى فهو سريانىّ غير فصيح وقيل اللسان الذى يستعمل فى الكتب الفصيحة بلسان اهل سوريا وحرّان وللسريانيّين ثلثة اقلام اقدم الاقلام فلا فرق بينه وبين العربىّ فى الهجآء الّا انّ الثآء المثلّثة والخآء والذال والضاد والظآء والغين كلّها معجمات سواقط وكذا لام الف وتركّب حروفها من اليمين الى اليسار

**التلويح الرابع فى اهل اليونان** هم امّة عظيمة القدر بلادهم بلاد روم ايلى واناطولى وقرمان وكانت عامّتهم صابئة عبدة الاصنام وكان الاسكندر من ملوكهم الذى اجمع ملوك

---

non prius mutarunt, quam Persae eos vicerant eorumque regnum sibi subjecerant. Habuerunt doctos et sapientes in variis doctrinis versatissimos, qui se ad stellas observandas, et leges astrologiae judiciariae et virtutes planetarum definiendas applicuerunt. Templa quoque exstructa habuerunt et varias secuti sunt rationes vires stellarum eruendi earumque naturas eliciendi variorum oblatione sacrificiorum. Exstiterunt deinde factorum mirabilium auctores talismatum compositione aliisque artibus, pluraque eorum placita Ptolemaeus Almagesto suo intexuit. Inter doctos autem maxime inclaruerunt Hipparchus et Stephanus. — Praeterea, libro *Fihris* teste, dialectus Nabataeorum politior fuit Syriaca eamque incolae Babyloniae locuti sunt; illa autem Nabataea dialectus, quae in pagis audiebatur, Syriaca fuit inelegans. — Alii denique linguam in libris eleganter scriptis usurpatam eandem fuisse dicunt, quam incolae Syriae et Harran (Carrarum) locuti sunt. — Syris autem tria sripturae genera fuerunt, quorum antiquissimum non discrepuit ab Alphabeto arabico, exceptis literis Tha, Kha, Dzal, Dhad, Tza, Ghaïn et Lam Elif, quae in alphabeto Syrorum eas a dextra ad sinistram componentium desiderantur.

**Illustratio quarta de Graecis.** — Populus Graecorum potentissimus fuit, et terras Rumili, Anatoli et Caramaniam incoluit. Imperita eorum multitudo Sabaeismo addicta, idola adoravit. Alexander, qui unus e regibus eorum fuit, plurimos terrae principes ditioni suae subjecit. Successores hic habuit Ptolemaeos ad

الارض على الطاعة لسلطانه وبعده البطالسة الى ان غلب عليهم الروم وكان علمآؤهم يسمّون فلاسفة الهيّون اعظمهم خمسة بندقليس كان فى عصر داود عليه السلام ثمّ فيثاغورس ثمّ سقراط ثمّ افلاطون ثمّ ارسطاطاليس ولهم تصانيف فى انواع الفنون وهم من ارفع الناس طبقة واجلّ اهل العلم منزلة لمّا ظهر منهم من الاعتناء الصحيح بفنون الحكمة من العلوم الرياضيّة والمنطقيّة والمعارف الطبيعيّة والالهيّة والسياسات المنزليّة والمدنيّة وجميع العلوم العقليّة ماخوذة عنهم ولغة قدمآئهم تسمّى الاغريقيّة وهى من اوسع اللغات ولغة المتأخّرين تسمّى اللطينىّ لانّهم فرقتان الاغريقيّون واللطينيّون

**التلويح الخامس فى الروم** وهى ايضا صابئيّة الى ان قام قسطنطين بدين المسيح وقسرهم على التشرّع به فاطاعوه ولم يزل دين النصرانيّة يقوى الى ان دخل فيه اكثر الامم المجاورة للروم وجميع اهل مصر وكان لهم حكمآء وعلمآء بانواع الفلسفة وكثير من الناس يقول انّ الفلاسفة المشهورين روميّون والصحيح انّهم يونانيّون ولتجاور الامّتين دخل بعضهم

---

illud tempus, quo Romani eos superarunt. Literati eorum philosophi metaphysici appellabantur, quorum quinque ceteris praestiterunt, Empedocles, quem Davides aequalem habuit, Pythagoras, Socrates, Platon, Aristoteles. Scripserunt illi de variis doctrinis, atque inter homines fuerunt dignitate summi, et inter doctos praestantia spectatissimi, cum se variis philosophicis studiis, quae doctrinas mathematicas et logicas spectant, sana mente dederent. Cognitiones physicae et metaphysicae rerumque domesticarum et civilium administrationis, et omnes doctrinae rationales ad eorum auctoritatem referuntur. Lingua, *ighrikiyya* (graeca) appellata, quam eorum majores loquebantur, latissime patens fuit, posteriorum vero sermo *latinus* dictus est; sunt enim bipartiti, *Ighrikiyyun* (Graeci veteriores) et *Latiniyyun* (Latini i. e. Byzantini).

Illustratio quinta de Romanis. — Hi quoque Sabaeismo addicti erant, donec Constantinus religionem Messiae amplexus est, illique eandem confiteri ab eo coacti obediverunt. Religio autem Christiana non prius incrementum capere desiit, quam plurimi populi Romanis confines omnesque Aegypti incolae eam sequebantur. Habuerunt illi sapientes et doctos in variis philosophiae disciplinis versatos, multique homines celeberrimos philosophos Romanos fuisse contendunt; haec tamen laus utique Graecis vindicanda est. Cum autem hi populi confines essent, mutuo commercio

فى بعض واختلط خبرهم وكلا الامّتين مشهورا للعناية بالفلسفة الّا انّ لليونان من المزيّة والتفضّل ما لا ينكر وقاعدة مملكتهم روميّة الكبرى ولغتهم مخالفة للغة اليونان وقيل لغة اليونان الاغريقيّة ولغة الروم اللطينيّة وقلم اليونان والروم من اليسار الى اليمين مرتّب على ترتيب ابجد وحروفهم ابج وزطى كلمن سعفص قرشت ثخ ظغ فالدال والهآء والحآء والذال والضاد ولام الف سواقط ولهم قلم يعرف بالساميا ولا نظير له عندنا فانّ للحرف الواحد منه يحيط بالمعانى الكثيرة ويجمع عدّة كلمات قال جالينوس فى بعض كتبه كنت فى مجلس عامّ فكلّمت فى التشريح كلامًا عامًّا فلمّا كان بعد ايّام لقينى صديق لى فقال انّ فلانا يحفظ عليك فى مجلسك انّك كلّمت بكلمة كذا واعاد علىّ الفاظى فقلت من اين لك هذا فقال انى لقيت بكاتب ماهر بالساميا فكان يسبقك بالكتابة فى كلامك وهذا العلم يتعلّمه الملوك واجلّة الكتّاب ويمنع منه سائر الناس لجلالته كذا قال النديم فى الفهرس وذكر ايضا انّ رجلا متطبّبا جآء اليه من بعلبك سنة ثمان واربعين وزعم انّه يكتب بالساميا قال فجربنا عليه

---

miscebantur, eorumque historia confundebatur. Uterque quidem studio philosophiae inclaruit, attamen Graeci Romanis, nemine obloquente, praestiterunt longeque praeferendi sunt. Caput regni Romani fuit Roma Magna, Romanorumque lingua a Graeca est diversa; haec appellatur *Ighrikiyya*, illa *Latiniyya.* Graeci et Romani a sinistra dextrorsum scripserunt, ordinem Abujed (ABC) sequentes, cujus literae hae sunt: Elif, Ba, Jim, Vav, Za, Ta, Ya, Kaf, Lam, Mim, Nun, Sin, Aïn, Fa, Sad, Caf, Ra, Shin, Te, Tha, Kha, Tza, Ghaïn; desiderantur autem Dal, He, Ha, Dzal, Dhad et Lam Elif. — Usi sunt Romani scriptura quadam *Samia* (*σημεια* signa i. e. ars Tironiana s. Stenographia) dicta, cui nos simile nihil habemus; una enim litera plures sententias exprimit et multas voces complectitur. In libro quodam Galenus narrat haec: In conventu publico aliquando de anatomia verba feci ad captum populi accommodata. Paucis diebus post amicus mihi obviam venit, et: Est aliquis, inquit, qui meminit, te in conventu tuo haec illa dixisse. Tum mea verba recitavit, et mihi interroganti: Unde haec habes? respondit: Conveni scriptorem Samiae gnarum, qui te loquentem scribendo praevertit. — Hanc artem soli reges exercuerunt et inter scriptores spectatissimi propter ejus sublimitatem, ceteris hominibus aditum ad eam praecludentes. Haec quidem *Nedim* in libro *Fihris* narrat et ita pergit: „Homo medicinae gnarus ad me Baalbeko venit anno quadragesimo octavo, se Samiam callere jactitans. Itaque

فاصبناه اذا تكلّمنا بعشر كلمات اصغى اليها ثمّ كتب كلمة فاستعدناها فاعادها بالفاظنا انتهى

تبصرة ذكر في السبب الذى من اجله يكتب الروم من اليسار الى اليمين بلا تركيب انّهم يعتقدون انّ سبيل الجالس ان يستقبل المشرق في كلّ حالاته فانّه اذا توجّه الى المشرق يكون الشمال على يساره فاذا كان كذلك فاليسار يعطى اليمين فسبيل الكاتب ان يبتدئ من الشمال الى الجنوب وعلّل بعضهم بكون الاستمداد عن حركة الكبد على القلب

**التلويح السادس في اهل مصر** وهم اخلاط من الامم الّا انّ جمهرتهم قبط وانّما اختلطوا لكثرة من تداول ملك مصر من الامم كالعمالقة واليونانيّين والروم فخفى انسابهم فانتسبوا الى موضعهم وكانوا في السلف صابئيّة ثمّ تنصّروا الى الفتح الاسلاميّ وكان لقدمائهم عناية بانواع العلوم ومنهم هرمس الهرامسة قبل الطوفان وكان بعده علمآء بضروب الفلسفة خاصّة بعلم الطلسمات والنيرنجات والمرايا المحرقة والكيميآء وكانت دار العلم بها مدينة

---

periclitantes, auditis singulis decem verbis a nobis prolatis, eum unum verbum describentem animadvertimus. Deinde autem verba nostra repetere jussus, ea accurate repetiit.“ — Explicatio. Causam, cur Romani a sinistra dextrorsum sine literarum compositione scripserint, hanc attulisse dicuntur, quod vera sedendi ratio sit ea, ut homo in quovis statu vultum in orientem vertat; septentrionem igitur, cum versus orientem se convertat, ad sinistram ei esse. Quae cum ita sint, sinistram ministrare dextrae; scribentem igitur a septentrione meridiem versus incipere debere. — Alii causam hujus rei eam esse dicunt, quod motus jecoris sublevet motum cordis.

Illustratio sexta de gente Aegyptiorum. — Quamquam Aegyptii ex plurium populorum colluvie mixti erant, maxima tamen eorum pars Copti fuerunt. Hujus autem mixtionis causam praebuit multitudo populorum, ut Amalekitae, Graeci et Romani, qui deinceps imperium in Aegyptum exercebant, ita ut eorum origo non conspicua esset. Itaque sibi nomen imposuerunt a nomine terrae tractum. Pristino tempore Sabaeismum, deinde autem Christianam religionem amplexi sunt ad tempus usque, quo Islamitae eorum terram occuparunt. Majores eorum, ex quorum numero jam ante diluvium Hermes Hermetum fuit, varia doctrinarum genera tractarunt. Post eum docti ad studium disciplinarum philosophicarum se converterunt, inprimis ad artem talismatum, fascinorum, speculorum causticorum, chymiae, eruditionisque praeclara sedes urbs Memphis fuit. Deinde autem cum Alexander urbem suam

منف فلمّا بنى الاسكندر مدينة رغب الناس الى عمارتها فكانت دار العلم والحكمة الى الفتح الاسلامىّ فمنهم الاسكندرانيّون الذين اختصروا كتب جالينوس وقيل انّ القبط اكتسب العلم الرياضىّ من الكلدانيّين

**التلويح السابع فى العبرانيّين** وهم بنو اسرائيل وكانت عنايتهم بعلوم الشرائع وسير الانبياء فكان احبارهم اعلم الناس باخبار الانبياء وبدء الخليقة وعنهم اخذ ذلك علماء الاسلام لكنهم لم يشتهروا بعلم الفلسفة ولغتهم تنسب الى عابر بن شالخ والقلم العبرانىّ من اليمين الى اليسار وهو من ابجد الى آخر قرشت وما بعده سواقط وهو مشتقّ من السريانىّ

**التلويح الثامن فى العرب** وهم فرقتان بائدة وباقية والبائدة كانت امّما كعاد وثمود انقرضوا وانقطع عنّا اخبارهم والباقية متنوّعة من قحطان وعدنان ولهم حال الجاهليّة وحال الاسلام فالاولى منهم التبابعة والجبابرة ولهم مذهب فى احكام النجوم فقط لكن لم

---

fundasset, homines ad eam frequentandam maxime proni, ibi doctrinae philosophiaeque sedem fixerunt, usque ad illud tempus, quo per Arabes expugnata est. Ex illis fuerunt Alexandrini, qui Galeni libros breviter descripserunt. — Mathematicam denique Copti a Chaldaeis accepisse traduntur.

Illustratio septima de Hebraeis. — Iidem Israelitae appellabantur eorumque studium maxime in legibus prophetarumque vitis versabatur. Itaque praeceptores eorum prae ceteris hominibus ob profundam prophetarum creationisque mundi historiae cognitionem inclaruerunt, hancque ad Islamismi doctores propagarunt. In philosophicis tamen doctrinis parum gloriae consecuti sunt. Lingua eorum ab Ebero, Shelahi filio, nomen traxit. Scripserunt autem Hebraei a sinistra dextrorsum, eorumque alphabetum, ex Syriaco derivatum, literas ab Elif inde usque ad Te continuit. Ceterae desiderantur.

Illustratio octava de Arabibus. — Arabum duplex est genus, exstinctum et adhuc superstes. Ad illud gentes exstirpatae *Ad* et *Themud* referendae sunt, quarum nulla penes nos est notitia. Qui adhuc superstites sunt Arabes, a *Kahtan* et *Adnan* originem mixtam ducunt, iisque duplex est status, ignorantiae alter, alter Islamismi. Ignorantiae tempore, quo reges Tobbaï et Gigantes (*Tebabiat* et *Jebabiret*) exstiterunt, rationem peculiarem astrologiae judiciariae tantum sunt secuti,

يكن لهم عناية بارصاد الكواكب ولا بحث عن شىء من الفلسفة وامّا سائر العرب بعد الملوك فكانوا اهل مدر ووبر فلم يكن فيهم عالم مذكور ولا حكيم معروف وكانت اديانهم مختلفة [وكان منهم من يعبد الشمس والكواكب ومنهم من تهوّد ومنهم من يعبد الاصنام حتى جآء الاسلام ولسانهم افصح الالسن] وعلمهم الذى كانوا يفتخرون به علم لسانهم ونظم الاشعار وتأليف الخطب وعلم الاخبار ومعرفة السير والاعصار قال الهمدانىّ ليس يوصل الى اخذ خبر من اخبار العرب والعجم الّا بالعرب وذلك انّ من سكنه بمكّة احاطوا بعلم العرب العاربة واخبار اهل الكتاب وكانوا يدخلون البلاد للتجارات فيعرفون اخبار الناس وكذلك من سكن الحيرة وجاور الاعاجم علم اخبارهم وايّام حمير ومسيرها فى البلاد وكذلك من سكن الشام خبّر باخبار الروم وبنى اسرائيل واليونان ومن وقع فى البحرين وعمّان فعنه اتت اخبار السند والهند وفارس ومن سكن اليمن علم اخبار الامم جميعًا لانّه كان فى ظلّ الملوك السيّارة والعرب

---

attamen astrorum contemplationi nullam operam dederunt, neque ad ullius philosophiae partis studium se contulerunt. Reliqui Arabum, qui post illos reges florebant, erant vel Nomades scenitae, vel oppidani, neque ullum virum doctrina conspicuum vel sapientem clarum habebant, eorumque ritus sacrorum varii erant. [Alii solem et stellas adorabant, alii Judaismum fovebant, alii idola colebant usque ad tempus, quo religio Islamica apparuit; praeterea lingua utebantur elegantissima]. Inter doctrinas autem, quibus gloriabantur, tractabant linguam suam, carminum contextum, prosae rhythmicae compositionem, historiam, vitarum et epocharum scientiam. Ad qualemcunque historiae Arabum et Persarum, inquit Hemdani, notitiam sibi parandam nemo, nisi per Arabes pervenire potest. Qui enim Meccae sedem fixerant, historiam Arabum indigenarum eorumque, qui libros de coelo acceperant (i. e. Judaei et Christiani), cognitam habebant. Peragrabant quoque terras mercatus causa, ita ut populorum cognitionem sibi compararent. Pari modo, qui Hiram incolebant, Persarumque vicini erant, horum historiam Homeritarumque bella et eorum per terras expeditiones cognoscebant. Alii, qui in Syria versabantur, res Romanorum, Israelitarum et Graecorum tradiderunt. Ab iis deinde, qui in insulis Bahrain et terra Ommân consederant, historiam Sindorum, Hindorum et Persarum accepimus. Qui denique in Yemana habitabant, cognitionem horum populorum omnium consecuti sunt, utpote regum erronum (*Sayyáret*) umbra tecti. Inclaruerunt Arabes etiam memoriae traditionisque fide. Praeterea tempus ortus et occasus stellarum, item quaenam ex

اصحاب حفظ ورواية ولهم معرفة باوقات المطالع والمغارب وانوآء الكواكب وامطارها لاحتياجهم اليه فى المعيشة لا على طريق تعلّم الحقائق والتدرّب فى العلوم وامّا علم الفلسفة فلم يمنحهم الله تعالى شيئًا منه ولا هيّأ طباعهم للعناية به الّا نادرًا

## الفصل الرابع

## فى اهل الاسلام وعلومهم وفيه اشارات

**الاشارة الاولى فى صدر الاسلام** واعلم انّ العرب فى آخر عصر الجاهليّة حين بعث النبىّ صلّى الله عليه وسلّم قد تفرّق ملكها وتشتّت امرها فضمّ الله به شاردها وجمع عليه جماعة من قحطان وعدنان فآمنوا به ورفضوا جميع ما كانوا عليه والتزموا شريعة الاسلام من الاعتقاد والعمل ثمّ لم يلبث رسول الله صلعم الّا قليلًا حتى توفّى وخلفه اصحابه رضى الله تعالى عنهم فغلبوا الملوك وبلغت مملكة الاسلام فى ايّام عثمان بن عفّان رضى الله

---

illis ita oppositae sint, ut, oriente hac, illa occidat, et quam in pluviis excitandis vim habeant, noverunt, non quidem ratione, qua verae rerum naturae scientia comparatur et mens in doctrinis excolendis exercetur, sed quoniam illa cognitio iis propter vitae institutionem necessaria fuit. Disciplinas autem philosophicas Deus Excelsus iis prorsus denegavit, eorumque indoles rarissime tantum ad eas disposuit.

## SECTIO QUARTA

### DE ISLAMITIS EORUMQUE DOCTRINIS, IN INDICIA DIVISA.

**Indicium primum de religionis Islamicae primordiis.** — Ultimo ignorantiae tempore, quod tenendum est, cum propheta, quem Deus salvum praestet, mitteretur, Arabum regnum scissum erat, eorumque res disjectae. Tunc vero Deus sub prophetae auspiciis disperse vagantes congregavit circaque eum ex Cahtani et Adnani posteris catervam collegit. Hi fide habita, quae antea crediderant, omnia respuerunt et legem Islamismi confessione factisque exercendam susceperunt. Propheta breve admodum tempus inter vivos versatus asseclas suos, quibus Deus faveat, successores habuit moribundus. Regibus finitumis ab his victis, Muhammedanorum regnum, imperante Othmán filio Affán, illam gloriam et amplitudinem

عنه من الجلالة والسعة الى حيث نبّه عليه الصلوة والسلام فى قوله رُويت لى الارض فرأيت مشارقها ومغاربها سيبلغ ملك امّتى ما رُوى لى منها فاباد الله تعالى بدولة الاسلام دولة الفرس بالعراق وخراسان ودولة الروم بالشام ودولة القبط بمصر فكانت العرب فى صدر الاسلام لا تعتنى بشىء من العلوم الّا بلغتها ومعرفة احكام شريعتها وصناعة الطبّ فانّها كانت موجودة عند افراد منهم لحاجة الناس طرًّا اليها وذلك منهم صونًا لقواعد الاسلام وعقائد اهله عن تطرّق الخلل من علوم الاوائل قبل الرسوخ والاحكام حتى يروى انّهم احرقوا ما وجدوا من الكتب فى فتوحات البلاد وقد ورد النهى عن النظر فى التورية والانجيل لاتّحاد الكلمة واجتماعها على الاخذ والعمل بكتاب الله تع وسنّة رسول الله صلعم واستمرّ ذلك الى آخر عصر التابعين ثمّ حدث اختلاف الآراء وانتشار المذاهب فآل الامر الى التدوين والتحصين

**الاشارة الثانية فى الاحتياج الى التدوين** واعلم انّ الصحابة والتابعين رضوان

---

adeptum est, quam propheta effato suo designaverat „Terra mihi per somnum apparuit. Vidi vero ejus plagas orientales et occidentales, et profecto complectetur imperium populi mei partes illas, quae a me visae sunt.“ Jam Deus Excelsus principatu Islamismi evertit regnum Persarum in Irac et Khorasan, Romanorum in Syria, Coptorum in Aegypto. Neque tamen sub Islamismi initium Arabes ullam habebant doctrinarum curam, nisi linguae studium, statutorum legis cognitionem et medicinae artem excipis, quae posterior, quoniam ea homines omnino carere non possunt, a singulis exercebatur. Hac ratione fundamenta Islamismi stabilire fidemque populi immunem praestare voluerunt a vitiis, quae antequam religio satis stabilita et firmata esset, ex pristinorum disciplinis irrepere potuissent, ita ut quicquid librorum in expugnatis terris deprehendebatur, victores combussisse dicantur. Interdictum adeo fuit, ne quisquam vel Pentateuchum vel Evangelia inspiceret, ut una tantum doctrina existeret eaque non nisi ad informationem libri divini (*Coran*) et traditionum legati Dei (*Sunnet*) et ad actiones iis convenienter instituendas applicaretur. Hic rerum status usque ad ultimam aetatem duravit, qua discipuli discipulorum Prophetae (*Tabiún*) vixerunt. Ab eo inde tempore opiniones variae et disciplinae diversae exortae sunt, ideoque res eo pervenit, ut doctrina ad artis normam ordinanda et scripto conservanda esset.

Indicium secundum de necessitate libros componendi. Asseclae prophetae contemporanei et qui his proximi erant, quibus omnibus Deus propitius

الله تع عليهم اجمعين لخلوص عقيدتهم ببركة صحبة النبىّ صلعم وقرب العهد اليه ولقلّة الاختلاف والواقعات وتمكّنهم من المراجعة الى الثقات كانوا مستغنيين عن تدوين علم الشرائع والاحكام حتى انّ بعضهم كره كتابة العلم واستدلّ بما روى عن ابى سعيد الخذرى انّه استأذن النبىّ صلعم فى كتابة العلم فلم يأذن له وروى عن ابن عبّاس انّه نهى عن الكتابة وقال انّما ضلّ من كان قبلكم بالكتابة وجآء رجل الى عبد الله بن عبّاس رضى الله عنهما وقال انّى كتبت كتابًا اريد ان اعرضه عليك فلمّا عرض عليه اخذ منه ومحى بالمآء وقيل له لماذا فعلت قال لانّهم اذا كتبوا اعتمدوا على الكتابة وتركوا لحفظ فيعرض الكتاب عارض فيفوت علمهم واستدلّ ايضا بانّ الكتاب مما يزيد فيه وينقص ويغيّر والذى حفظ لا يمكن تغييره لانّ لحافظ يتكلّم بالعلم والذى يخبر عن الكتابة يخبر بالظنّ والنظر ولمّا انتشر الاسلام واتّسعت الامصار وتفرّقت الصحابة فى الاقطار وحدثت الفتن واختلاف الارآء وكثرت الفتاوى والرجوع الى الكبرآء أخذوا فى تدوين الحديث والفقه وعلوم القران واشتغلوا

---

**sit, tam propter puritatem fidei eorum, quam consortio prophetae salutari debebant, et propter minimum ab ejus vita inde temporis spatium, quam quod opinionum discrimina et eventus parvo erant numero, et ipsis ad viros fide dignos recurrendi facultas data, legum et statutorum doctrinam in systema redigere facile supersedere potuerunt. Hinc factum est, ut nonnulli eorum scientiam scripto mandare plane aversarentur, id causantes, quod *Abu Said El-Hidzri* se prophetam orasse narraverit, ut scientiam calamo exarare sibi permitteret, illum vero id fieri recusasse. Idem *Ibn Abbas* prohibuisse et dixisse traditur, majores non nisi scribendo in errorem incidisse. — Vir quidam ad Abdallah Ben Abbas venit eique: Scripsi librum, dixit, quem tibi proponere volo. Quod cum factum esset, ille libri scripturam aqua delevit. Cur hoc fecerit, interrogatus: Quod illi, respondit, qui scientiam literis mandant, in scriptura acquiescunt et memoriam negligunt; saepe etiam libro malum accidit, eorum igitur scientia evanescat necesse est. Probavit id quoque eo, quod liber res sit ejusmodi, quae augeri, diminui, mutari possit, quae vero memoria teneantur, mutari non possint; cum qui memoriter recitet, is sciat quae dicat, at vero ille, qui de scripto verba faciat, ex conjectura et speculatione loquatur. — Islamismo deinde latius propagato et limitibus regni promotis, cum discipuli prophetae in varios tractus abirent, et tumultus opinionesque diversae existerent, responsaque judicum numero**

بالنظر والاستدلال والاجتهاد والاستنباط وتمهيد القواعد والاصول وترتيب الابواب والفصول وتكثير المسائل بادلّتها وايراد الشبهة باجوبتها وتعيين الاوضاع والاصطلاحات وتبيين المذاهب والاختلافات وكان ذلك مصلحة عظيمة وفكرة فى الصواب مستقيمة فراوا ذلك مستحبّا بل واجبًا لقضيّة الايجاب المذكور مع قوله صلعم العلم صيد والكتابة قيد قيّدوا رحمكم الله تع علومكم بالكتابة الحديث

**الاشارة الثالثة فى اوّل من صنّف فى الاسلام** واعلم انّه اختلف فى اوّل من صنّف فقيل الامام عبد الملك بن عبد العزيز بن جريج البصرىّ المتوفّى سنة خمس وخمسين ومأئة وقيل ابو النصر سعيد بن ابى عروبة المتوفّى سنة ستّ وخمسين ومأئة ذكرهما الخطيب البغدادىّ وقيل ربيع بن صبيح المتوفّى سنة ستّين ومأئة قاله ابو محمد الرامهرمزىّ ثم صنّف سفيان بن عيينة ومالك بن انس بالمدينة وعبد الله بن وهب بمصر ومعمر وعبد الرزّاق

---

augerentur et homines saepius ad doctos celebriores recurrerent, effata prophetica, juris sacri et civilis statuta et doctrinas coranicas ad certam normam ordinare coeperunt, et speculationibus, argumentationibus, ratiocinationibus subtilissimis, deductionibus, fundamentis principiisque stabiliendis, capitibus et sectionibus disponendis, quaestionibus argumentatione allata amplificandis, objectionibus cum earum refutatione afferendis, scribendi generibus inveniendis et terminologiis definiendis, disciplinis denique et variis opinionibus exponendis operam impenderunt. Hoc studium res fuit magni momenti et cogitatio de veritate recte instituta, quare illud gratum et adeo necessarium habuerunt, cum, ut vidimus, rerum status id flagitaret et simul propheta dixisse traderetur. „Doctrina est praeda, scriptura laqueus. Constringite vos, quorum Deus misereatur, doctrinas vestras scriptura“ et quae sequuntur.

**Indicium tertium de iis qui primi inter Muhammedanos doctrinas scripto consignarunt.** — Scias, doctos de eo, qui primus composuerit librum, in diversas abire sententias. Alii Imám *Abd-ul-melik Ben Abd-ol-azíz Ben Jeríh*, Basrensem, qui a. H. 155 (inc. 13 Decbr. 771. Chr.) obiit, vel *Abu'n-nasr Sa'íd Ben Abi Aruba*, *a.* 156 (inc. 2 Decbr. 772 Chr.) mortuum, primum fuisse statuunt, et hos quidem laudat *Khatíb* (concionator) Bagdadensis, alii, ut *Abu Mohammed Ramhormozensis*, *Rebiae Ben Sabíh*, qui a. 160 (inc. 19 Octbr. 776.) decessit, hanc palmam tribuerunt. Hos secuti sunt *Sof'yan Ben Oyaina* et

باليمن وسفيان الثورى ومحمّد بن فضيل بن غزوان بالكوفة وحمّاد بن سلمة وروح بن عبادة بالبصرة وهشيم بواسط وعبد الله بن مبارك بخراسان وكان مطمح نظرهم فى التدوين ضبط معاقد القران والحديث ومعانيها ثمّ دوّنوا فيما هو كالوسيلة اليهما

**الاشارة الرابعة فى اختلاط علوم الاوائل والاسلام** واعلم انّ علوم الاوائل كانت مهجورة فى عصر الاموية ولمّا ظهر آل العبّاس كان اوّل من عنى منهم بالعلوم الخليفة الثانى ابو جعفر المنصور وكان مع براعته فى الفقه مقدّمًا فى علم الفلسفة وخاصّة فى النجوم محبًّا لاهلها ثمّ لمّا افضت الخلافة الى السابع عبد الله المامون بن الرشيد تمّم ما بدأ به جدّه فاقبل على طلب العلم فى مواضعه واستخرجه من معادنه بقوّة نفسه الشريفة وعلوّ همّته المنيفة فداخل ملوك الروم وسألهم وصلة ما لديهم من كتب الفلاسفة فبعثوا اليه منها بما حضرهم من كتب افلاطون وارسطوا وبقراط وجالينوس واقليدس وبطلميوس وغيرهم واحضر

---

***Malik Ben Anes***, **qui Medinae scripserunt, et *Abdallah Ben Vahb* in Aegypto, *Moammer* et *Abd-er-rezzák* in Arabia felici, *Sof'yan Thaurita* et *Mohammed Ben Fodhail Ben Gezván* Cufae, *Hemmád Ben Selimet* et *Ruh Ben Abbádet* Basrae, *Hoshaim* Vaseti, *Abdallah Ben Mobárek* in Khorasan, qui omnes in componendo id potissimum spectarunt, ut nodos Corani et effatorum propheticorum eorumque sensus constringerent. Deinde ea quae ad illa duo doctrinae fundamenta quasi viam sternunt, scribendo complectebantur.**

**Indicium quartum de doctrinarum pristinorum cum Muhammedanorum doctrinis mixtione. — Majorum doctrinae tempore Ommiyyadarum negligebantur. Cum deinde Abbasidae principatum tenerent, fuit primus, qui ex eorum gente literis operam dedit, *Abu Jafar Mansur*, Khalifa eorum secundus, qui non solum sua juris civilis et sacri peritia praecelluit, sed philosophiam quoque, praesertim astrologiam, cujus cultoribus admodum fovit, egregie calluit. *Abdallah Mamun*, filio *Reshid*, septimo Abbasidarum, Khalifatum tenente, quod avi auspiciis incoeptum erat, ad finem est perductum. Prospere hic se applicuit ad scientiam, ubicunque inveniri poterat, quaerendam et ex fodinis eliciendam, mentis generosae vigore et animi altitudine eminenti adjutus. Itaque adiit Byzantinorum reges ab iisque, ut libros philosophicos apud ipsos superstites mitterent, petiit. Miserunt illi, quae ex Platonis, Aristotelis, Hippocratis, Galeni, Euclidis, Ptolemaei aliorumque scriptis ad manus erant. Viri quoque acumine mentis illustres, qui illa verterent, arcessiti, mu-**

لها مهرة المترجمين فترجموا له على غاية ما امكن ثمّ كلّف الناس قرأتها ورغّبهم فى تعلّمها اذ المقصود من المنع هو احكام قواعد الاسلام ورسوخ عقائد الانام وقد حصل وانقضى على انّ اكثرها ممّا لا تعلّق له بالديانات فنفقت له سوق العلم وقامت دولة الحكمة فى عصره وكذلك سائر الفنون فاتقن جماعة من ذوى الفهم فى ايّامه كثيرًا من الفلسفة ومهّدوا اصول الادب وبيّنوا منهاج الطلب ثمّ أخذ الناس يزهدون فى العلم ويشتغلون عنه بتزاحم الفتن تارة وبجمع الشمل اخرى الى ان كاد يرتفع جملة وكذا شان سائر الصنائع والدول فانّه يبتدئ قليلًا قليلًا ولا يزال يزيد حتى يصل الى غاية هى منتهاه ثمّ يعود الى النقصان فيؤول امره الى غيبته فى مهاد النسيان والحقّ انّ اعظم الاسباب فى رواج العلم وكساده هو رغبة الملوك فى كلّ عصر وعدم رغبتهم فانّا لله وانّا اليه راجعون

---

nere suo, qua poterant perfectione, fungebantur. Mamun deinde lectionem librorum translatorum hominibus officiose commendavit, et amorem studii eorum in illis excitavit, cum interdictio majorum eo spectaret, ut Islamismi fundamenta stabilirentur et fides hominum firma redderetur. Hoc jam ea lege impetratum et ad finem perductum erat, ut maxima scriptorum illorum pars causam religionis nullo modo attingeret. Itaque forum literarum ei frequens fuit, et regnum philosophiae aeque ac ceterarum disciplinarum tempore ejus ferbuit. Eo adhuc regnante multi viri perspicaces prodierunt, qui philosophicas disciplinas ad magnam partem accurate tractabant, principia literarum humanitatis solide disponebant rationemque studiorum exponebant. Serius homines doctrinis abstinere coeperunt, modo seditionum tumultu modo divitiarum collectione distracti, ita ut parum abesset, quin totae abolescerent. Eandem sortem ceterae artes et regna experiuntur, quippe quae sensim incipientia incrementum capere non desinunt, donec summum fastigium tanquam ultimum terminum attigerint. Tum gradatim imminuuntur eoque rediguntur, ut iterum in oblivionis cunis occulta jaceant. Gravissimam vero causam, qua vel amor studiorum vel torpor in doctrinis discendis excitetur, ex ingenio principum cujusvis temporis, quo adducti illas vel protegunt vel respuunt, dependere verissimum est. Utique nos Dei sumus et certe ad eum revertemur.

# الباب الثالث

## فى المؤلّفين والمؤلّفات وفيه ترشيحات

### الترشيح الاوّل

### فى اقسام التدوين واصناف المدوّنات

واعلم انّ كتب العلوم كثيرة لاختلاف اغراض المصنّفين فى الوضع والتأليف ولكن ينحصر من جهة المعنى فى قسمين الاوّل امّا اخبار مختلفة مرسلة وهى كتب التواريخ وامّا اوصاف وامثال ونحوها قيّدها النظم وهى دواوين الشعر والثانى قواعد علوم وهى تنحصر من جهة المقدار فى ثلاثة اصناف الاوّل مختصرات تجعل تذكرة لرؤس المسائل ينتفع بها المنتهى للاستحضار وربّما افادت بعض المبتدئين الاذكياء لسرعة هجومهم على المعانى من العبارات الدقيقة والثانى مبسوطات تقابل المختصرات وهذه ينتفع بها للمطالعة والثالث متوسّطات وهذه

---

# CAPUT TERTIUM

## DE AUCTORIBUS EORUMQUE SCRIPTIS PER ERUDITIONES DIVISUM.

### ERUDITIO PRIMA

### DE COMPOSITIONIS PARTIBUS ET LIBRORUM COMPOSITORUM GENERIBUS.

**Libri doctrinarum propter diversa consilia, quae in iis redigendis et componendis auctores sequuntur, multifarii sunt, ratione tamen argumenti habita duobus generibus comprehendi possunt. Primum continet vel varia facta ex ordine tradita, quae argumentum librorum historicorum constituunt, vel descriptiones, dicta moralia et ejusmodi generis alia metri vinculo ligata, atque haec carminum collectiones complectuntur. Alterum genus systemata doctrinarum comprehendit, quae respectu ambitus habito tribus speciebus circumscribuntur. Prima e compendiis constat, quae primariarum tantum quaestionum mentionem faciunt, et iis, qui jam profecerunt, ad res celeriter animo repraesentandas prosunt. Saepius quoque tirones perspicaces inde utilitatem capiunt propter celeritatem, qua argumenta ex enunciationibus subtilibus eruunt. Secunda species scripta copiosa continet compendiis opposita, quae studiis maxime prosunt,**

نفعها عامّ ثمّ انّ التأليف على سبعة اقسام لا يؤلّف عالم عاقل الّا فيها وهى امّا شىء لم يسبق اليه فيخترعه او شىء ناقص يتمّمه او شىء مغلق يشرحه او شىء طويل يختصره دون ان يخلّ بشىء من معانيه او شىء متفرّق يجمعه او شىء مختلط يرتّبه او شىء اخطأ فيه مصنّفه فيصلحه وينبغى لكلّ مؤلّف كتاب فى فنّ قد سبق اليه ان لا يخلو كتابه من خمس فوائد استنباط شىء كان معضلا او جمعه ان كان مفرّقا او شرحه ان كان غامضا او حسن نظم وتأليف او اسقاط حشو وتطويل وشرط فى التأليف اتمام الغرض الذى وضع الكتاب لاجله من غير زيادة ولا نقص وهجر اللفظ الغريب وانواع المجاز اللّهم الّا فى الرمز والاحتراز عن ادخال علم فى علم آخر وعن الاحتجاج بما يتوقّف بيانه على المحتجّ به عليه لئلا يلزم الدور وزاد المتأخّرون اشتراط حسن الترتيب ووجازة اللفظ ووضوح الدلالة وينبغى ان يكون مسوقا على حسب ادراك اهل الزمان وبمقتضى ما تدعوهم اليه الحاجة فمتى كانت

---

tertia denique ea, quae duarum priorum classium intermedia sunt et utilitatem communem praebent.

Compositio ipsa septem modis procedit, quorum quivis doctus intelligens unum alterumve sequitur. Tractat vel rem, quam nemo ante eum attigerat; materiam igitur novam aggreditur, vel rem imperfectam perfectiorem reddit, vel quae obscura sunt, commentatur, vel opera nimis copiosa salvo sententiarum argumento in epitomen cogit, vel quae dispersa sunt, colligit, vel confuse mixta per ordinem disponit, vel quae vitiose auctor quidam tractaverat, corrigit. Cujusvis vero auctoris, qui unam alteramve scientiam, quam alii jam praeiverunt, calamo tractat, liber quinque commodis non careat necesse est. Studendum ei est, ut rem, quae difficilis fuit, expediat, dispersa colligat, minus perspicua explicet, dispositionem et compositionem ornatu convenienti instruat atque superflua et nimis copiosa resecet. Conditio autem compositionis est, ut consilium, cujus causa liber scribitur, assequaris, ita ut quae nimis prolixa et imperfecta sint, excidant, et verba inusitata et metaphorae genera evitentur, nisi quis aenigmatice loqui velit. Cavendum porro est, ne una doctrina alteri immisceatur et argumenta afferantur, quorum demonstratio eo nitatur, quod adhuc probandum sit. Alioquin necessario circuli oriuntur. Posteriores his conditionibus elegantiam dispositionis, verborum brevitatem atque argumentorum perspicuitatem addiderunt. Convenit quoque, ut auctor se ad captum aequalium accommodet, et necessitati, prout ratio poscit, satisfaciat. Quando igitur lectores intellectu satis acuto praediti sunt, et

الخواطر ثاقبة والافهام للمراد من الكتب متناولة قام الاختصار لها مقام الاكثار واغنت بالتلويح عن التصريح والّا فلا بدّ من كشف وبيان وايضاح وبرهان ينبّه الذاهل ويوقظ الغافل وقد جرت عادة المصنّفين بان يذكروا فى صدر كلّ كتاب تراجم لتعرّب عنه سمّوها الرؤس وهى ثمانية الغرض وهو الغاية السابقة فى الوهم المتأخّرة فى الفعل والمنفعة ليتشوّق الطبع والعنوان الدالّ بالاجمال على ما يأتى تفصيله وهو قد يكون بالتسمية وقد يكون بالفاظ وعبارات تسمّى براعة الاستهلال والواضع ليعلم قدره ونوع العلم وهو الموضوع ليعلم مرتبته وقد يكون الكتاب مشتملا على نوع من العلوم وقد يكون جزءا من اجزآئه وقد يكون مدخلا كما سبق فى بحث الموضوع ومرتبة ذلك الكتاب اى متى يجب ان يقرأ وترتيبه ونحو التعليم المستعمل فيه وهو بيان الطريق المسلوك فى تحصيل الغاية وانحآء التعليم خمسة الاوّل التقسيم والقسمة المستعملة فى العلوم قسمة العامّ الى الخاصّ وقسمة الكلّ الى الجزء او الكلّىّ الى الجزئيّات وقسمة الجنس الى الانواع وقسمة النوع الى الاشخاص

---

argumenta in libris proposita perspiciunt, breviorem dictionem loco prolixioris admittunt, et re paucis demonstrata, explicatione longiore carere possunt, sin minus, declaratione, demonstratione, explicatione et argumentatione supersederi nequit, ut socors excitetur et somniculosus evigiletur.

Auctores vero in prooemio cujusvis libri titulos praemittere soliti sunt, quos *Ruus* (capita) appellant, ut quid ab eo exspectandum sit, explicetur. Numero octo sunt, consilium i. e. summa idea, quam quis mente praemeditatur et deinde facto exsequitur — utilitas, ut indoles alliciatur — titulus, qui summatim indicat, quae in libro fusius tractantur, modo nuda denominatione expressus, modo verbis et enunciationibus circumscriptus, quae nomine *Berâat elistihlâl* (excellentia scientiae primitivae) insigniuntur — auctor, ut ejus valor cognoscatur — scientiae genus i. e. ejus objectum, ut quem gradum teneat, intelligatur. Liber enim modo totum genus doctrinarum, modo partem ex ejus partibus, modo solam isagogen, ut antea in quaestione de objecto demonstratum est, complectitur — ordo hujus libri, i. e. declaratio, quo tempore legendus sit — dispositio ejus — denique ratio institutionis in eo observata i. e. demonstratio viae, quam ad consilium assequendum auctor ingressus est.

Modi institutionis quinque sunt, et eorum primus divisio. Adhibemus autem partitionem in doctrinis eam, ut commune in speciale, totum in partem vel universale

وهذه قسمة ذاتىّ الى ذاتىّ وقد يقسم الكلّىّ الى الذاتىّ والعرضىّ والذاتىّ الى العرضىّ والعرضىّ الى الذاتىّ والعرضىّ الى العرضىّ والتقسيم الخاصّ هو المتردّد بين النفى والاثبات والثانى التركيب وهو جعل القضايا مقدّمات تؤدّى الى المعلوم والثالث التحليل وهو اعادة تلك المقدّمات والرابع التحديد وهو ذكر الاشياء بحدودها الدالّة على حقائقها دلالة تفصيليّة والخامس البرهان وهو قياس صحيح عن مقدّمات صادقة وانّما يمكن استعماله فى العلوم الحقيقيّة وامّا ما عداها فيكتفى بالاقناع

## الترشيح الثانى
### فى الشرح وبيان الحاجة اليه والادب فيه

واعلم انّ كلّ من وضع كتابًا انّما وضعه ليفهم بذاته من غير شرح وانّما احتيج الى الشرح لامور ثلثة **الامر الاوّل** كمال مهارة المصنّف فانّه لجودة ذهنه وحسن عبارته يتكلّم

---

in particularia, genus in species et species in individua dividatur. Et haec quidem divisio est essentialis in essentiale, et interdum dividitur universale in essentiale et accidens, essentiale in accidens, accidens in essentiale, accidens denique in accidens. Divisio specialis maxime versatur inter negationem et affirmationem. — Secundus modus est compositio (synthesis), quae eo constat, quod enunciationes praemittuntur, quae ad scibile ducunt. — Tertius complectitur solutionem (analysin), quae in repetitione illarum praenotionum consistit — quartus determinationem (*ὁρισμον*), in qua res cum terminis suis commemorantur, qui veram earum naturam modo fusiore demonstrant — Quintus denique modus est argumentatio (*ἀποδειξις*) seu sana conclusio ex praemissis veris effecta. Haec ratio non nisi in doctrinis mathematicam fidem admittentibus adhiberi potest; in ceteris omnibus in persuasione acquiescendum est.

## ERUDITIO SECUNDA
### IN QUA DE COMMENTARIIS AGITUR, EOSQUE NECESSARIOS ESSE DEMONSTRATUR ET QUAE RATIO IN IIS COMPONENDIS OBSERVATUR, DESCRIBITUR.

Quicunque librum exarat, illum ea tantum ratione componit, ut per se ipsum sine ullo commentario intelligatur. Commentarii autem non nisi ex triplici causa necessarii

على معان دقيقة بكلام وجيز كافيًا فى الدلالة على المطلوب وغيره ليس فى مرتبته فربّما عسر عليه فهم بعضها او تعذّر فيحتاج الى زيادة بسط فى العبارة لتظهر تلك المعانى فى الخفيّة ومن ههنا شرح بعض العلمآء تصنيفه **الامر الثانى** حذف بعض مقدّمات الاقيسة اعتمادًا على وضوحها او لانّها من علم آخر او اهمل ترتيب بعض الاقيسة فاغفل علل بعض القضايا فيحتاج الشارح الى ان يذكر المقدّمات المهملة ويبيّن ما يمكن بيانه فى ذلك العلم ويرشد الى اماكن فيما لا يليق بذلك الموضع من المقدّمات ويرتّب القياسات ويعطى علل ما لم يعط المصنّف **الامر الثالث** احتمال اللفظ لمعان تأويليّة او لطافة المعنى عن ان يعبّر عنه بلفظ يوضحه او للالفاظ المجازيّة واستعمال الدلالة الالتزاميّة فيحتاج الشارح الى بيان غرض المصنّف وترجيحه وقد يقع فى بعض التصانيف ما لا يخلو البشر عنه من السهو والغلط والحذف لبعض المهمّات وتكرار الشىء بعينه بغير ضرورة الى غير ذلك فيحتاج ان ينبّه عليه ثمّ انّ

---

sunt. Primum enim auctor tam perfecta ingenii facultate instructus esse potest, ut propter mentis praestantiam et dictionis elegantiam de argumentis subtilibus ratione concisa disputet, quaestionem propositam sufficienter probans, lectoribus eodem mentis acumine carentibus. His igitur saepius nonnulla intellectu difficilia vel omnino obscura sunt, ut copiosior notionis explicatio necessaria sit ad illa argumenta in occulto posita manifestanda. Hinc fit, ut nonnulli viri docti opera ejus commententur. — Deinde praenotiones nonnullae ratiocinationum (interdum) omittuntur, cum auctor eas vel notas esse confidit, vel cum illae ex alia doctrina petendae sunt, vel dispositio nonnullarum ratiocinationum omissa est, ideoque causae nonnullarum enunciationum exciderunt. Est igitur interpretis, ut illas praenotiones omissas suppleat, quae in illa doctrina perspicua reddi possint, explicet, locos ubi illae, praenotiones, quas hoc loco afferre non convenerit, quaerendae sint, demonstret, et ratiocinationes ex ordine disponat, causasque afferat ab auctore omissas. — Tertia denique causa commentarii vel in eo posita est, quod vox varios sensus intricatae explicationis admittere potest, vel in majori notionum subtilitate, quam ut verbo, quod clare eas exponat, explicari possit, vel in dictionibus metaphoricis et in usu argumentationis necessario consequentis. Interprete igitur opus est, ut id quod auctor intendat, explicet eique quod praeponderet, attribuat. Accidit quoque interdum, quod ab homine non alienum est, ut in nonnullis operibus vestigia negligentiae et erroris deprehendantur, nonnulla gravissimi momenti omittantur, res eaedem sine ulla necessitate repetantur et quae sunt reliqua. Itaque animi excitentur, ut attendant ad haec, necesse est.

اساليب الشرح على ثلثة اقسام الاوّل الشرح بقال اقول كشرح المقاصد وشرح الطوالع للاصفهانىّ وشرح العضد وامّا المتن فقد يكتب فى بعض النسخ بتمامه وقد لا يكتب لكونه مندرجًا فى الشرح بلا امتياز والثانى الشرح بقوله كشرح البخارىّ لابن حجر والكرمانىّ ونحوهما وفى امثاله لا يلتزم المتن وانّما المقصود ذكر المواضع المشروحة ومع ذلك قد يكتب بعض النسّاخ متنه تمامًا امّا فى الهامش وامّا فى المسطر فلا ينكر نفعه والثالث الشرح مزجًا ويقال له شرح ممزوج يمزج فيه عبارة المتن والشرح ثمّ يمتاز امّا بالميم والشين وامّا بخطّ يخطّ فوق المتن وهو طريقة اكثر الشرّاح المتأخّرين من محقّقين وغيرهم لكنّه ليس بمأمون عن الخلط والغلط ثمّ انّ من آداب الشارح وشرطه ان يبذل النصرة بما قد التزم شرحه بقدر الاستطاعة ويذبّ عمّا قد تكفّل ايضاحه بما يذبّ به صاحب تلك الصناعة ليكون شارحًا غير ناقص وجارح ومفسّرًا غير معترض اللّهمّ الّا اذا عثر على شىء لا يمكن حمله على وجه

---

Deinde ratio commentarii scribendi triplex est. In genere eorum primo, ad quod v. c. commentarii librorum *Mekásid et Tevâlie* auctore *Isfahani* et commentarius *Adhad-ed-din* pertinent, adhibetur formula „*cala*“ (dixit auctor) — „*acul*“ (dico ego). — Textus in aliis exemplaribus totus scribitur, in aliis non scribitur, cum commentario sine ulla distinctione insertus est. — Secundum genus, ut commentarii, quos *Ibn Hajr*, *Kermáni* aliique in *Bokhári* librum scripserunt, voce „*cauloho*“ (sententia auctoris) designatur, neque hic textus scriptio necessaria est, quia interpres tantum eos locos, qui explicantur, proferre intendit. Nihilominus interdum nonnulli librarii totum textum vel in margine vel inter lineas adjecerunt; quod utile esse negari non potest. — Tertium genus complectitur commentarios, in quibus mixtio adhibita est, dicunturque illi „*memzuj*“ (mixti). Verba enim textus et explicationis in vicem succedunt, atque ut distinguantur, vel literae *Mim* (*Metn* i. e. textus) et *Shin* (*Sherh* i. e. commentarius) adhibentur, vel linea supra textum ducitur. Hic mos quamvis inter diligentiores aliosque interpretum posteriorum praevaleat, tamen a confusione et errore non immunis est.

Interpres deinde ea lege et conditione tenetur, ut auxilium suum, qua potest facultate, ibi munifice praestet, ubi commentatio necessaria est, et rei, cujus expositionem in se susceperit, eodem studio et opera tueatur, quo qui hanc artem egregie callet, tueri solet, ne commentatione sua detrimentum afferat et laedat, atque interpres sit, non adversator, nisi forte difficultate offendatur, quae ad sanam rationem

صحيح فحينئذ ينبغى ان ينبّه عليه بتعريض او تصريح متمسّكا بذيل العدل والانصاف متجنّبًا عن الغىّ والاعتساف لانّ الانسان محلّ النسيان والقلم ليس بمعصوم عن الطغيان فكيف بمن جمع المطالب من محالّها المتفرّقة وليس كلّ كتاب ينقل المصنّف عنه سالمًا من العيب محفوظًا له عن ظهر الغيب حتى يلام فى خطآئه فينبغى ان يتأدّب عن تصريح الطعن للسلف مطلقًا ويكنّى بمثل قيل وظنّ ووهم واعترض واجيب وبعض الشرّاح والمحشّيين او بعض الشروح والحواشى ونحو ذلك من غير تعيين كما هو دأب الفضلآء من المتأخّرين فانّهم تأنّقوا فى اسلوب التحرير وتأدّبوا فى الردّ والاعتراض على المتقدّمين بامثال ما ذكر تنزيهًا لهم عن ما يفسد اعتقاد المبتدئين فيهم وتعظيمًا لحقّهم وربّما حملوا هفواتهم على الغلط من الناسخين لا من الراسخين وان لم يمكن ذلك قالوا لانّهم لفرط اهتمامهم بالمباحثة والافادة لم يفرغوا لتكرير النظر والاعادة واجابوا عن لمز بعضهم بانّ الالفاظ كذا· وكذا الفاظ فلان بعبارته بقولهم انّا لا نعرف كتابًا ليس فيه ذلك فانّ تصانيف المتأخّرين بل المتقدّمين

---

exigi nequeat. Tum enim convenit, ut advertat animos ad eam vel implicitis vel disertis verbis, firmiter tenens syrma justitiae et aequitatis, evitans errorem et exorbitationem. Homo enim oblivionis habitaculum est, et calamus ab evagatione non tutus. Quo tandem loco res ejus essent, qui quaestiones ex dispersis earum locis colligeret, cum non omnis liber, quem auctor in usum suum convertit, vitiis caret, et saepe res continet ex secretis Dei mysteriis petitas, ut auctor propter ejus vitia exprobari possit? Itaque eum bene moratum esse, neque directe majores obtrectare decet et disertis verbis. Metonymice loquatur utens formulis „dicitur, creditur, opinio est, objicitur, respondetur, nonnulli interpretes et glossatores (statuunt), vel nonnulli commentarii et glossae (sic habent)“ et quae sunt alia, sine ulla declaratione accuratiore, ut est consuetudo virorum inter posteriores optime meritorum. Hi enim attente rationem expendunt, qua corrigendum sit, et in refutandis ac refellendis majoribus ejusmodi formulis modestis, quae modo commemoratae sunt, utuntur, omnia removentes, quae tironum fiduciam in his viris ponendam corrumpere possint, eosque ex meritis aestimantes. Saepissime lapsus a singularis doctrinae viris in librariorum culpam transferunt, et hoc si fieri nequit, dicunt: Illis propter nimium investigationis et utilitatis studium scripta recognoscendi atque denuo inspiciendi et perlegendi otium non fuit; aliisque, qui diffamandi studio dicunt, hanc illam dictionem auctoris jam ab alio ad verbum adhibitam esse, hoc modo respondent: Cognoscimus nullum librum, in quem haec objectio non cadat. Posteriorum enim, immo vero priorum scripta

لا تخلو عن مثل ذلك لا لعدم الاقتدار على التغيير بل حذرًا عن تضييع الزمان فيه وعن مثالبهم بانّهم عزوا الى انفسهم ما ليس لهم بانّه ان اتّفق فهو من توارد الخواطر كما فى تعاقب الحوافر على الحوافر

## الترشيح الثالث

### فى اقسام المصنّفين واحوالهم

اعلم انّ المؤلّفين المعتبر تصانيفهم فريقان الاوّل من له فى العلم ملكة تامّة ودربة كافية وتجارب وثيقة وحدس صائب وفهم ثاقب فتصانيفهم عن قوّة تبصرة ونفاذ فكر وسداد رأى كالنصير والعضد والسيّد والسعد والجلال وامثالهم فانّ كلّا منهم يجمع الى تحرير المعانى تهذيب الالفاظ وهؤلآء احسنوا الى الناس كما احسن الله اليهم وهذه لا يستغنى عنها احد والثانية من له ذهن ثاقب وعبارة طلقة طالع الكتب فاستخرج دررها واحسن نظمها وهذه

---

ejusmodi rebus non carent, neque hoc eam ob causam, quod illi viri talia mutare non potuerint, sed quod cavent, ne his levioribus rebus tempus perdant atque sibi ipsis damnum afferant, cum operam suscipiant, quae eorum non sit; ut, si illud accidat, hoc ex cogitationum fluxu explicandum sit, eodem modo, quo ungulae equorum ungulis se invicem applicent.

## ERUDITIO TERTIA

### DE AUCTORUM CLASSIBUS EORUMQUE CONDITIONE.

Auctores, quorum opera in numero aliquo putanda sunt, duplicis generis esse scias. Primum genus complectitur eos, qui perfecta eruditionis possessione, cogitatione sufficienti, experientia firma, acumine apto, intelligentia acri fruuntur, ita ut eorum opera facultatem intellectus summam, cogitandi aciem consiliique rectitudinem prodant, ut hoc in *Nasír-ed-din*, *Adhad-ed-din*, *Sayyid Jorjani*, *Sa'd-ed-din*, *Jelál-ed-din* aliosque similes cadit, qui omnes cum accurata cogitationum dispositione dictionis concinnitatem conjungunt, et in homines eadem beneficia conferunt, quae Deus iis largitus est. — Neque quisquam his commodis carere potest. — Secundo generi adnumerantur, qui acri mente et nitida dicendi forma instructi scripta aliorum ita legunt, ut margaritas eorum eruant easque lino trajectas eleganter jungant. Quorum ex ope-

ينتفع بها المبتدئون والمتوسّطون ومنهم من جمع وصنّف للاستفادة لا للافادة فلا حجر عليه بل يرغب اليه اذا تأهّل فانّ العلمآء قالوا ينبغى للطالب ان يشتغل بالتخريج والتصنيف فيما فهمه منه اذا احتاج الناس اليه بتوضيح عبارته غير مائل عن المصطلح مبيّنًا مشكله مظهرًا ملتبسه كى يكتسب جميل الذكر وتخليده الى آخر الدهر فينبغى ان يفرغ قلبه لاجله اذا شرع ويصرّف اليه كلّ شغله قبل ان يمنعه مانع عن نيل ذلك الشرف ثمّ اذا تمّ لا يخرج ما صنّفه الى الناس ولا يدع عن يده الّا بعد تهذيبه وتنقيحه وتحريره واعادة مطالعته فانّه قد قيل الانسان فى فسحة من عقله وفى سلامة من افواه جنسه ما لم يضع كتابًا او لم يقل شعرًا او قد قيل من صنّف كتابًا فقد استشرف للمدح والذمّ فان احسن فقد استهدف من الغيبة والحسد وان اسآء فقد تعرّض للشتم والقذف قالت الحكمآء من اراد ان يصنّف كتابًا او يقول شعرًا فلا يدعوه العجب به وبنفسه الى ان ينتحله ولكن يعرضه

---

ribus tirones et aliquanto perfectiores utilitatem capiunt. Neque illi, qui non colligunt atque componunt, ut alios doceant, sed ut ipsi utilitatem percipiant, rejiciendi, immo potius quaerendi sunt, ubi digni habentur. Docti enim studioso convenire dicunt, ut extrahat, et ubi id hominibus opus sit, de excerptis, quae intellexerit, cum clara dictionis expositione scribat, neque terminos technicos evitet, horum potius ambiguitates exponat et obscuritates detegat, ut bonam et aeternam memoriam usque ad ultima tempora sibi comparet. Necesse igitur est, ut opus aggrediens animum consilio suo applicet, et omne otium in illud impendat, antequam impedimentum quoddam ei hujus honoris aditum praecludat. Operis ad finem perducti divulgationem non acceleret, et illud non nisi perpolitum, limatum, correctum et iterum iterumque perlectum de manibus deponat. Solet enim dici: „Homini a mente largissima exspatiandi concessa est facultas“ et „tutus est homo a generis sui detrectationibus, quamdiu nullum librum scripserit, nullum carmen cecinerit“ vel ut alia sententia fert „qui componit librum, obnoxius est laudi et vituperationi. Si rem bene egit, in obtrectationem et invidiam incurrit, si vero res male cessit, contumeliis et opprobriis expositus est.“ — Qui librum scribere seu carmen condere vult, ita sapientes monent, is operis suique ipsius amore non eo se agi patiatur, ut illud publice sibi attribuat, immo potius subjiciat id virorum rei gnarorum judicio sub tractatus seu carminum singulorum forma. Quod si aures attente se ad illud inclinantes videat, et homines

على اهله فى عرض رسائل او اشعار فان رأى الاسماع تصغى اليه ورأى من يطلبه انتحله وادّعاه والّا فليأخذ فى غير تلك الصناعة **تذنيب** ومن الناس من ينكر التصنيف فى هذا الزمان مطلقًا ولا وجه لانكاره من اهله وانّما يحمله عليه التنافس والحسد الجارى بين اهل الاعصار ولله درّ القائل فى نظمه شعر

قل لمن لا يرى المعاصر شيئًا
ويرى للاوائل التقديما
انّ ذاك القديم كان حديثا
وسيبقى هذا الحديث قديما

واعلم انّ نتائج الافكار لا تقف عند حدّ وتصرّفات الانظار لا تنتهى الى غاية بل لكلّ عالم ومتعلّم منها حظّ يحرزه فى وقته المقدّر له وليس لاحد ان يزاحمه فيه لانّ العالم المعنوىّ واسع كالبحر الزاخر والفيض الآلهى ليس له انقطاع ولا آخر والعلوم منح آلهية

---

id legendi cupidos experiatur, tum publice auctorem se profiteatur opusque sibi vindicet, sin minus, aliam artem discere incipiat.

**Appendix.** — Sunt homines, qui scribendi negotium hoc tempore in universum rejiciant; attamen auctores eorum reprobrationem nullo modo respicere debent. Solum enim aemulationis et invidiae studium huic aevo proprium illius judicii causa est, et laudatus sit Deus pro eo, quod poëta egregie dixit:

Dic illi, qui aequalem nullius aestimat pretii,
Et solos majores praeferendos esse statuit:
Illud antiquum quoque fuit novum,
Et hoc novum utique evadet antiquum.

Mentis agitatio nullis inclusa est terminis et animi motus fastigium summum nunquam attingunt; immo potius cuivis docenti et discenti pars cogitationum attributa est, quam in tempus suum ipsi destinatum asservat, neque cujusquam est, ut illam partem se immiscendo detrectet. Idearum enim mundus vastus est ut mare exundans, et gratia divina nec interruptionem nec finem admittit. Doctrinae sunt munera divina et dona aeterna. Absurdum utique non est credere, nonnullis posterioribus

ومواهب صمدانيّة فغير مستبعد ان يدّخر لبعض المتأخّرين ما لم يدّخر لكثير من المتقدّمين فلا تغترّ بقول القائل ما ترك الاوّل للآخر بل القول الصحيح الظاهر كم ترك الاوّل للآخر فانّما يستجيد الشيء ويسترذل لجودته وردآئه في ذاته لا لقدمه وحدوثه ويقال ليس كلمة آخر بالعلم من قولهم ما ترك الاوّل شيئاً لانّه يقطع الآمال عن العلم ويحمل على التقاعد عن التعلّم فيقتصر الآخر على ما قدم الاوّل من الظواهر وهو خطر عظيم وقول سقيم فالاوائل وان فازوا باستخراج الاصول وتمهيدها فالاواخر فازوا بتفريع الاصول وتشديدها كما قال عليه الصلوة والسلام امّتي امّة مباركة لا يدرى اوّلها خير ام آخرها وقال ابن عبد ربّه في العقد انى رأيت آخر كلّ طبقة وواضعى كلّ حكمة ومؤلّفى كلّ ادب اهذب لفظاً واسهل لغةً واحكم مذاهب واوضح طريقة من الاوّل لانّه ناقض متعقّب والاوّل بادى متقدّم انتهى وروى انّ المولى خواجه زاده كان يقول ما نظرت في كتاب احد بعد تصانيف السيّد الشريف الجرجانيّ بنيّة الاستفادة وذكر صاحب الشقائق في ترجمة المولى شمس الدين الفناريّ

---

thesaurum asservari, qui multis anterioribus non concessus fuerit. Nemo per eum se falli patiatur, qui majores posteris nihil discendum reliquisse contendat. Immo potius illud vere et clare dictum est: Quantum majores posteris faciendum reliquerunt! Quaevis enim res, quatenus tantum per se vel bona vel mala est, magni vel parvi aestimatur, nulla ratione vel antiquitatis vel novitatis habita. Dici quoque solet, nullam sententiam scientiam magis morari illa, majores posterioribus nihil reliquisse. Praecidit enim scientiae omnem spem atque discendi studium torpore obruit, ut posteriores sese finibus rerum manifestarum contineant, in quarum cognitione majores praecesserunt. Atque hoc grave est periculum et insanum effatum. Quanquam enim majores in eruendis principiis iisque stabiliendis excelluerunt, posteriores tamen in illis per partes distribuendis et corroborandis palmam detulerunt; prout propheta, quem Deus salvum praestet, dixit: „Populus meus est populus fortunatus. Ejus majores utrum potiores sint an posteriores, nescitur." — *Ibn Abd-er-rabbihi* in libro *Ikd:* Posteriores, inquit, cujusvis classis, philosophiae cujuscunque fundatores et literarum humanitatis auctores vidi puriores majoribus dictione, lingua faciliores, disciplina firmiores, methodo planiores. Illi enim dissolverunt et (vitia inquirentes) successerunt, hi inceperunt et praecesserunt. — Hucusque ille. — *Elmaula Khojazade* dixisse traditur: Nullum librum, operibus *Sayyid Sherif Jorjani*

انّ الطلبة الى زمانه كانوا يعطّلون يوم الجمعة ويوم الثلثاء فاضاف المولى المذكور اليهما يوم الاثنين للاشتغال بكتابة تصانيف العلّامة التفتازانىّ وتحصيلها انتهى

## الباب الرابع

## فى فوائد منثورة من ابواب العلم وفيه مناظر وفتوحات

### المنظر الاول

### فى العلوم الاسلاميّة

واعلم انّ العلوم المتداولة فى الامصار على صنفين صنف طبيعىّ للانسان يهتدى اليه بفكره وهى العلوم الحكميّة وصنف نقلىّ يأخذه عمّن وضعه وهى العلوم النقليّة الوضعيّة وهى كلّها مستندة الى الخبر عن الوضع الشرعىّ ولا مجال فيها للعقل الّا فى الحاق الفروع من مسائلها بالاصول لانّ الجزئيّات الحادثة المتعاقبة لا تندرج تحت النقل الكلّىّ كمجرد وضعه فيحتاج الى

---

perlectis, ut inde utilitatem perciperem, tractavi. — Auctor denique libri *Shecaïc* in vita doctoris *Shems-ed-din Fenari* narrat, studiosos usque ad hujus viri tempus diem Veneris et Martis ferias egisse, illum vero iis diem Lunae addidisse, ut otium iis libros doctissimi Teftazáni describendi et explorandi concedatur.

## CAPUT QUARTUM

## IN QUO NOTITIAE APERTAE EX SCIENTIAE PARTIBUS PRAEBENTUR IN PROSPECTUS ET PATEFACTIONES DIVISUM.

### PROSPECTUS PRIMUS

### DE DOCTRINIS ISLAMICIS.

Doctrinarum, quae in terris plerumque coluntur, duplex est genus, alterum a natura homini insitum, ad quod cogitando ducimur, doctrinas philosophicas continens, alterum sermone traditum, quod ab iis homo accipit, qui ejus principes et auctores exstiterunt, complectens doctrinas traditionales positivas, quae omnes traditione innituntur de scientia positivae religionis, qualis principio condita est, et rationi nullum spatium concedunt, nisi in dogmatibus secundariis ex quaestionibus illarum doctrinarum derivatis ad principia reducendis, cum particularia, quae temporis successu con-

الالحاق بوجه قياسىّ الّا انّ هذا القياس يتفرّع عن الخبر بثبوت الحكم فى الاصل وهو نقلىّ فرجع هذا القياس الى النقل لتفرّعه عنه ثمّ يستتبع ذلك علوم اللسان العربىّ الذى هو لسان الملّة وبه نزل القران واصناف هذه العلوم النقليّة كثيرة لانّ المكلّف يجب عليه ان يعلم احكام الله المفروضة عليه وعلى ابنآء جنسه وهى مأخوذة من الكتاب والسنّة بالنصّ او بالاجماع او بالالحاق فلا بدّ من النظر فى الكتاب ببيان الفاظه اوّلا وهذا هو علم التفسير ثمّ باسناد نقله وروايته الى النبىّ صلعم الذى جآء به من عند الله واختلاف روايات القرّآء فى قرأته وهو علم القرأات ثمّ باسناد السنّة الى صاحبها والكلام فى الروّاة الناقلين لها ومعرفة احوالهم وعدالتهم ليقع الوثوق باخبارهم وهذه هى علوم الحديث ثمّ لا بدّ فى استنباط هذه الاحكام من اصولها من وجه قانونىّ يفيدنا العلم بكيفيّة هذا الاستنباط وهذا هو اصول الفقه وبعد هذه تحصل الثمرة بمعرفة احكام الله فى افعال المكلّفين وهو الفقه ثمّ انّ التكاليف منها بدنىّ

---

tinuo usu veniunt, non possunt ita subjici traditioni universali, ut ejus principia simplicia, ita ut opus sit eas per analogiam addere, ea tamen conditione, ut haec analogia ita deducta sit ex illa prima traditione, ut judicium in principio, quod traditionale est, fundamentum suum habeat. Haec analogia igitur tanquam ramus ex stirpe deductus ad traditionale illud referenda est. — Hae deinde doctrinae tanquam famulitium requirunt disciplinas linguae arabicae, quippe quae lingua est sectae verissimae, et in ea patefactus est etiam Coranus. Genera autem harum doctrinarum per traditionem propagatarum admodum multa sunt, quia homo officiis religiosis adstrictus praecepta divina, quae necessario observanda sibi suique generis hominibus imperata sunt, utique sciat necesse est. Haec autem ex Corano et Sunna vel disertis verbis, vel doctorum consensu vel additione petenda sunt. Itaque evitare non potest, quin Coranum legat ita, ut primum ejus verba exponat, in qua re exegesis Corani (*Ilm-et-tefsir*) versatur, deinde ut traditionem de textu Corani constituendo ad auctoritatem prophetae, qui eum divinitus patefecit, revocet, et diversas lectorum traditiones criticas de lectionibus cognoscat, quam materiem doctrina variarum lectionum (*Ilm-el-caraát*) tractat. Tum qui effatorum propheticorum auctores sint, demonstret, et de iis, qui ea vel ore vel scripto propagarunt, disserat, et omnia, quae ad eos pertinent, eorumque auctoritatem justitia nixam cognoscat, ut eorum traditionibus fides haberi possit, atque hae sunt doctrinae rei traditionariae (*Olum-el-hedíth*). Nec potest non observari in his statutis divinis ex principiis suis deducendis methodus canonica, quae

ومنها قلبيّ وهو المختصّ بالايمان وما يجب ان يعتقد وهذه هي العقائد في الذات والصفات والنبوّات والآخرويّات والقدر والاحتجاج عن هذه بالادلّة العقليّة هو علم الكلام ثمّ النظر في القرآن والحديث لا بدّ ان يتقدّمه العلوم العربيّة لانّه يتوقّف عليها وهي علم اللغة والنحو والبيان ونحو ذلك وهذه العلوم النقليّة كلّها مختصّة بالملّة الاسلاميّة وان كانت كلّ ملّة لا بدّ فيها من مثل ذلك فهي مشاركة لها من حيث انّها علوم الشريعة وامّا على الخصوص فمباينة لجميع الملل لانّها ناسخة لها وكلّ ما قبلها من علوم الملل فمهجورة والنظر فيها محظور وان كان في الكتب المنزلة غير القرآن كما ورد النهي عن النظر في التوراة والانجيل ثمّ انّ هذه العلوم الشرعيّة قد نفقت اسواقها في هذه الملّة بما لا مزيد عليه وانتهت فيها مدارك الناظرين الى التي لا فوقها وهذّبت الاصطلاحات ورتّبت الفنون وكان لكلّ فنّ رجال

---

**nobis cognitionem rationis, qua haec deductio procedat, conciliet, atque de hac re agunt principia jurisprudentiae *(Osul-el-fic'h)*. His perspectis fructus percipitur ex cognitione praeceptorum divinorum in actionibus eorum, qui iis adstricti sunt. Haec est jurisprudentia ipsa *(El-fic'h)*. Haec officia religiosa deinde vel corporis sunt vel cordis. Omnia illa autem peculiariter spectant fidem et ea, quae in rebus divinis profiteri debemus. Haec autem professionis capita in essentia versantur et attributis Dei, in prophetiis, rebus ultimis, in praedestinatione et argumentis, quibus haec dogmata, ratiocinatione interposita, defenduntur. Hanc causam metaphysica *(Ilm-el-kelâm)* tractat. — Jam vero studium Corani et effatorum propheticorum necessario disciplinae linguae arabicae praecedere debent, quia illud his nititur, atque huc spectant lexicologia, grammatica, rhetorica, et quae sunt similia, quae doctrinae traditionales omnes a secta Islamica peculiariter tractatae sunt, quamvis nulla secta doctrinis similibus supersedere nequeat; sunt enim, quatenus legem spectant, omnibus communes. Habet autem *Islâm* id peculiare, quod se ab omnibus sectis segregavit, cum eas aboleverit, et omnes sectarum doctrinae, quae Moslemicam praecesserunt, relictae jaceant, et earum studium vetitum sit, etiamsi, Corano excepto, in libris divinitus patefactis versetur, ut interdictum est jure divino, ne Pentateuchus et Evangelia legantur. Illae autem disciplinae legales tanto et tam assiduo studio in nostra secta sunt tractatae, ut illud augeri non possit, atque perceptiones studiosorum in illis summum fastigium, ultra quod excedi non potuit, attigerunt, terminologiae emendatae et variae partes doctrinarum in ordine dispositae sunt, atque unaquaeque doctrina singulares viros habuit, ad quorum auctoritatem in illa**

يرجع اليهم فيه واوضاع يستفاد منها التعليم واختصّ المشرق من ذلك والمغرب بما هو مشهور فيها

**المنظر الثانى** فى انّ حَمَلَة العلم فى الاسلام اكثرهم العجم وذلك من الغريب الواقع لانّ علمآء الملّة الاسلاميّة فى العلوم الشرعيّة والعقليّة اكثرهم العجم الّا فى القليل النادر وان كان منهم العربىّ فى نسبته فهو اعجمىّ فى لغة والسبب فى ذلك انّ الملّة فى اوّلها لم يكن فيها علم ولا صناعة لمقتضى احوال البداوة وانّما الاحكام الشرعيّة كان الرجال ينقلونها فى صدورهم وقد عرفوا مأخذها من الكتاب والسنّة بما تلقّوه من صاحب الشرع واصحابه والقوم يومئذ عرب لم يعرفوا امر التعليم والتدوين ولا دعتهم اليه حاجة الى آخر عصر التابعين وكانوا يسمّون المختصّين بحمل ذلك ونقله القرّآء فهم قرّآء كتاب الله والسنّة المأثورة التى هى فى غالب موارده تفسير له وشرح فلمّا بَعُد النقل من لدن دولة الرشيد احتيج الى

---

provocari potest, et loquendi formulas, quibus institutio adjuvatur, et Oriens et Occidens, quicquid in illis doctrinis inprimis inclaruit, proprium sibi reddiderunt.

**Prospectus secundus**, in quo gravissima scientiae columina inter Muhammedanos magnam partem Persas fuisse probatur. — Mirum hoc quidem videtur, nec tamen minus est verum. Fuerunt enim utique sectae Islamicae doctores in doctrinis et legalibus et rationalibus, admodum parva et rara earum portione excepta, magna ex parte Persae, et quamquam gente fuerunt Arabes, lingua tamen Persae fuerunt. Neque hoc temere factum. Secta enim prophetae cum originem caperet, omni doctrina et arte caruit, quae necessaria fuit vitae campestris conditio. Viri legis praecepta non nisi in memoria tenebant, eorumque argumentum ex Corano et Sunna cognoscebant, praeterquam quod illa ex ipso legis auctore audiverant. Multitudo autem tum temporis ex Arabibus Nomadibus erat composita, qui neque artem instituendi neque doctrinas literis mandandi callebant, neque, ut supra demonstravimus, ulla necessitate ad ultima tempora, quibus *Tabiun* floruerunt, ad has artes exercendas excitabantur, eosque, quorum munus erat proprium illa praecepta sustinere et propagare, lectores appellabant, lectores dico libri divini et effatorum propheticorum auctoritate probatorum, quae illi in plurimis locis explicationi et commentario sunt. Cum vero a traditionis tempore ad imperium Khalifae Reshid satis longum spatium abiisset, ut commentarios Corani literis mandarent, effataque illa metu ne interirent, calamo contra omnem injuriam munirent necesse fuit. Tum cognitio auctoritatum necessaria fuit, et eorum, qui illa propagarunt,

وضع التفاسير القرانيّة وتقييد الحديث مخافة ضياعه ثمّ احتيج الى معرفة الاسانيد وتعديل الرواة ثمّ كثر استخراج احكام الواقعات من الكتاب والسنّة وفسد مع ذلك اللسان فاحتيج الى وضع القوانين النحويّة وصارت العلوم الشرعيّة كلّها ملكات فى الاستنباط والتنظير والقياس واحتاجت الى علوم اخرى هى وسائل لها كقوانين العربيّة وقوانين الاستنباط والقياس والذبّ عن العقائد بالادلّة فصارت هذه الامور كلّها علوما محتاجة الى التعليم فاندرجت فى جملة الصنائع والعرب ابعد الناس عنها فصارت العلوم لذلك حضريّة والحضر هم العجم او من فى معناهم لانّ اهل الحواضر تبع للعجم فى الحضارة واحوالها من الصنائع والحرف لانّهم اقْوَمُ على ذلك للحضارة الراسخة فيهم منذ دولة الفرس وكان صاحب صناعة النحو سيبويه والفارسىّ والزجّاج كلّهم عجم فى انسابهم اكتسبوا اللسان العربىّ بمخالطة العرب وصيّروه قوانين لمن بعدهم وكذلك حملة الحديث وحفّاظه اكثرهم عجم او مستعجمون باللغة وكان علمآء اصول

---

approbatio. Varia deinde rerum vicissitudo effecit, ut statutorum ex Corano et Sunna eliciendorum copia major fieret, et praeterea lingua corrumperetur. Erant igitur praecepta grammatica perscribenda, legisque doctrinae omnes in promtas et paratas facultates in praeceptis deducendis, in rebus ad omnem eventum dispiciendis et per analogiam constituendis sunt mutatae, eoque minus supersederi potuit aliis doctrinis, utpote quae aditum illarum patefacerent, ut sunt praecepta linguae arabicae et canones statutorum deducendorum et rationum per analogiam concludendarum, nec non articulorum fidei argumentis defendendorum, ita ut hae res omnes doctrinae evaderent, quae institutione opus habebant; quo factum est, ut in numerum artium asciscerentur, a quibus quidem inter omnes homines Arabes scenitae maxime alieni erant. Hinc doctrinis illis non nisi urbes perfugium praebuerunt, qui autem urbes incolebant, Persae erant vel his similes. Populi enim, qui firma loca habitabant, Persas in munitorum domiciliorum habitatione, et in artibus et opificiis, quae et qualia illi habuerunt, exercendis secuti sunt. Persae enim cum a tempore inde, quo ipsorum regnum fundatum est, semper fixa domicilia incolerent, in his artibus potissimum habitarunt. — Qui primi artis grammaticae auctores exstiterunt, *Siboweih*, *Faresi* et *Zejjáj* fuerunt, omnes origine Persae, qui linguam Arabicam in mutuo cum Arabibus commercio addidicerunt, eamque ad artis formulam posteris suis redegerunt. Eodem modo effatorum propheticorum columina et qui ea memoriter complexi sunt, vel maximam partem Persae fuerunt, vel certe persicam linguam pro patria adsciverant. Pariter principiorum jurisprudentiae gnari omnes e gente Persarum fuerunt, quod idem de omnibus

الفقه كلّهم عجمًا وكذا جملة اهل الكلام واكثر المفسّرين ولم يقم بحفظ العلم وتدوينه الّا الاعاجم وامّا العرب الذين ادركوا هذه الحضارة وخرجوا اليها عن البداوة فشغلهم الرياسة فى الدولة العبّاسيّة وما دفعوا اليه من القيام بالملك عن القيام بالعلم مع ما يلحقهم من الانفة عن انتحال العلم لكونه من جملة الصنائع والروسآء يستنكفون عن الصنائع وامّا العلوم العقليّة فلم تظهر فى الملّة الّا بعد ان تميّز جملة العلم ومؤلّفوه واستقرّ العلم كلّه صناعة فاختصّت بالعجم وتركها العرب فلم يحملها الّا المستعربون من العجم

المنظر الثالث فى انّ العلم من جملة الصنائع لكنه اشرفها واعلم انّ الحذاقة والتفنّن فى العلم والاستيلآء عليه انّما هو لحصول ملكة فى الاحاطة بمباديه وقواعده والوقوف على مسائله واستنباط فروعه من اصوله وهذه الملكة هى غير الفهم والملكات كلّها جسمانيّة والجسمانيّة كلّها محسوسة فتفتقر الى التعليم فتكون صناعيًّا ولذلك كان السند فيه معتبرًا

---

metaphysicae gnaris majorique interpretum Corani numero dicendum, neque quisquam praeter Persas doctrinam conservandam scriptoque mandandam curavit. Arabes vero, qui, firmas ejusmodi sedes assecuti, vitam nomadicam cum illis commutarunt, regnantibus Abbasidis, rerum gubernatione occupati erant et administratione imperii, quam forte fortuna nacti erant, ita ut literas negligerent. Ad quod accedit, quod doctrinam affectare fastidiverunt, quia illa artibus accensetur, principes autem artem recusant. — Doctrinae deinde rationales inter sectam Mohammedis tum demum apparuerunt, cum totus ambitus literarum et earum auctores in partes invicem distinctas discesserunt, et omnis doctrina in certam atque stabilem artis formam redacta est. Persae igitur, Arabibus eam negligentibus, illam sibi peculiarem habuerunt, ita ut non nisi ii inter Arabes, qui linguam arabicam adsciverant, eam sustinerent.

Prospectus tertius, in quo doctrinam probatur numero artium accensendam esse, esse tamen earum nobilissimam. — Sollertia in discendo et diversarum disciplinarum cognitio pendet ex promta et expedita facultate, qua quis in comparata elementorum earum principiorumque fundamentalium scientia, theorematum intelligentia, atque in dogmatibus secundariis ex principiis deducendis habitat. Haec facultas autem non est idem quod intellectus. Quas enim facultates appellamus, omnes sunt corporeae, et omnes facultates corporeae sunt sensibus subjectae, ideoque institutionem requirunt. Itaque facultas illa artificiale quid appellanda est. Hanc ob

وجميع ما يسمّونه علمًا او صناعة فهو عبارة عن ملكة نفسانيّة يقتدر بها صاحبها على النظر فى الاحوال العارضة لموضوع ما من جهة ما بحيث يؤدّى الى الغرض فالعلم اذا ما اختصّ بالجنان واللسان والصناعة اذا ما احتاجت الى عمل بالبنان كالخياطة وقد قيل انّ المعلومات الحاصلة لصاحب هذه الملكة لا تخلو امّا ان تحصل على الاستقرآء والتتبّع كالنحو وصنائع الفصاحة والبديع او تحصل عن النظر والاستدلال كعلم الكلام فالاوّل يسمّى الصناعة والثانى العلم لكن الزمخشرىّ قد عكس فى اوّل تفسيره فسمّى المعانى والبيان علمًا وسمّى الكلام صناعة فقال الطيّبىّ والحقّ انّ كلّ علم مارسه الرجل حتى صار له حرفة سمّى ذلك عندهم صنعة واستشهد عليه بما قاله الزمخشرىّ فى قوله تعالى لبئس ما كانوا يصنعون والاولى ان يقال ان اريد العرف الخاصّ فلا ينضبط وان اريد العرف العامّ المتبادر الى الاذهان عند الاطلاق فالحقّ ما قيل اوّلا ان لا يطلق على الاساكفة انّهم علمآء ولا على صنائعهم انّها علوم وان

---

causam auctoritas magni est momenti, et quodcunque scientiam nominant vel artem, eo significatur facultas psychica, qua qui eam habet, perspicere potest omnia, quae cujuscunque rei habita ratione in quodcunque objectum cadere possunt, ita ut haec speculatio ad terminum propositum ducat. Et scientia quidem illa facultas appellatur, quando ad animum et linguam refertur, ars vero, quando, ut ars sartoria, ad operandum digitis opus habet. Deinde vero, ut alii dicunt, cognitiones, quas tali facultate praeditus consecutus sit, non possunt, quin comparentur aut eo, quod singulas res percurrimus et diligenter perlustramus, id quod in grammaticam, atque artem diserte et ornate loquendi cadit, aut meditando et argumentando, quod in metaphysica spectatur. Primum genus artem nominari, alterum vero doctrinam. Attamen *Zamakhshari* in primordio explicationis suae Coranicae notiones has invertit, doctrinam sententiarum et elocutionis rhetoricae scientiam, metaphysicam vero artem appellans. *Tayyibi* vero: Omnium inquit, verissimum est, omnem scientiam, quam vir tractet, ita ut promtam ejus usus facultatem consequatur, ab Arabibus dici artem; ad quod probandum testimonii loco laudat illud, quod Zamakhshari ad verba divina animadvertit: „Veh sane id, quod egerint.“ Jam rectissime sic statüetur: Si sequaris usum loquendi peculiarem, rem non esse certae alicui regulae adstringendam; sin sequaris usum loquendi communem, qui se mentibus ultro offert, si nomina illa nulla restrictione adjuncta usurpes: verum esse id, quod primo loco dictum est, cum, nulla restrictione adhibita, sutores non docti, neque eorum artes nominari possint doctrinae, quanquam primus

كانت افعالهم لا تصدّر الّا عن علم العلمآء وحكمة الحكمآء فالصنائع الحكم التى تفتقر الى تصوّر الجنان وتمرين البنان فان اطلقت الصناعة على ما لا وجود له فى الاعيان فبالمجاز على طريق التشبيه واطلقوا على العالم صانعًا للتشبيه على انّه احكم علمه وتفرّس فيه

**واعلم** انّ تعليم العلم من جملة الصنائع اذ هو صناعة اختلاف الاصطلاحات فيه فلكلّ امام اصطلاح فى التعليم يختصّ به بيان الصنائع الا ترى الى علم الكلام كيف يخالف فى تعليمه اصطلاح المتقدّمين والمتأخّرين فدلّ على انّها صناعات فى التعليم والعلم واحد ولمّا كان التعليم من جملة الصنائع كان العلوم تكثر حيث يكثر العمران ويكون نسبة الصنائع فى الجودة والكثرة بحسب الامصار على نسبة عمرانها فى الكثرة والقلّة والحضارة لانّه امر زائد على المعاش فمتى فضلت اعمال اهل العمران عن معاشهم انصرفت الى ما ورآء المعاش من التصرّف فى خاصيّة الانسان وهى العلوم والصنائع ومن تشوّق

---

operationum eorum fons est scientia scientium et philosophia philosophorum. Itaque artes sunt eae partes philosophiae practicae, quarum formam mens intra se concipere et ad quas efficiendas digiti exerceri debent. Quodsi vocabulum ars de iis adhibetur, quae non in oculos incurrunt, metaphorice per assimilationem eo utuntur, et doctum artificis nomine notant propter assimilationem, quatenus sumitur, eum scientiam suam firmiter tenere et accurate cognovisse.

Institutio autem scientiae in numerum artium est referenda, cum ea ars sit, diversas terminologias technicas cognoscendi et tradendi. Quivis enim Imam in institutione suam terminologiam sequitur, quae in singulis artibus exponendis diversa est. Nonne vides, quam diversis terminis technicis majores et posteriores in metaphysica docenda usi sint? Hac re probatur, illas doctrinas, si spectes methodum institutionis, esse artes plures, doctrinam autem unam. Cum igitur institutio inter artium numerum haberetur, doctrinarum multitudo ibi augebatur, ubi cultus animi et ingenii magis magisque crescebat, et quo major erat terrarum cultus, quod attinet ad numerum incolarum et ad firma eorum domicilia, eo magis in iis florebant et frequentabantur artes, nam cultus res est, quae vitae sustentandae curam excedit; et quando actiones hominum excultorum et expolitorum ultra ea, quae ad vitam sustentandam necessaria sunt, progrediuntur, ad bona mentis ultra victus curam posita, quae hominis propria sunt, omnia in usum convertenda se conferunt, i. e. ad doctrinarum et artium studium. Qui

بفطرته الى العلم ممن نشأ فى القرى فلا يجد فيها التعليم لا بدّ له من الرحلة فى طلبه الى الامصار

**المنظر الرابع** فى انّ الرحلة فى الطلب مفيدة وسبب ذلك انّ البشر يأخذون معارفهم واخلاقهم وما ينتحلونه من المذاهب تارة علمًا وتعليمًا والقآءً وتارة محاكاة وتلقينًا بالمباشرة الّا انّ حصول الملكات عن المباشرة والتلقين اشدّ استحكامًا واقوى رسوخًا فعلى قدر كثرة الشيوخ يكون حصول الملكة ورسوخها والاصطلاحات ايضا فى تعليم العلوم مغلطة على المتعلّم حتّى ظنّ كثير منهم انّها جزء من العلم ولا يدفع عنه ذلك الّا بمباشرته لاختلاف الطرق فيها من المعلّمين فلقآء اهل العلوم وتعدّد المشائخ يفيده تمييز الاصطلاحات بما يراه من اختلاف طرقهم فيها فتجرّد العلم عنها ويعلم انّها انحآء تعليم وتنهض قواه الى الرسوخ والاستحكام فى الملكات فالرحلة لا بدّ منها فى طلب العلم لاكتساب الفوائد والكمال بلقآء المشائخ ومباشرة الرجال

---

autem in pagis educatus doctrinae studio tenetur, ideoque nullam habet se excolendi facultatem, hic ad eam parandam in urbes se recipere cogitur.

**Prospectus quartus**, in quo itinera ad quaerendam scientiam utilia esse demonstratur. — Hujus rei causa inde petenda est, quod homines cognitiones suas moresque et dogmata sectae qualiscunque modo discendo, docendo et sermonis communicatione, modo imitatione et consuetudine aliorum, qua praecepta auribus instillantur, consequuntur, facultates tamen consuetudine et instillatione illa comparatae animo multo firmius infiguntur et altius insident. Quo enim pluribus quis utitur praeceptoribus, eo majorem et firmiorem sibi parat facultatem. Deinde terminologiae, quae in institutione usurpantur, discipulorum animum conturbant, ita ut in opinionem adducantur, eas partem esse doctrinae ipsius, neque ulla alia ratione liberari possunt ab hoc errore, nisi illam secundum varias methodos, quas praeceptores in iis sequuntur, tractant. Usus igitur virorum eruditorum et major praeceptorum numerus eum docet distinguere terminologias, ita ut intelligat, diversas quidem esse methodos, quas in iis praeceptores sequuntur, at bene esse ab iis distinguendam doctrinam, et sciat, eas esse non nisi institutionis methodos, et vires suas excitet, ut firma ac solida facultatum jaciat fundamenta. Itinera igitur ad doctrinam consequendam admodum necessaria sunt, quia utiles notitiae inde capi possunt, studiosique usu doctorum et consuetudine virorum aptorum pleniorem sibi doctrinam parant.

المنظر الخامس فى موانع العلوم وعوائقها وفيه فتوحات فتح واعلم انّه على كلّ خير مانع وعلى العلم موانع منها الوثوق بالمستقبل والوثوق بالذكآء والانتقال من علم الى علم قبل ان يحصل منه قدرًا يعتدّ به او من كتاب الى كتاب قبل ختم ومنها طلب المال والجاه والركون الى اللذّات البهيميّة ومنها ضيق الحال وعدم المعونة على الاشتغال ومنها اقبال الدنيا وتقلّد الاعمال ومنها كثرة التواليف فى العلوم وكثرة الاختصارات فانّها مخلّة عائقة فتح امّا الوثوق بالمستقبل فلا ينبغى للعاقل لانّ كلّ يوم آت بمشاغله فلا يؤخر شغل يوم الى غد فتح وامّا الوثوق بالذكآء فهو من الحماقة وكثير من الاذكيآء فاته العلم بهذا السبب فتح وامّا الانتقال من علم الى علم قبل ان يستحكم الاوّل فهو سبب الحرمان عن الكلّ فلا يجوز وكذا الانتقال من كتاب الى كتاب كذلك فتح وامّا طلب المال والجاه والركون الى اللذّات البهيميّة فالعلم اعزّ ان ينال مع غيره او على سبيل

---

**Prospectus quintus** de obstaculis impedimentisque, quae literarum studio adversantur, in patefactiones divisus. — **Patefactio.** Omne bonum rectumque obstacula subit, et doctrina quoque impedimentis obstricta tenetur. His accensetur fiducia in futuro tempore et fiducia in mentis acumine posita, transitus ex una doctrina in alteram, antequam quis tam plenam illius cognitionem consecutus sit, ut ejus sit ratio habenda, vel de uno libro ad alterum, antequam ille ad finem perlectus sit; deinde lucri cupido aut honorum contentio aut inclinatio ad libidines belluinas, tum rerum familiarium angustiae et inopia praesidiorum ad studia necessariorum, fortuna secunda in rebus terrenis, honorum perfunctio, et denique copia operum de variis disciplinis compositorum atque nimius compendiorum numerus; haec enim studia corrumpunt et impediunt. — **Patefactio.** Fiduciam in futuro tempore reponere non convenit viro intelligenti. Quivis enim crastinus dies plenus est negotiorum, ita ut prudens nullum opus de hodierno die in posterum differat. — **Patefactio.** Acumini mentis confidere stulti est hominis, multique ingeniosi hac de causa eruditione carent. — **Patefactio.** Transitus ex una doctrina in alteram, priusquam in priori firmum fundamentum jactum sit, causa est interclusi ad omnes reliquas aditus. Haec igitur ratio non magis admittenda est, quam consuetudo illa, de uno libro ad alterum transeundi. — **Patefactio.** Lucri deinde cupiditas, honorum contentio et propensio ad libidines belluinas a studiis omnino aliena sint necesse est. Literae enim nimis ingenuae sunt, quam ut una cum aliis rebus comparari possint, aut ita ut

التبعيّة ولذلك ترى كثيرًا من الناس لا ينالون من العلم قدرًا صالحًا يعتدّ به لاشتغالهم عنه بطلب المنصب والمدرسة وهم يطلبونه دائمًا ليلًا ونهارًا سرًّا وجهارًا ولا يفترون وكان ذكرهم وفكرهم تحصيل المال والجاه مع انهماكهم فى اللذّات الفانية وعدم ركونهم الى السعادة الباقية ومناصبهم فى الحقيقة مناصب اجنبيّة لانّها شاغلة عن الشغل والتحصيل على القانون المعتبر من طريقة فتح وامّا ضيق الحال وعدم المعونة على الاشتغال فمن اعظم الموانع واشدّها لانّ صاحبه مهموم مشغول القلب ابدًا فتح وامّا اقبال الدنيا وتقلّد الاعمال فلا شكّ انّه يمنع صاحبه عن التعليم والتعلّم فتح وامّا كثرة المصنّفات فى العلوم واختلاف الاصطلاحات فى التعليم فهى عائقة عن التحصيل لانّه لا يفى عمر الطالب بما كتب فى صناعة واحدة اذا تجرّد لها لانّ ما صنّفوه فى الفقه مثلا من المتون والشروح لو التزم طالب لا يتيسّر له مع انّه يحتاج الى تمييز طرق المتقدّمين والمتأخّرين وهى

---

**appendicis loco habeantur. Hanc ob causam multos homines vides, qui integram doctrinae partem, cui aliquod pretium statui possit, non consecuti sint, cum, illa neglecta, quaerendo munere et professione occupentur. In hoc studium isti continuo incumbunt diem noctemque, clam et publice, neque unquam defatigantur. Sermo cogitatioque eorum versatur tantum circa comparationem divitiarum et dignitatum, eodemque tempore voluptates caducas captant, atque felicitatis aeternae curam assiduam negligunt, nam munera, quibus revera funguntur, sunt munera in rebus alienis versantia, quia eos a negotiis tractandis abstrahunt et a comparatione doctrinae, nisa illa methodo, quae aliqua tandem ratione auctoritatem habeat. — Patefactio. Rerum penuria adjumentorumque ad studia promovenda inopia inter maxima et gravissima literarum impedimenta habenda sunt, cum, qui iis affligitur, semper sollicitudine cordisque angore vexatur. — Patefactio. Porro non dubium est, quin felix rerum in mundo successus et honorum perfunctio eum, qui iis fruitur, a docendo et discendo avertant. — Patefactio. Copia librorum de singulis doctrinis scriptorum atque terminologiarum in methodis institutionis diversitas impediunt, quo minus eae accurate cognoscantur. Vita enim studiosi tractationi eorum, quae de una arte scripta sunt, non sufficit, quanquam ad eam solam se applicat. Nam verbi causa ex tot textibus et commentariis, quos in jurisprudentiam composuerunt, si studiosus eos tractandos susceperit, se expedire non poterit, cum praeterea majorum et posteriorum methodos distingui necesse sit, quae omnes iisdem verbis diverso**

كلّها متكرّرة والمعنى واحد والمتعلّم يطالب والعمر ينقضى فى واحد منها ولو اقتصروا على المسائل المذهبيّة فقط لكان الامر دون ذلك ولكنه دآء لا يرتفع ومثله علم العربيّة ايضا مثل كتاب سيبويه وما كتب عليه وطرق البصريّين والكوفيّين والاندلسيّين وطرق المتأخّرين مثل ابن الحاجب وابن مالك وجميع ما كتب فى ذلك كيف يطالب به المتعلّم وينقضى عمره دونه ولا يطمع احد فى الغاية منه فالظاهر انّ المتعلّم لو قطع عمره فى هذا كلّه فلا يفى له بتحصيل علم العربيّة الذى هو آلة من الآلات ووسيلة فكيف يكون فى المقصود الذى هو الثمرة ولكن الله يهدى من يشاء فتح وامّا كثرة الاختصارات فى العلوم فانّها مخلّة بالتعليم وقد ذهب كثير من المتأخّرين الى اختصار الطرق فى العلوم ويدوّنون منها مختصرًا فى كلّ علم يشتمل على حصر مسائله وادلّتها باختصار فى الالفاظ وحشو القليل منها بالمعانى الكثيرة من ذلك الفنّ فصار ذلك مخلّا بالبلاغة وعسيرًا على الفهم وربّما عمدوا

---

significatu utuntur, quamvis sententia eadem sit, et dum studiosus uni earum operam dat, vita consumitur. Quodsi quis quaestiones tantum variarum sectarum perspicere volet, certe ne hoc quidem assequetur; neque tamen huic morbo curatio adhiberi potest. Idem observandum est de studio linguae Arabicae. Cogita quaeso v. c. librum *Sibowaihi* et quae in eum scripta sunt, deinde scholas Basrensium, Cufensium et Andalusenorum, atque scholas posteriorum, ut *Ibn Hajibi* et *Ibn Maliki*, atque omnia, quae ad eorum libros explanandos composita sunt, quomodo haec studiosus perdiscet? Profecto vita ejus consumetur, priusquam ad finem pervenerit, neque quisquam ad summam harum doctrinarum laudem adspirare poterit. Apparet igitur, si studiosus in tractatione harum rerum omnium vitam in minutas particulas resolveret, tamen ei ad linguae arabicae cognitionem comparandam, quae non nisi una est ex disciplinis subsidiariis, atque adjumentum tantum, non sufficeret; qui tandem poterit consiliorum finem, qui verus fructus est, attingere? Attamen quem vult, Deus dirigit. — Patefactio. Copia denique compendiorum in literis versantium institutioni magno est impedimento. Multi posteriorum methodos in disciplinis tractandis in angustum deducendas esse statuerunt, et de unaquaque doctrina compendium composuerunt, quod summam quaestionum ejus atque harum argumenta continebat, verborum brevitate usi et pauca eorum multis illius doctrinae notionibus refarcientes. At vero haec ratio eloquentiae admodum nocuit, atque intelligentiae difficultatem attulit. Saepe etiam libros copiosos sumserunt, quos, ut facilius memoriae tradi possent, abbreviarent, quod

الى الكتب المطوّلة فاختصروها تقريبًا للحفظ كما فعله ابن الحاجب فى اصوله وابن مالك فى العربيّة وفيه اخلال بالتحصيل لانّ فيه تخليطًا على المبتدئ بالقآء الغايات من العلم عليه وليس له استعداد لقبولها ثمّ فيه شغل بتتبّع الفاظ الاختصار العويصة للفهم لتزاحم المعانى عليها ثمّ انّ الملكة الحاصلة من المختصرات اذا تمّ على سداده فهى ملكة قاصرة عن الملكات التى تحصل من الموضوعات البسيطة لكثرة ما فيها من التكرار والاطالة المفيدين لحصول الملكة التامّة ولمّا قصدوا الى تسهيل الحفظ اركبوهم صعبًا يقطعهم عن تحصيل الملكات النافعة

**المنظر السادس** فى انّ الحفظ غير الملكة العلميّة اعلم انّ من كان عنايته بالحفظ اكثر من عنايته الى تحصيل الملكة لا يحصل على طائل من ملكة التصرّف فى العلم ولذلك ترى من حصّل الحفظ لا يحصل شيئًا من الفنّ وتجد ملكته قاصرة فى علمه ان فاوض او ناظر ومن ظنّ انّه المقصود من الملكة العلميّة فقد اخطأ وانّما المقصود هو ملكة الاستخراج

---

*Ibn Hajib* in libro *Osul* et *Ibn Malik* in compendio linguae arabicae *(Arabiyye)* fecit. Attamen accurata rerum cognitio hac re graviter impeditur, cum horum compendiorum usus obstat, quominus tirones summa fastigia doctrinae consequantur subsidiis ad illa attingenda destituti. Deinde studium multum conferendum est ad investigandas compendiorum dictiones, quae propter cogitationum redundantiam iis inhaerentem intellectu difficiles sunt. Denique facultas illa ex compendiis comparata, quanquam felici successu ad finem perducitur, longe tamen cedit illis facultatibus, quae ex libris partibus suis expletis pariuntur, quia in his multa repetuntur et copiosius tractantur, id quod ad facultatem perfectam consequendam valde commodum est. Quanquam igitur epitomatores memoriam sublevare studuerunt, tamen studiosos summos labores subire coegerunt, quominus illi facultates utiles compararent, impedientes.

**Prospectus sextus**, in quo memoriae usum non idem esse docetur, quod facultatem scientificam. — Sciendum est, qui majorem curam memoriter ediscendo impendit, quam comparandae facultati, eum haud commodam facultatem, doctrinam in usum convertendi, consequi. Hanc ob causam eum, qui memoriter rem complectitur, nihil scientiae, quod gravioris momenti est, sibi comparare vides, facultatemque, quam in doctrina sua consecutus est, imperfectam cognoscis, sive sermones cum aliquo conferat, sive disputet. Qui deinde opinantur, summum finem facultatis scientificae non nisi in memoriter tenendo spectari, valde errant. Ille potius consilii finis in

والاستنباط وسرعة الانتقال من الدوالّ الى المدلولات ومن اللازم الى الملزوم وبالعكس فان انضمّ اليها ملكة الاستحضار فنعم المطلوب وهذا لا يتمّ بمجرد الحفظ بل الحفظ من اسباب الاستحضار وهو راجع الى جودة القوّة الحافظة وضعفها وذلك من احوال الامزجة الخلقيّة وان كان ممّا يقبل العلاج

**المنظر السابع** فى شرائط تحصيل العلم واسبابه وفيه فتوحات ايضا **فتح** واعلم انّ شرائط التحصيل كثيرة لكنها مجتمعة فيما نقل عن سقراط وهو قوله ينبغى للطالب ان يكون شابًّا فارغ القلب غير ملتفت الى الدنيا صحيح المزاج محبًّا للعلم بحيث لا يختار على العلم شيئًا من الاشياء صدوقًا منصفا بالطبع متديّنا امينا عالما بالوظائف الشرعيّة والاعمال الدينيّة غير مخلّ بواجب فيها ويحرم على نفسه ما يحرم على ملّة نبيه ويوافق الجمهور فى الرسوم والعادات ولا يكون فظّا سيّء الخلق ويرحم من دونه فى المرتبة ولا يكون اكولًا ولا متنهّكا ولا خاشعا من الموت ولا جامعًا للمال الّا بقدر الحاجة فانّ الاشتغال

---

facultate cernitur, incognita eliciendi et nova inveniendi, atque promto habitu, ex signis res signatas et ex causis effectus judicandi, et contra. Quodsi facultas accedit, res celeriter cogitatione sibi fingendi, certe singularis is est studii fructus; neque tamen mera ediscendi opera is perfecte comparatur, illa opera potius adjumentum tantum illius facultatis est res animo cogitandi, quae ex majori minorive memoriae vi dependet. Haec autem sita est in affectionibus corpori animoque innatis, neque tamen ita est comparata, ut ei nulla curatio adhiberi possit.

**Prospectus septimus** de conditionibus comparandae doctrinae ejusque causis, pariter in patefactiones divisus. — **Patefactio.** Conditiones, quibus doctrinae comparatio subjecta est, sunt multae, eae tamen omnes verbis continentur Socratis his: „Necesse est, studiosum esse juvenem sollicitudine liberum, non proclivem in hujus vitae bona, sana animi corporisque affectione, scientiae amantem, ita ut nullam omnino rem ei praeferat, veritatis cultorem, natura ad aequitatem pronum, religiosum, fidum, praeceptorum officii atque operum piorum gnarum, nullius officii lege sanciti negligentem. Deinde sibi illicitum ducat, quod sectae prophetae sui jure divino illicitum habetur, opinioni communi se accommodet in ritibus et consuetudinibus, non sit inhumanus aut male moratus, in eosque, qui dignitate inferiores sunt, misericordia utatur, neque sit vorax aut heluo, mortem non metuat, neque pecuniae sit avidus, praeterquam tanti, quantum ei ad vitam sustentandam est necessarium, cum studium in victus subsidiis po-

بطلب اسباب المعيشة مانع من التعلّم انتهى فتح ومن الشروط تزكية الطالب عن الاخلاق الرديّة وهى متقدّمة على غيرها كتقدّم الطهارة فكما انّ الملائكة لا تدخل بيتًا فيه كلب كذلك لا تدخل القلب اذا وجد فيه كلاب باطنيّة وكانت الاوائل يختبرون المتعلّم اوّلا فان وجدوا فيه خلقًا رديًّا منعوه لئلا يصير آلة الفساد وان وجدوه مهذّبًا علّموه ولا يطلقونه قبل الاستكمال خوفًا على فساد دينه ودين غيره فتح ومنها الاخلاص فى مقاساة هذا المسلك وقطع الطمع عن قبول احد فيجب ان ينوى فى تعلّمه ان يعمل بعلمه الله تعالى وان يعلم الجاهل ويوقظ الغافل ويرشد الغوى فانّه قال صلعم من تعلّم العلم لاربع دخل النار ليباهى به العلماء وليمارى به السفهاء ويقبل به وجوه الناس اليه وليأخذ به الاموال فتح ومن الشروط تقليل العوائق حتى الاهل والاولاد والوطن فانّها صارفة وشاغلة ما جعل الله لرجل من قلبين فى جوفه ومتى توزّعت الفكرة قصرت عن درك الحقائق وقد قيل العلم لا يعطيك بعضه حتى تعطيه كلّك فاذا اعطيته كلّك فانت على خطر

---

situm a discendo avocet.“ — Haec ille. — Patefactio. Deinde studiosus se a pravis moribus purificet necesse est. Haec autem purificatio omnes alias purgationes animi antecedere debet, ut purgatio (ceteros sacros ritus) antecedit. Quemadmodum enim angeli nullam domum, ubi canis alitur, intrant, ita quoque non intrant cor, quando ibi canes latentes inveniuntur. Majores ingenium discipuli antea sunt periclitati. In quo si mores pravos animadvertebant, aditu scientiae eum prohibebant, ne causa corruptionis aliorum evaderet, solliciti; at vero si eum deprehendebant incorruptum, ad disciplinam admittebant, neque prius dimittebant, quam plenam cognitionem adeptus esset, verentes, ne ejus pietas simul cum pietate aliorum corrumperetur. — Patefactio. Unice persistere debet in perferenda hac institutionis via, et omnem spem deponere se in cujusquam gratiam insinuandi. Eo potius eniti studiosum opus est in discendo, ut suae Dei cognitioni convenienter agat, ignaros doceat, socordes excitet, errantibus rectam viam demonstret. Dixit enim propheta: Qui ad literarum studium se quatuor de causis applicat, ignem ingreditur, sive earum ope cum doctis praestantia certet, sive cum stultis disputet, sive gratiam principum captet, sive divitias quaerat. — Patefactio. Deinde autem impedimenta, adeoque ea, quae familia, liberi et patria afferre possunt, minuenda sunt, quia studiosum avertunt et distrahunt, neque Deus intimo viri animo cor duplex indidit. Quando autem cogitatio dividitur, veram rerum naturam inquirere nequit. Scientia, ut in proverbio est, tibi partem sui non concedit,

من الوصول الى بعضه فتح ومنها ترك الكسل وأثار السهر فى الليالى ومن جملة اسباب الكسل فيه ذكر الموت والخوف منه لكنه ينبغى ان يكون من جملة اسباب التحصيل اذ لا عمل يحصل به الاستعداد للموت افضل من العلم والعمل به والخوف لا ينبغى ان يتسلّط على الطالب بحيث يشغله عن الاستعداد وقوله صلعم اكثروا ذكرها ذمّ اللذات يدلّ على انّه ينبغى ان يكون ذكره سببا للانقطاع من اللذّات الفانية دون الباقية فتح ومن الشروط العزم والثبات على التعلّم الى آخر العمر كما قيل اطلب من المهد الى اللحد وقال سبحانه وتعالى لحبيبه صلعم وقل ربّ زدنى علمًا وقال وفوق كل ذى علم عليم والحيلة فى صرف الاوقات الى التحصيل انّه اذا ملّ من علم اشتغل بآخر كما قال ابن عبّاس رضى الله تعالى عنه اذا ملّ من الكلام مع المتعلّمين هاتوا دواوين الشعرآء فتح ومنها اختيار معلّم ناصح نقى الحسب كبير السن لا يلابس الدنيا بحيث تشغله عن دينه ويسافر فى

---

donec te totum ei dedidisti, et quando te totum ei dedidisti, tum tantum potest fieri, ut ad ejus partem pervenias. — Patefactio. Porro segnitia relinquenda est, et potius insomnes agendae sunt noctes. Inter principes autem segnitiae causas cogitatio mortis est ejusque metus. At vero illa causis doctrinae comparandae est addenda, quandoquidem nulla occupatio, qua quis se ad mortem praeparare potest, praestantior est literarum studio iisque convenienter agendi. Metus autem minime studiosi animum ita occupare debet, ut eum impediat, quominus ad mortem occumbendam se expediat. Verba quoque prophetae „Recordamini saepissime mortem“ continent vituperationem voluptatum, quae probat, cogitationem mortis causam esse debere, cur, salvis voluptatibus stabilibus, voluptates caducae prorsus sint relinquendae. — Patefactio. Firmo consilio atque constanti animo in studiis usque ad vitae finem exercendis perseverandum est. Quaerite doctrinam (quod proverbii loco dici solet) a cunis inde ad sepulcrum. Deus ipse amato suo (Mohammedi) dixit: „Et dic, Domine mi, auge mihi scientiam“ et „Super omnem praeditum scientia est sciens.“ — Ars vera in tempore ad comparandam doctrinam adhibendo eo continetur, quod, quem unum doctrinae studium taedio affecit, is alio se occupet; quemadmodum *Ibn Abbas* dicere est solitus: „Ubi te ex discipulorum colloquio taedium ceperit, agedum ad poetarum opera confugias.“ — Patefactio. Studiosus praeceptorem probum, famae integrum, aetate provectum eligat, qui se rebus mundanis adeo non immisceat, ut ipsum a religione sua distrahant. Ad ejusmodi praeceptorem quaerendum iter usque ad remo-

طلب الاستاذ الى اقصى البلاد ويقال اوّل ما يذكر من المرء استاذه فان كان جليلا جلّ قدره واذا وجد يلقى اليه زمام امره ويذعن لنصحه اذعان المريض للطبيب ولا يستبدّ بنفسه اتّكالا على ذهنه ولا يتكبّر عليه وعلى العلم ولا يستنكف لانّه قد ورد فى الحديث من لم يتحمّل ذلّ التعلّم ساعة بقى فى ذلّ الجهل ابدًا ومن الآداب احترام المعلّم واجلاله فمن تأذّى منه استاذه يحرم من بركة العلم ولا ينتفع به الّا قليلا وينبغى ان يقدّم حقّ معلّمه على حقّ ابويه وسائر المسلمين ومن توقيره توقير اولاده ومتعلّقاته ومن تعظيم العلم تعظيم الكتب والشركآء فتح ومن الشروط ان يأتى على ما قرأه مستوعبًا لمسائله من مباديه الى نهايته بتفهيم واستثبات بالحجج وان يقصد به الكتب الجيّدة وان لا يعتقد فى علم انّه حصل منه على مقدار لا يمكن الزيادة عليه وذلك طيش يوجب الحرمان فتح ومنها ان لا يدع فنّا من فنون العلم الّا وينظر فيه نظرًا يطّلع به على غايته ومقصده وطريقته

---

**tissimas regiones instituendum est. Primum omnium, ut ajunt, in colloquio hominum quaeritur de ipsorum praeceptore, qui si conspicuus fuit, discipulo quoque auctoritatem conciliat, et quando talem invenit, suarum rerum habenam ejus manui committat, et ejus monitis ita pareat, ut aegrotus medico, neque ullum opus sua intelligentia fretus, solus aggrediatur, neque se super illum et doctrinam efferat, neque institutionem repudiet. Scriptum enim legitur effatum illud prophetae: „Qui non per brevissimum tempus discendi humiliationem perferre vult, in ignorantiae humilitate semper perseverabit.“ Moratum quoque hominem decet, venerari praeceptorem eumque revereri. Ex quo enim praeceptor molestiam trahit, is doctrinae fructu privatur, et ex illa non nisi parum utilitatis capit. Quod deinde praeceptori debetur, sanctius eo est, quod debetur parentibus ceterisque Muslemis. A reverentia praeceptori praestita pendet reverentia, quam ei liberi subditique praestant, ut aestimatio librorum et commilitonum pars est aestimationis scientiae. — Patefactio. Conditio comparationis doctrinae alia postulat, ut studiosus ea, quae legerit, plane exhauriat, ita ut quaestiones in libris ab eo lectis propositas mente complectatur eo, quod eas perspicere et argumentis probare studeat. Deinde bonos studii sui libros quaerat, neque sibi unquam persuadeat, se illud cujuscunque doctrinae fastigium attigisse, ultra quod procedi non possit, quae ingenii levitas tironem frustretur necesse est. — Patefactio. Studiosus nullum genus scientiae reliquum faciat, quin illud ita inquirat, ut ejus finem, propositum et methodum intelligat. Postquam igitur omnes doctrinas vel**

وبعد المطالعة فى الجميع او الاكثر اجمالًا ان مال طبعه الى فنّ عليه ان يقصده ولا يتكلّف غيره فليس كلّ الناس يصلحون للتعلّم ولا كلّ من يصلح لتعلّم العلم يصلح لسائر العلوم بل كلّ ميسّر لما خلق له وان كان ميله الى الفنون على السوآء مع موافقة الاسباب ومساعدة الايّام طلب التبحّر فيها فانّ العلوم كلّها متعاونة مرتبطة بعضها ببعض لكن عليه ان لا يرغب فى الآخر قبل ان يستحكم الاوّل لئلا يصير مذبذبًا فيحرم من الكلّ ولا يكن ممن يميل الى البعض ويعادى الباقى لانّ ذلك جهل عظيم واياه ان يستهين بشىء من العلوم تقليدًا لما سمعه من الجهلة بل يجب عليه ان يأخذ من كلّ حظًّا ويشكر من هداه الى فهمه ولا يكن ممّن يذمّ العلم ويعدوه لجهله مثل ذمّهم المنطق الذى هو اصل كلّ علم وتقويم كلّ ذهن ومثل ذمّهم العلوم الحكميّة على الاطلاق من غير معرفة القدر المذموم والممدوح منها ومثل ذمّ علم النجوم مع انّ بعضًا منه فرض كفاية والبعض مباح ومثل

---

magnam certe earum partem summatim inspexit, si indolem suam ad genus earum proclivem invenerit, ejus studium naviter persequatur necesse est, neque aliis studiis se dedat. Non quivis autem homo ad discendum aptus est, neque cui ad unam doctrinam ingenii inest dexteritas, is ad ceteras quoque habilis est, immo vero ad quod quis est natus, ad id est aptissimus. Si vero ad varia doctrinae genera pari modo a natura sit subornatus, simulque opibus potens, et favore fortunae fruatur, tum se in earum profunditatem immergere audebit; omnes enim doctrinae se invicem adjuvant, unaque alteri se adjungit. Cavendum tamen ei est, ne ad secundam se conferat, antequam primam firmiter teneat, alioquin incertus fluctuabit et omnium aditu prohibebitur. Deinde autem non sit ex eorum numero, qui, cum ad unam alteramve doctrinam inclinant, reliquas infestent, quo nihil est ineptius. Caveat quoque, ne ullam doctrinam parvi aestimet, stultorum nugas pronis auribus accipiens, uniuscujusque potius partem sibi propriam faciat, atque ei se gratum praestet, qui ipsum ad illius intelligentiam duxit. Porro nec is sit, qui doctrinam propter suam ejus ignorationem vituperet et infestet, quemadmodum nonnulli logicam increpant, quippe quae omnis doctrinae fundamentum, atque omnis mentis columen est. Alii pari modo doctrinas philosophicas sine discrimine objurgant, quid in iis vituperandum laudandumque sit ignari. Alii deinde astronomiam improbant, quanquam pars ejus ad praecepta sufficientiae pertinet; altera pars autem non magno in discrimine est ponenda. Alii denique

ذمّ مقالات الصوفية لاشتباهها عندهم والعلم وان كان مذمومًا فى نفسه كما زعموا فلا يخلو تحصيله من فائدة اقلّها ردّ القائلين بها **تنبيه** اعلم انّ النظر والمطالعة فى علوم الفلسفة يحلّ بشرطين احدهما ان لا يكون خالى الذهن عن العقائد الاسلاميّة بل يكون قويًّا فى دينه راسخًا على الشريعة الشريفة والثانى ان لا يتجاوز مسائلهم المخالفة للشريعة وان تجاوز فانّما يطالعها للردّ لا غير هذا لمن ساعده الذهن والسنّ والوقت وسامحه الدهر عمّا يفضيه الى الحرمان والّا فعليه ان يقتصر على الاهمّ وهو قدر ما يحتاج فيما يتقرّب به الى الله تعالى وما لا بدّ منه فى المبدآء والمعاد والمعاملات والعبادات والاخلاق والعادات . **فتح** ومن الشروط المعتبرة فى التحصيل المذاكرة مع الاقران ومناظرتهم لما قيل العلم غرس وماؤه درس لكن طلبًا للثواب واظهارًا للصواب وقيل مطارحة ساعة خير من تكرار شهر ولكن مع منصف سليم القلب وينبغى للطالب ان يكون متأمّلا فى دقائق

---

tractatus theosophicos vituperant, quia ipsis obscuri videntur. Praeterea si, ut opinantur, doctrina per se vituperanda sit, ejus tamen comparatio non omnibus fructibus caret, quorum minimus certe in refutandis iis spectatur, qui eam profitentur. — Corollarium. Tenendum autem est, licitum esse studium doctrinarum philosophicarum atque earum tractationem sub duplici conditione, ut primum studiosus articulos fidei moslemicae non obliviscatur, sed potius firmus sit in religione atque in lege sancta perseveret; deinde ut non ad quaestiones philosophorum transgrediatur, quae legi islamicae adversantur, et si eo prolabitur, eas ob nullam aliam causam legat, nisi ut adversarios refutet. Hoc autem tantum in eos cadit, qui ingenii acumine, aetate atque temporis opportunitate adjuti sunt, et quos fortuna ab iis tuetur, quae eos ad frustrationem fructus perducerent. Alioquin in iis, quae sunt maximi momenti, acquiescat; tantum scilicet solummodo tractet, quantum necessarium est earum rerum, quibus ad Deum propius accedat, et quanto nec in hac nec in altera vita, nec in commerciis, in cultus divini officiis, in moribus et consuetudinibus carere potest. — Patefactio. Ad conditiones parandae doctrinae graviores pertinent porro mutua cum sociis colloquia atque disceptationes. Dicere enim solent: Scientia est planta ejusque aqua studium, eo tamen consilio tantum tractatum, ut remuneratio divina inde quaeratur verumque exploretur; vel, ut in alio proverbio est: Colloquium unius horae melius est quam repetitio per totum mensem, attamen cum viro aequo et mentis integritate conspicuo institutum. Convenit quoque studioso, ut partes subtiliores doctrinarum

العلوم ويعتاد ذلك فانّها تدرك به خصوصًا قبل الكلام فانّه كالسهم فلا بدّ من تقويمه بالتأمّل اوّلا فتح ومنها الجدّ والهمّة فانّ الانسان يطير بهما الى شِواهق الكمالات وان لا يؤخر شغل يوم لغد وانّ لكلّ يوم مشاغل ولا بدّ ان يكون معه محبرة فى كلّ وقت حتى يكتب ما يسمع من الفوائد ويستنبط من الزوائد فانّ العلم صيد والكتابة قيد وينبغى ان يحفظ ما كتبه من العلم اذ العلمِ ما ثبت فى الخواطر لا ما اودع فى الدفاتر بل الغرض منه المراجعة اليها عند النسيان للاعتماد عليها فتح ومن الشروط مراعاة مراتب العلوم فى القرب والبعد من المقصد فلكلّ منها رتبة ترتيبًا ضروريًّا بحسب الرعاية فى التحصيل اذ البعض طريق الى البعض ولكلّ علم حدّ لا يتعدّاه فعليه ان يعرفه فلا يتجاوز ذلك الحدّ مثلا لا يقصد اقامة البراهين فى النحو ولا يطلب وايضا لا يقصر عن حدّه كان يقنع بالجدل فى الهيئة وان يعرف ايضا ان ملاك الامر فى المعانى هو الذوق واقامة

---

perscrutetur earumque studio adsuescat; hac enim scrutatione illae cognoscuntur, praesertim cum sermonem praecedit; hic enim sagittae similis est, quae non nisi prius meditando recte dirigi potest. — Patefactio. Deinde homo non nisi assidua diligentia atque seria cura adjutus ad perfectionum culmina evolat; neque hodierni diei negotium in crastinum differendum est; quemvis enim diem labor suus manet. Deinde vero studiosus nullo tempore atramentarium secum portare omittat, ut et quae audiat sibi utilia, et quae nova eliciat, scripto mandet; scientia enim praeda est et scriptura laqueus. Porro quae scitu digna descripsit, haec eum memoriae tradere oportet; scientia enim in iis spectatur, quae in mente firmiter tenentur, non autem in iis, quae tabulis demandantur. Hae tabulae potius subsidia sunt, ad quae homo obliviosus recurrat, quoniam iis potissimum fides haberi potest. — Patefactio. Porro respiciendi sunt gradus doctrinarum pro ratione majoris vel minoris intervalli, quo a consilio absunt. Suus cuique doctrinae ordo necessarius est, pro cura in ejus comparatione ponenda, quandoquidem una doctrina viam sternit ad alteram. Singulae quoque doctrinae finibus suis inclusae sunt, quos studiosus, cum extra eos ipsi egredi non licet, cognoscere studebit. Quod si hos fines cognoscit, eos non excedet, ita ut v. c. argumenta ad praecepta grammaticalia probanda afferre non studeat vel quaerat, neque ab illis attingendis desistet, veluti ita ut ad astronomiam docendam disceptationem sufficere opinetur. Deinde teneat, caput rei, ex quo tota ars rhetorica pendet, esse sensum recti et venusti; qui autem hunc argumentis docere vult, rem aggredietur nullo modo

البرهان عليه خارج عن الطوق ومن طلب البرهان اتعب نفسه قال السكّاكىّ قبل ان تمنح هذه الفنون حقّها فلننبّهك على اصل ليكون على ذكر منك وهو ان ليس من الواجب فى صناعة وان كان المرجع فى اصولها وتفاريعها الى مجرّد العقل ان يكون الدخيل فيها كالناشىء عليها فى استفادة الذوق منها فكيف اذا كانت الصناعة مستندة الى محكمات وضعيّة واعتبارات الفيّة فلا بأس على الدخيل فى صناعة علم المعانى ان يقلّد صاحبها فى بعض فتاواه ان فاته الذوق هناك الى ان يتكامل له على مهل موجبات ذلك الذوق انتهى فتح ومنها انّ العلوم الآليّة لا يوسع فيها الانظار وذلك انّ العلوم المتداولة على صنفين علوم مقصودة بالذات كالشرعيّات والحكميّات وعلوم هى آلة ووسيلة لهذه العلوم كالعربيّة والمنطق وامّا المقاصد فلا حرج فى توسعة الكلام فيها وتفريع المسائل واستكشاف الادلّة فانّ ذلك يزيد طالبها تمكّنًا فى ملكته وامّا العلوم الآليّة فلا ينبغى ان ينظر فيها الّا من حيث هى آلة

---

efficiendam, cum qui haec argumenta quaerit, labore animum vexat operoso. „Antequam, ait *Sekkâki*, hae doctrinae fructum inde exspectandum tibi praebeant, animum tuum ad quaestionem principalem advertamus, ut semper in eo fixa haereat. Si in arte nihil est, quod absolute necessarium sit, et si in ejus quaestionibus principalibus et derivatis ad meram rationem recurrendum est: tironem in ea esse instar plantae in ejus solo succrescentis, quatenus solus ejus recti et venusti sensus illius cognitionem comparat. Quanto magis hoc verum est, cum ars praeceptis positivis et contemplationibus empiricis nititur? — Qui igitur in tirociniis artis rhetoricae haeret, nullum detrimentum eo capit, quod in nonnullis effatis praeceptorem illius gnarum imitatur, si sensu illo caret, usque dum sensim, quae eum hujus judicii compotem faciunt, perfecte adeptus sit.“ — Haec ille. — Patefactio. Denique autem speculatio doctrinarum subsidiariarum non praeter modum extendenda est. Doctrinae enim tritae in duo genera dividuntur, quorum prius eas complectitur, quae per se quaeruntur, ut doctrinae legales et philosophicae, posterius autem doctrinas, quae ceterarum sunt adjumenta et subsidia, ut doctrina linguae arabicae et logica. Jam vero de illis primariis doctrinis uberrime disserere, earum quaestiones per partes describere, argumentaque clarius aperire, haud est vitio vertendum; studiosi enim facultas hac re plenior perfectiorque redditur. Subsidiarias autem doctrinas tantummodo tractare nobis convenit, quatenus ceterarum sunt instrumenta, neque tamen fuse et copiose sunt tractandae,

للغير ولا يوسّع فيها الكلام لانّ ذلك يخرج بها عن المقصود وصار الاشتغال بها لغوًا مع ما فيه من صعوبة الحصول على ملكتها بطولها وكثرة فروعها وربّما يكون ذلك عائقًا عن تحصيل العلوم المقصودة بالذات لطول وسائلها فيكون الاشتغال بهذه العلوم الآليّة تضييعًا للعمر وشغلا بما لا يعنى وهذا كما فعله المتأخّرون فى النحو والمنطق واصول الفقه لانّهم اوسعوا دائرة الكلام فيها نقلًا واستدلالًا واكثروا من التفاريع والمسائل بما اخرجها عن كونها آلة وصيّروها مقصودة بذاتها فيكون لاجل ذلك لغوًا ومضرًّا بالمتعلّمين لاهتمامهم بالمقصود اكثر من هذه الآلات فاذا افنى العمر فمتى يظفر بالمقاصد فيجب عليه ان لا يستبحر فيها ولا يستكثر من مسائلها

المنظر الثامن فى شروط الافادة ونشر العلم وفيه فتوحات ايضا فتح اعلم انّ الافادة من افضل العبادة فلا بدّ من النيّة ليكون ذلك ابتغآء لمرضاة الله تعالى وارشاد عباده

---

cum prolixitas haec fine illarum proposito excidit, earumque studium labor irritus est. Praeterea propter earum ambitum et disciplinarum adjunctarum copiam plenae cognitionis comparatio redditur difficilis. Saepe quoque earum studium propter quaestionum amplitudinem impedimento est, quo minus ad perfectam doctrinarum principalium cognitionem perveniamus, adeo ut harum doctrinarum auxiliarium tractatio vitam inutiliter consumat atque in rebus inanibus versetur. Hanc quidem rationem recentiores in grammatica, logica et jurisprudentiae principiis secuti sunt; locis enim ex auctoribus afferendis et argumentando modum orationis excesserunt, earumque dogmata secundaria et quaestiones ita auxerunt, ut subsidiariae esse desinerent et in doctrinas principales verterentur. Hinc ratio ista irrita est et discipulis damnum affert, cum illis studium in doctrinis per se quaesitis magis exercendum est, quam in his auxiliaribus. Quando autem vita perdita est, quomodo ad id, quod summum consilium est, pervenietur? Cavendum igitur erit, ne se totos in earum studium immergant, quaestionesque ultra modum augeant.

**P r o s p e c t u s  o c t a v u s** de conditionibus, quibus institutio et propagatio doctrinae subjecta est, pari modo in patefactiones divisus. — **P a t e f a c t i o.** Institutio una praestantissimarum est dei colendi ratio. Haec autem ita comparata esse debet, ut non nisi Deo placere ejusque cultoribus rectam viam demonstrare studeat. Minime vero per eam dignitatis et auctoritatis incrementum quaerendum est, neque ulla merces petenda

ولا يريد بذلك زيادة جاه وحرمة ولا يطلب على افاضته اجرًا اقتداءً بصاحب الشرع عليه الصلوة والسلام ثمّ ينبغى له مراعاة امور منها ان يكون مشفقًا ناصحًا على اصحابه وان ينبّهه على غاية العلوم ويزجره عن الاخلاق الردية ويمنعه ان يتشوّق الى رتبة فوق استحقاقه وان يتصدّى للاشتغال فوق طاقته وان لا يزجر اذا تعلّم للرياسة والمباهاة اذ ربّما يتنبّه بالآخرة لحقائق الامور بل ينبغى ان يرغب فى نوع من العلم يستفاد به الرياسة بالاطماع فيها حتّى يستدرجه الى الحقّ **فتح** اعلم انّ الله جعل الرياسة وحسن الذكر حفظًا للشرع والعلم مثل الحبّ الملقى حول الشبكة وكالشهوة الداعية الى التناسل ولهذا قيل لولا الرياسة لبطل العلم وان يزجر عمّا يجب الزجر عنه بالتعريض لا بالتصريح **فتح** ومنها ان يبدأ بالاهمّ للمتعلّم فى الحال امّا فى معاشه او فى معاده ويعيّن له ما يليق بطبعه من العلوم ويراعى الترتيب الاحسن حسبما يقتضيه رتبتها على قدر الاستعداد فمن بلغ رشده

---

pro ejus communicatione, ad imitationem legis auctoris, cui Deus propitius sit. Deinde praeceptorem nonnulla alia observare decet. Clementia debet esse plenus, et discipulorum suorum monitor sincerus. Excitet animos, ut ad summum doctrinarum finem attendant, eos a pravis moribus prohibeat, impediatque, ne gradum affectent, quo non digni sint, neve studia, quae eorum vires excedunt, aggrediantur; neque tamen eum plane deterreat, qui principatus vel aemulationis causa ad studium se confert, cum facile fieri possit, ut recordatione futurae vitae de vera rerum natura moneatur; immo vero convenit, ut studium ejus ad doctrinae genus convertatur, quo principatum assequatur, ita ut simul cupiditas vitae futurae in eo excitetur, donec eum gradatim ad veritatem promoveat. — **Patefactio.** Deus profecto homini imperii et bonae famae amorem indidit, ut servetur lex et doctrina. Illae enim illecebrae similes sunt grano circa rete jacto, vel libidini, quae ad generis propagationem excitat. Hinc dici solet: Nisi esset principatus, scientia periret. Praeterea si praeceptor discipulum a re, a qua arcendus est, prohibere vult, id dicat implicite, non explicate. — **Patefactio.** Deinde praeceptor discipulum id primum doceat, quod in praesenti ejus maxime interest sive ad hanc vitam sive ad futuram, ideoque ceteris omissis eum unice dirigat ad illas doctrinas, quae ejus indoli maxime conveniunt, et dispositionem respiciat accommodatissimam, utcunque gradus earum, quatenus ad eas est idoneus, postulat. Qui ad maturitatem in doctrina pervenit, ei vera et interior do-

فى العلم ينبغى ان يبثّ اليه حقائق العلوم والّا فحفظ العلم وامساكه عمّن يكون اهلاكه اولى به

فمن منح الجهّال علمًا اضاعه    ومن منع المستوجبين فقد ظلمْ

فانّ بثّ المعارف الى غير اهلها مذموم وفى الحديث لا تطرحوا الدرّ فى افواه الكلاب وكذا ينبغى ان يجتنب باسماع العوامّ كلمات الصوفيّة التى يعجزون عن تطبيقها بالشرع فانّه يؤدّى الى الضلال فيسدّ الشرع عنهم فيفتح عليهم باب الالحاد والزندقة فينبغى ان يرشد الى علم العبادات الظاهرة وان عرض لهم شبهة يعالج بكلام اقناعىّ ولا يفتح عليه باب الحقائق فانّ ذلك فساد النظام وان وجدته ذكيّا ثابتًا على قواعد الشرع جاز له ان يفتح باب المعارف بعد امتحانات متوالية لئلا يتنزّل عن جادة الشرع **تنبيه** اعلم انّه يجب على الطالب ان لا ينكر ما لا يفهم من مقالاتهم الخفيّة واحوالهم الغريبة اذ كلّ ميسّر لما خلق له قال الشيخ فى الاشارات كلّ ما قرع سمعك من الغرائب فذره فى بقعة الامكان ما لم يدرك عنه

---

ctrinarum natura est aperienda, alioquin melius est, doctrinam salvam praestare eamque iis denegare, a quibus, ne perniciem ei afferant, verendum. Hinc poeta:

Quicunque cum stultis doctrinam communicat, eam perdit;
qui aditu ejus dignos prohibet, certe injuste agit.

utique enim improbandum est, cognitiones indignis tradere. Propheta quoque dixit: Margaritas in canum ora ne projicite. — Eodem modo cavere debet, ne effata Theosophorum coram profanis proferat, qui eorum convenientiam cum lege intelligere non possunt; id enim animos eorum in discrimen erroris inducit, ita ut lex illis occludatur et jam porta dogmatum haereticorum et impietatis aperiatur. At potius ad scientiam officiorum cultus divini perspicuorum dirigendus est discipulus; si ei dubium occurrat, removeatur illud oratione, in qua acquiescere possit, non vero ita, ut porta partium scientiae subtiliorum ei aperiatur; haec enim inversio ordinis esset. Si vero eum comperis mente acutum et fundamentis legis firmiter instructum, tum ei portam cognitionum aperiri licet post tentamina continuata serie instituta, ne de via legis recta delabatur. — Excitatio. Studiosus non debet improbare tractatus Theosophorum obscuros aliaque in eorum conditione singularia, quae non intelligit, quia ad quod quis est natus, ad id est aptissimus. Sheikh ille in opere suo *Isharát*: Omnia memorabilia, inquit, quae aurem tuam feriunt, pone in categoria possibilitatis tamdiu, quoad recta argu-

قائم البرهان انتهى وانّما الغرض من تدوين تلك المقالات التذكرة لمن يعرف الاسرار والتنبيه على من لا يعرفها بانّ لها علمًا يجلّ عن الاذهان فهمه حتّى يرغب فى التحصيل كما فى الحديث انّ من العلم كهيئة المكنون لا يعرفه الّا العلماء بالله فاذا نطقوا لا ينكره الّا اهل الغرّة وروى عن ابى هريرة رضى الله عنه قال حفظت من رسول الله صلعم دعائين امّا احدهما فبثثته وامّا الآخر فلو بثثته لقطع هذا الحلقوم وغرضهم عدم امكان التعبير عنه وخوف مقايسة السامعين الاحوال الآلهيّة باحوال الممكنات فيضلّوا او يسوء الظنّ فى قائلها فيقابلون بالانكار فتح ومنها ينبغى ان لا يخالف قوله فعله اذ لو كذب مقاله بحاله ينفر الناس عنه وعن الاسترشاد به واكثر المقلّدين ينظرون الى حال القائل والمحقّق الذى لا ينظر الى القائل فهو نادر فيكون عنايته بتزكية اعماله اكثر منه بتحسين علمه اذ لا بدّ للعالم من الورع فيكون علمه انفع وفوائده اكثر وان يكظم غيظه عند التعليم ولا يخلطه بهزل فيقسو

---

mentatio inventa non fuerit. — Hucusque ille. — Hi tractatus enim non nisi eo consilio componebantur, ut memoriae adminicula essent iis, qui mysteria illa cognoscunt, atque admonitio contra eos, qui illa non agnoscunt: Theosophis esse doctrinam, cui intelligendae animi impares sint, ut ejus acquirendae desiderium excitetur, sicuti in traditione legitur: Sunt in scientia quasi mysteria quaedam, quae non nisi ii cognoscunt, qui rerum divinarum gnari sunt, ut, quando hi de illa scientia verba faciunt, eam non nisi imperiti improbent. *Abu Horeira*, cui Deus faveat, dixisse traditur: Teneo duas precationes memoria, quas a legato divino accepi. Alteram divulgavi, alteram si divulgarem, ea haud dubie guttur praecideret. — Causa, cur Theosophi id fecerunt, erat, quod impedire voluerunt, ne illa doctrina verbis evulgaretur, et quod metuerunt, ne auditores res divinas absolute necessarias ex rebus, quae a voluntate divina pendent, dijudicarent, ita ut in errorem aut malam opinionem de eo, qui de iis disserat, incidant, ideoque ejus operam per improbationem retribuant. — Patefactio. Deinde praeceptoris dicta ejus factis non contraria esse debent, quoniam si sermo ejus vita mendacii argueretur, homines eum fugerent, neque se ab eo dirigi paterentur. Imitatorum grex potissimum observat, quomodo is, qui loquitur, se gerat, atque viri subtiliores, qui loquentis curam non habent, rari sunt. Praeceptor igitur majus studium in actionum suarum integritate ponat, quam in scientiae perfectione. Doctus enim nunquam temperantia carere poterit, ut eruditio ejus utilior reddatur, ejusque institutiones ma-

قلبه ولا يضحك ولا يلعب ولا يبالى اذا لم يقبل قوله ولا بأس بان يمتحن فهم المتعلّم وان لا يجادل فى العلم ولا يمارى فى الحقّ فانّه يفتح باب الضلال وان لا يدخل علمًا فى علم لا فى تعليم ولا فى مناظرة فانّ ذلك مشوّش وكثيرًا ما غلط جالينوس بهذا السبب وان يحثّ الصغار على التعليم سيما الحفظ وان يذكر لهم ما يحتمله فهمهم وان كان الطلّاب مبتدئين لا يلقى عليهم المشكلات وان كانوا منتهيين لا يتكلّم فى الواضحات ولا يجيب متعنّتًا فى سؤاله ولا ما يلقى عليه من الاغلوطات وان ينظر فى حال الطالب ان كان له زيادة فهم بحيث يقدر على حلّ المشكلات وكشف المعضلات يهتمّ بتعليمه اشدّ الاهتمام والّا فيعلّمه بقدر ما يعرف الفرائض والسنن ثمّ يأمره باشتغال الاكتساب ونوافل الطاعات لكن يصبر فى امتحان ذهنه مقدار ثلاث سنين وان سئل عن ما يشكّ فيه يقول لا ادرى فانّ لا ادرى نصف العلم

---

**jorem ferant fructum. Reprimat in docendo iram suam, neque institutioni suae jocum immisceat, potius animum alat serium neque in risum effundatur, nunquam ludat, neque sollicitus sit, quando ipsius verba in animos vim non habent, neque improbandum est, si intellectum discentis tentat. Non disceptet de scientia neque de veritate subtiliore disputet, alioquin enim portam erroris aperiret. Alias doctrinas non immisceat aliis, neque in docendo neque in disceptando, nam ita omnia conturbantur, et saepe Galenus hac de causa erravit. Excitet porro parvos ad discendum, et inprimis ad ediscendum, proferatque coram iis non nisi ea, quae eorum intellectus capere possit. Si studiosi adhuc tirones sunt, nolit eos rebus obscuris vexare, si autem jam perfectiores sunt, coram iis verba non faciat de rebus per se perspicuis, neque ei respondeat, qui se importunum gerit in quaestionibus et in rebus futilibus, quas ipsi proponit. Deinde convenit, ut in conditionem studiosi inquirat; si satis habet intelligentiae, ut quaestiones obscuras solvere et implicata explicare possit, summam in ejus institutione curam ponat, si non, eum doceat tantum, quantum sufficit ad praecepta divina atque effata prophetica cognoscenda. Deinde vero eum jubeat studere bonis operibus, quae ad felicitatem aeternam stricte sunt necessaria et iis, quae supererogatoria sunt. Attamen per trium annorum spatium in experienda ejus mente patientiam adhibeat, et si de re, quam ipse in dubium vocat, interrogatur, dicat: Nescio; nam dicere „nescio“ est dimidia scientiae pars.**

المنظر التاسع فيما ينبغى ان يكون عليه اهل العلم قال الفقيه ابو الليث يراد من العلمآء عشرة اشيآء الخشية والنصيحة والشفقة والاحتمال والصبر والحلم والتواضع والعفّة عن اموال الناس والدوام على النظر فى الكتب وقلّة الحجاب وان لا ينازع احدًا ولا يخاصمه وعليه ان يشتغل بمصالح نفسه لا بقهر عدوّه قيل من اراد ان يرغم انف عدوّه فليحصل العلم وان لا يترفّه فى المطعم والملبس وان لا يتجمّل فى الاثاث والمسكن بل يؤثر الاقتصاد فى جميع الامور ويتشبّه بالسلف الصالح وكلّما ازداد الى جانب القلّة ميله ازداد قربه من الله سبحانه وتعالى لان الزين بالمباح وان لم يكن حراما لكن الخوض فيه يوجب الانس به حتّى يشقّ تركه فالحزم اجتناب ذلك لانّ من خاض فى الدنيا لا يسلم منها البتّة مع انّها مزرعة الآخرة ففيها الخير النافع والسلم الناقع ففى تمييز الاوّل من الثانى احوال منها معرفة رتبة المال فنعم المال الصالح منه للصالح اذا جعله خادمًا لا مخدومًا وهو مطلوب لتقوية البدن بالمطاعم والملابس والتقوية لكسب العلوم والمعارف التى هى المقصد الاقصى

---

Prospectus nonus de virtutibus, quibus docti praediti esse debent. — *Abu-l-laith* Jurisconsultus dixit: Decem virtutes a doctis requiruntur, timor Dei, rectum animi consilium, clementia, tolerantia, patientia, mansuetudo, humilitas, abstinentia a hominum bonis, assiduum librorum studium, facilis aditus, ne sit litigiosus neve contentionis cupidus, operam ponat in iis, quae ad commoda sua spectant, non vero in vincendo adversario. Dici solet: „Qui nasum inimici sui in arenam deprimere cupit, is scientiam sibi comparare studeat"; non sit delicatus in cibo et vestitu, neque nimiam elegantiam in utensilibus et domicilio quaerat, sed in omnibus rebus mediocritatem teneat, majorumque sincerorum similem se praestet. Quo magis ad tenuitatem inclinabit, eo propius ad Deum accedet; ornatus enim inter res est in medio positas, et quamvis hic jure divino non illicitus sit, tamen, qui se in eum immergit, necessario ei adsuescit, ut ei renuntiare molestum sit. Prudentis igitur est ab illo abstinere; qui enim in mundum se immergit, ab eo prorsus integer esse non potest, quamvis hic ager sit vitae futurae; in hoc igitur opera bona et utilia et salus frugifera comparanda sunt. — Ut vero usus divitiarum ab abusu distinguatur, plura quae huc pertinent, consideranda sunt. — Primum enim vis et virtus divitiarum cognoscenda est. Quam utiles sunt divitiae, scilicet bene acquisitae iis, qui eas bene acquisiverunt, quando viri docti famulae sunt, non dominae! Quaerendae sunt, ut confirment corpus cibo et vestitu; haec autem confirmatio inservit comparandis doctrinis et

ومنها مراعاة جهة الدخل فمن قدر على كسب الحلال الطيّب فليترك المشتبه وان لم يقدر يأخذ منه قدر الحاجة وان قدر عليه لكن بالتعب واستغراق الوقت فعلى العامل العامىّ ان يختار التعب وان كان من الاهل فان كان ما فاته من العلم والحال اكثر من الثواب الحاصل فى طلب الحلال فله ان يختار الحلال الغير الطيّب كمن غصّ بلقمة يسيغها بالخمر لكن يخفيه من الجاهل مهما امكن كئلا يحرّك سلسلة الضلال ومنها المقدار المأخوذ منه وهو قدر الحاجة فى المسكن والمطعم والملبس والمنكح ان جاوز من الادنى لا يجوز التجاوز عن الوسط ومنها الخرج والانفاق فالمحمود منه الصدقة المفروضة والانفاق على العيال وقد اختلف هل الاخذ والانفاق على الوجه المشروع اولى او تركه رأسا مع الاتّفاق على ان الاقبال على الدنيا بالكلّيّة مذموم فالمقبلون على الآخرة والصارفون للدنيا فى محلّه فهم الافضلون من التارك بالكلّيّة ومنهم عامّة الانبياء ومنها ان تكون نيّته

---

cognitionibus, qui summus est consiliorum finis. Deinde rationem ducat redituum, ut, quicunque „ex licito et bono“ victum quaerere potest, is caveat, ne ex dubio illum quaerat. Quodsi id cavere non potest, ex hoc quaestu tantum, quantum ei necessarium est, sumat. Sin autem licitum et bonum quaestum facere potest, attamen non sine molestia, et totius temporis consumtione, operatoris mediocris est, ut molestiam praeferat. Sin porro unus est ex virtute et scientia praecellentibus, si opes internae et externae, quas amitteret, majores sunt praemio divino, quod reportaret, si lucrum licitum et bonum quaereret, is eligat licitum non bonum, similis ei, qui quum frusto in gutture haerente angitur, illud vino per gulam dimittit, attamen ita, ut id ignarum celet, quantum fieri potest, ne inde catena errorum moveatur. Tum observetur modus sumtus, cui opibus suis satisfacit. Hic enim ad tantum circumcidendus est, quantum ad domicilium, cibum, vestitum et matrimonium necessarium est. Etsi nimis parce non faciendus est, attamen non licet ultra mediocritatem progredi. Porro expensa respicienda sunt et erogationes, inter quae eleemosynae divinitus praescriptae et impensae pro familiis factae laudabiles sunt. Abierunt autem in diversas opiniones, utrum melius sit via legitima pecuniam quaerere et erogare, an hoc et illud prorsus omittere. Consenserunt tamen, eum, qui omnes cogitationes in mundum convertat, vituperandum esse, qui autem cogitatione alterius vitae delectentur atque loco opportuno pro hoc mundo pecuniam erogent, praeferendos esse iis, qui omnino illud omittant; et hanc quidem rationem plerique prophetarum secuti sunt. — Denique

صالحة فى الأخذ والانفاق فينوى بالاخذ ان يستعين به على العبادة ويأكل ليتقوّى به على العبادة

**المنظر العاشر** فى التعلّم وفيه فتوحات ايضا **فتح** اعلم انّ تكميل النفوس البشريّة فى قواها النظريّة والعمليّة انّما يتمّ بالعلم بحقائق الاشياء وما هو اليه كالوسيلة وبه يكون القصد الى الفضائل والاجتناب من الرذائل اذ كان هو الوسيلة الى السعادة الابديّة ولا شىء اشنع واقبح من الانسان مع ما فضّله الله سبحانه وتعالى به من النطق وقبول تعلّم الآداب والعلوم ان يهمل نفسه ويعريها من الفضائل وقد حثّ الشارع عليه الصلوة والسلام على اكتسابه حيث قال طلب العلم فريضة وقال اطلبوا العلم ولو بالصين **فتح** واعلم انّ الانسان مطبوع على التعلّم لانّ فكره هو سبب امتيازه عن سائر الحيوانات ولمّا كان فكره راغبًا بالطبع فى تحصيل ما ليس عنده من الادراكات لزمه الرجوع الى من سبقه بعلم فيلقن ما عنده ثمّ انّ فكره يتوجّه الى واحد من الحقائق وينظر ما يعرض لذاته

---

intentio viri docti in accipienda et eroganda pecunia sincera sit, ita ut in accipienda illa non nisi instrumentum pietatis quaerat et cibum sumat, ut eo ad cultum divinum corroboretur.

**Prospectus decimus** de discendo, pariter in patefactiones divisus. — **Patefactio.** Perfectio animarum hominum in eorum viribus theoreticis et practicis sola scientia verae rerum naturae atque eorum, quae ad eam cognoscendam tanquam auxiliaria sunt, absolvitur. Hujus scientiae ope actiones honestas suscipimus et pravas evitamus; munit enim illa viam ad felicitatem aeternam, neque quidquam magis detestandum turpiusque est homine, qui quamvis Deus Excelsus illum eo prae ceteris ornaverit, quod vocem articulatam, facultatem humaniora discendi atque doctrinas comparandi, ei tribuerit, animam suam negligit eamque honestate exuit. Excitavit sane legis auctor, quem Deus servet, ad quaerendam scientiam verbis: „Scientiam quaerere praeceptum est a Deo impositum“ et „Quaerite scientiam vel in Sinensium terra“. — **Patefactio.** Homo a natura ad discendum natus est; cogitandi enim facultas, qua gaudet, causa est, ob quam a ceteris animalibus differt. Ubi autem vis ejus cogitandi impetu naturae ad perceptiones comparandas, quibus ipse caret, fertur, ad illum recurrere cogitur, qui hac vel illa doctrina eum praevertit, ita ut, quae ille sciat, celeriter mente concipiat. Tum cogitatio ejus se ad unam rerum verarum convertit atque contemplatur, quae ad essentiam illius rei alia post alia per

واحد بعد واحد ويتمرّن عليه حتى يصير الحاذق العوارض بتلك الحقيقة ملكة له فيكون علمه حينئذ بما يعرض لتلك الحقيقة علمًا مخصوصًا ويتشوّق نفوس اهل القرن الناشى الى تحصيله فيغرمون الى اهله فتح وكلّ تعليم وتعلّم ذهنىّ انّما يكون بعلم سابق فى معلوم ما من عالم لمن ليس بعالم وقد يكون بالطبع مستفادًا من وقائع الزمان بتردّد الاذهان ويسمّى علمًا تجريبيًّا وقد يكون بالبحث واعمال الفكر ويسمّى علمًا قياسيًّا والعلم محصور فى التصوّر والتصديق والتصوّر يطلب بالاقوال الشارحة والتصديق يكون عن مقدّمات فى صور القياسات للنتائج فقد يحصل به اليقين وقد لا يحصل الّا اقناع وقدّموا فى التعليم ما هو اقرب تناولًا ليكون سلّمًا لغيره وجرت سنّة القدمآء فى التعليم مشافهة دون كتاب لئلا يصل علم الى غير مستحقّه ولكثرة المشتغلين بها فلمّا ضعفت الهمم أخذوا فى تدوين العلوم وصنّفوا ببعضها فاستعملوا الرمز واقتصروا من الدلالات على الالتزام فمن عرف مقاصدهم

---

accidens accedunt, eiqui adsuescit, ita ut facultatem acquirat, praedicata accidentalia ad illam veram essentiam referendi; tum enim scientia ejus de illis praedicatis accidentalibus, quae ad illam essentiam accedunt, propriam scientiam efformat, et animi hominum saeculi succrescentis desiderium hanc scientiam sibi comparandi alunt, ita ut eorum, qui eam possident, amore incendantur. — Patefactio. Omne docendi et discendi genus tanquam actio intellectualis non nisi praecedente scientia nititur, quae ad quodcunque objectum relata e sciente ad nescientem transit. Interdum vero illa comparatur naturâ ex eventis hujus temporis, ita ut mens saepius ad eandem rem se referat, et haec scientia empirica appellatur. Interdum scrutando et operationibus mentis acquiritur, et dicitur scientia rationalis, et scientia sola imaginatione et persuasione doctrinali continetur; illa quaeritur dictis docentibus, haec acquiritur, dum progredimur a praemissis, quae formam syllogismi habent, per conclusiones, ita ut interdum certissima cognitio inde comparetur, interdum autem non nisi idonea persuasio. Praemittunt autem in docendo ea, quae cognitu faciliora sunt, ut sint tanquam scala ad alia. Majores in institutione coram colloqui solebant, nullo adhibito libro, tum ne scientia ad profanos propagaretur, tum propter multitudinem eorum, qui ea occupati erant. Cum vero animi debilitarentur, doctrinas scripto tradere coeperunt, et de nonnullis earum libros composuerunt, sermone obscuriore utentes, et in brevi adumbratione argumentorum necessaria acquiescentes, ita ut, qui, quod vellent, cogno-

حصل على اغراضهم فتح واعلم انّ جميع المعلومات انّما تعرف بالدلالة عليها باحد الامور الثلاثة الاشارة واللفظ والخطّ والاشارة تتوقّف على المشاهدة واللفظ يتوقّف على حضور المخاطب وسماعه وامّا الخطّ فلا يتوقّف على شيء فهو اعمّها نفعًا واشرفها وهو خاصّة النوع الانسانيّ فعلى المتعلّم ان يجوّده ولو بنوع منه ولا شكّ انّه بالخطّ والقرأة ظهرت خاصّة النوع الانسانيّ من القوّة الى الفعل وامتاز عن سائر الحيوانات وضبطت الاموال وحفظت العلوم والكمال وانتقلت الاخبار من زمان الى زمان فجبلت غرائز القوابل على قبول الكتابة والقرأة لكن السعى لتحصيل الملكة وهو موقوف على الأخذ والتعلّم والتمرّن والتدرّب

فتح واعلم انّ العلم والنظر وجودهما بالقوّة فى الانسان فيفيد صاحبها عقلا لانّ النفس الناطقة وخروجها من القوّة الى الفعل انّما هو بتجدّد العلوم والادراكات من المحسوسات اوّلا ثمّ ما يكتسب بالقوّة النظريّة الى ان يصير ادراكًا بالفعل وعقلا محضًا فيكون ذاتًا روحانيّةً ويستكمل حينئذ وجودها فثبت انّ كلّ نوع من العلوم والنظر يفيد عقلا مزيدًا وكذا

---

scebant, eorum consilia intelligerent. — **Patefactio.** Objecta scientiae omnia non nisi eo cognoscuntur, quod per unam harum trium rerum indicantur, per monstrationem, orationem, scripturam. Monstratio nititur praesentia ejus, cui res monstranda est, oratio praesentia loquentis ejusque auditorum; scriptura nulla conditione adstricta est et inter omnes illas res utilitate communi fertilissima et nobilissima, et praeterea humano tantum generi propria est. Discentis igitur est eam et vel unum tantum ejus genus egregie callere. Neque dubium est, quin in scribendo et legendo propria humani generis virtus, quae ex facultate potentiali ad actum realem producta fuerit, appareat, illud inter cetera animalia hac facultate praecelluerit, opes administratae, doctrinae et perfectio ab animo profecta servatae et historiae ab uno saeculo ad alterum propagatae sint. Vires igitur mentibus humanis capacibus innatae ad consequendam artem scribendi et legendi conformatae sunt; attamen studium accedat necesse est ad facultatis illius comparationem; haec autem comparatio accipiendo, discendo, assidua tractatione et usu nititur. — **Patefactio.** Scientia et speculatio potentialiter in homine existunt, adeo ut ei, qui iis praeditus est, intellectum suppeditent. Anima enim rationalis ejusque transitus ex vi potentiali ad actum realem non nisi in repetitione notitiarum et perceptionum ex rebus sensibus subjectis haustarum primo constat; deinde accedunt ea, quae vi speculativa acquiruntur usque eo, quoad in perceptionem per actum et merum intellectum convertantur, ita ut in essentiam spiritualem abeant, atque tunc ejus existentia ad perfectionem perducitur. Certum igitur est, animam rationalem

الملكات الصناعيّة تفيد عقلا والكتابة من بين الصنائع اكثر افادة لذلك لانّها تشتمل على علوم وانظار اذ فيها انتقال من صور الحروف الخطّيّة الى الكلمات اللفظيّة ومنها الى المعانى فهو ينتقل من دليل الى دليل ويتعوّد النفس ذلك دائمًا فيحصل لها ملكة الانتقال من الدلالة الى المدلول وهو معنى النظر العقلىّ الذى يكتسب به العلوم المجهولة فيحصل بذلك زيادة عقل ومزيد فطنة وهذا هو ثمرة التعلّم فى الدنيا **فتح** ثمّ انّ المقصود من العلم والتعليم والتعلّم معرفة الله تعالى وهى غاية الغايات ورأس انواع السعادات ويعبّر عنها بعلم اليقين الذى يخصّه الصوفيّة اولوا الكرامات وهو الكمال المطلوب من العلم الثابت بالادلّة واياك ايّها المتعلّم ان يكون شغلك من العلم ان تجعله صفة غلبت على قلبك حتى قضيت نحبك بتكراره عند النزع كما يحكى انّ ابا طاهر الزيادى كان يكرّر مسئلة ضمان الدرك حالة نزعه بل ينبغى لك ان تتخذه سبيلا الى النجاة

---

quovis doctrinarum et speculationis genere in intellectum cultiorem altioremque efformari. Eodem modo facultates, quae ad artes pertinent, intellectum quendam efficiunt. Scriptura autem inter omnes artes utilissima est ad intellectum augendum, quoniam doctrinas et speculationes complectitur, quatenus ea transitum parat a scriptis literarum formis ad notiones verbis expressas, et ab his ad sententias. Hac ratione de uno argumento ad alterum procedunt, et ita anima magis magisque huic operationi adsuescit, ita ut perfectam sibi de signo ad rem signatam transeundi facultatem comparet, atque hac in re constat speculatio intellectualis, qua doctrinae antea incognitae parantur. Inde igitur intellectus crescit et vis intelligentiae augetur, atque hic est fructus, quem e discendo in hoc mundo percipere studemus. — Patefactio. Denique observandum est, summum finem scientiae, institutionis et discendi esse cognitionem Dei Excelsi. Hic est omnium consiliorum finis et cujusvis felicitatis summa, et illa cognitio appellatur scientia absoluti, quae Theosophis propria est peculiaribus gratiae divinae donis instructis. Haec est perfectio per doctrinam argumentis stabilitam comparata. Attendas igitur, o studiose, si te ad literarum studium confers, ut tua scientia qualitas evadat, quae tuum totum cor occupaverit, ita ut moribundus te finem ejus perpetua repetitione assecutum esse profiteri possis, ut *Abu Tahir Zeyâdi* animam agens quaestionem de redemtione poenae repetiisse traditur; immo vero tuum est, ut per scientiam viam tibi munias ad salutem.

**ذكر احراق الكتب واعدامها** ومن اجلّ ذلك نقل عن بعض المشائخ انّهم احرقوا كتبهم منهم العارف بالله احمد بن ابى الحوارى فانّه كما ذكره ابو نعيم فى الحلية انّه لما فرغ من التعلّم جلس للناس فخطر بقلبه يومًا خاطر من قبل الحقّ فحمل كتبه الى شطّ الفرات فجلس يبكى ساعة ثمّ قال نعم الدليل كنت لى على ربّى ولكن لمّا ظفرت بالمدلول الاشتغال بالدليل محال فغسل كتبه وذكر ابن الملقن فى ترجمته من طبقات الاولياء ما نصّه وقد روى نحو هذا عن سفيان الثورىّ انّه اوصى بدفن كتبه وكان ندم على اشياء كتبها عن الضعفاء وقال ابن عساكر فى الكنى من التاريخ انّ ابا عمرو بن العلاء كان اعلم الناس بالقران والعربيّة وكانت دفاتره ملاء بيت الى السقف ثمّ تنسّك واحرقها فائدة ذكرها البقاعىّ فى حاشيته على شرح الالفيّة لزين الدين العراقىّ وهى انّه قال سألت شيخنا يعنى ابن حجر العسقلانىّ عمّا فعل داود الطائى وامثاله من اعدام كتبهم ما سببه

---

**Observantur quaedam de combustione et deletione librorum.**

Ex exemplis maxime insignibus ejus rei illud est, quod narratur, nonnullos doctores libros suos combussisse. In eorum numero fuit *Ahmed Ben Abi Howara* theologus perfectus, qui, ut *Abu Na'im* in opere suo *Hil'yat* narrat, cum studiis suis finem imposuisset, hominibus consessus instituit. Aliquando ejus cor meditatio subiit divinitus injecta, qua ductus, libris suis ad ripam Euphratis portatis, ibi per breve tempus lacrimabundus consedit, et: „Optimos, inquit, vos duces habui ad Dominum meum. Attamen postquam ad eum perueni, ad quem me duxistis, amplius vestra directione uti absurdum est.“ Tum libros suos in aquam demersit. — *Ibn Molcan* in ejus vita, quam libro suo *Tabakát-el-ewliá* (Classes sanctorum) intexuit, disertis verbis dicit haec. Simile quid traditum est de *Sof'yan Thauri*ta, qui testamento suo sancivit, ut libri sui defoderentur. Poenituerunt enim eum nonnulla, quae a scriptoribus sublestae fidei mutuatus erat. — *Ibn Asákir* in parte historiae suae illa, quam inscripsit „Cognomina“ narrat haec: *Abu Amru Ben-el-alá* hominum doctissimus fuit in doctrinis Corani et linguae arabicae, ipsiusque domus usque ad tectum codicibus repleta. Tum se totum ad cultum Dei convertit illosque combussit. — In notis illis, quas *Becái* margini commentarii grammaticae *Elfiya*, quem *Zein-ed-din Iraki* composüerat, adscripsit, hoc observatum legimus. Quaesivi, inquit, ex doctore nostro *Ibn Hajr Ascalani*, quaenam causa esset, quae *Davud Tayi*tam aliosque ei similes ad deletionem suorum librorum adduxerit. Statuebant, respondit, non licere cuiquam scripta posteritati tradere, neque facultate tradendi data, neque eo, quod quis

فقال لم يكونوا يرون انّه يجوز لاحد روايتها لا بالاجازة ولا بالوجادة بل يرون انّه اذا رواها احد بالوجادة يضعف فرأوا انّ مفسدة اتلافها اخفّ من مفسدة تضعّف بسببهم انتهى اقول وجوابه بالنظر الى فنّ الحديث لا يقع جوابًا عن اعدام ابن ابى الحوارى وامثاله وهو لانّ الاوّل بسبب ضعف الاسناد والثانى بسبب الزهد والتبتّل الى الله تعالى ولعلّ الجواب عن اعدامهم انّه ان اخرجه عن ملكه بالهبة والبيع ونحوه لا تنحسم مادّة العلاقة القلبيّة بالكلّيّة ولا يأمن من ان يخطر بباله الرجوع اليه ويختلج فى صدره النظر والمطالعة فى وقت ما وذلك مشغلة بما سوى الله سبحانه وتعالى

**تذنيب فى طريق النظر والتصفية** واعلم انّ السعادة الابديّة لا تتمّ الّا بالعلم والعمل ولا يعتدّ بواحد منها بدون الآخر وانّ كلّا منهما ثمرة الآخر مثلا اذا تمهّر الرجل فى العلم لا مندوحة له عن العمل بموجبه اذ لو قصّر فيه لم يكن فى علمه كمال

---

dicat, effata se prophetica manu hujus illiusve scripta invenisse; immo potius credebant, quando quis ea, hoc testimonio allato, tradat, eum non fide dignum haberi. Hac de causa censuerunt, damnum, quod ex scriptorum deletione nascatur, facilius ferendum esse quam damnum, quod opinio afferat, hunc vel illum eorum causa non testem locupletem esse. — Haec ille. — At vero, ut equidem opinor, respondit doctor tantummodo ratione habita doctrinae effatorum propheticorum, neque patrocinatur librorum deletionem *Ibn Abi Howara* aliorumque. Illi ob infirmitatem auctoritatum, hi propter devotionem asceticam et rerum externarum despicientiam summumque Dei Excelsi amorem scriptis interitum pararunt. Fortasse ratio deletionis librorum, quae in quaestionem venit, haec est, quod, si quis libros donatione et venditione vel alia ratione missos facit, materies amoris animo inhaerentis non omnino resecatur, neque tutus ille est, quin ipsi ad libros recurrendi desiderium in mentem veniat, et studium atque legendi cupiditas cordi se tempore qualicunque insinuet. Haec autem occupatio plane aliena est a cultu Dei Excelsi.

**Appendix de via contemplationis et purgationis intellectualis.** — Felicitas aeterna non perfecta fit nisi scientia et actione, neque alteri sine altera ullum potest statui pretium. Utraque fructus est alterius utrius. Quando v. c. vir scientiam perfectam sibi acquisivit, non potest non quin id efficiat, quod illa scientia imperat, cum si in actione negligentem se praeberet, scientia ejus non perfecta esset. Quando

واذا باشر الرجل العمل وجاهد فيه وارتاض جسما بيّنوه من الشرائط تنصبّ على قلبه العلوم النظريّة بكمالها فهاتان طريقتان الاولى منهما طريقة الاستدلال والثانية طريقة المشاهدة وقد ينتهى كلّ من الطريقتين الى الاخرى فيكون صاحبه مجمعًا للبحرين فسالك طريق الحقّ نوعان احدهما يبتدئ من طريق العلم الى العرفان وهو يشبه ان يكون طريقة الخليل عليه الصلوة والسلام حيث ابتدأ من الاستدلال والثانى يبتدىء من الغيب ثمّ ينكشف له عالم الشهادة وهو طريق الحبيب حيث ابتدأ بشرح الصدر وكشف له سبحات وجهه

**مناظرة اهل الطريقين** اعلم انّ السالكين اختلفوا فى تفضيل الطريقين قال ارباب النظر الافضل طريق النظر لانّ طريق التصفية صعب والواصل قليل على انّه قد يفسد المزاج ويختلط العقل فى اثنآء المجاهدة وقال اهل التصفية العلوم الحاصلة بالنظر لا تصفوا عن شوب الوهم ومخالطة الخيال غالبًا ولهذا كثيرًا ما يقيسون الغائب على الشاهد فيضلّون وايضا لا يتخلّصون فى المناظرة عن اتباع الهوى بخلاف التصوّف فانّه تصفية للروح وتطهير

---

porro vir opus tractat eique summam vim impendit seque exercet secundum regulas, quas auctores de hac re proposuerunt, infunduntur ejus cordi doctrinae speculativae totae; et hae sunt illae duae viae, quarum prior via ratiocinationis, posterior via intuitus dicitur. Harum viarum utraque ad alteram utram pervenit, ita ut, qui iis ambulat, confluxus duorum marium sit. Qui viam veritatis ingrediuntur, duplicem rationem sequuntur. Altera a via scientiae ad cognitionem sublimiorem progreditur; et probabile est, hanc fuisse viam Abrahami, amici Dei (*Khalîl*), quatenus per argumentationem incepit. Altera a mundo incognito incipit, deinde ei mundus visibilis manifestatur. Haec est via Mohammedis, amati Dei *(Hebîb)*, quandoquidem incepit a pectoris apertione, et tum ipsi majestas divina faciem suam manifestabat.

C e r t a m e n e o r u m, q u i h a s d u a s v i a s i n g r e d i u n t u r. — Qui has duas vias insistunt, in variam abeunt opinionem, utra praeferenda sit. Qui speculationi se dederunt, statuunt viam speculationis esse praeferendam, quoniam via purgationis difficilis sit, et qui metam attingant, pauci sint, cum res ita sit, ut temperamentum in ea corrumpatur, intellectusque media in contentione perturbetur. — Contra qui purgationi student, contendunt: Doctrinae speculatione comparatae non carent mixtione erroris et plerumque confusione imaginationis. Hac de causa invisibilia saepissime ex eo, quod intueri possunt, aestimant, ita ut in errorem incidant, et non possunt quin in disceptatione cupiditates sequantur, quod Theosophiae plane contrarium est,

للقلب عن الوهم والخيال فلا يبقى الّا الانتظار لفيض من العلوم الالهيّة وامّا صعوبة المسلك وبعده فلا يقدح فى صحّة العلم مع انّه يسير على من يسّره الله تعالى وامّا اختلال المزاج فان وقع فيقبل العلاج ومثّلوا بطائفتين تنازعتا فى المباهاة والافتخار بصنعة النقش والتصوير حتى ادّى الافتخار الى الاختبار فعيّن لكلّ منهما جدار بينهما حجاب فتكلّف احديهما فى صنعتهم واشتغل الاخرى بالتصقيل فلمّا ارتفع الحجاب ظهر تلألوء الجدار مع جميع نقوش المقابل وقالوا هذه امثال العلوم النظريّة والكشفيّة فالاوّل يحصل من طريق الحواسّ بالكدّ والعنا والثانى يحصل من اللوح المحفوظ والملآء الاعلى واعترض عليهم بانّا لا نسلّم مطلق الحصول لانّ كلّ علم مسائل كثيرة وحصولها عبارة عن الملكة الراسخة فيه وهى لا تتمّ الّا بالتعلّم والتدرّب كما سبق ولعلّ المكاشف لا يدّعى حصول العلوم النظريّة بطريق الكشف لانّه لا يُصدّق الّا ان يقول بحصول الغاية والغرض منها **المحاكمة** بين الفريقين وقد يقال انّه قد سبق انّ العلوم

---

quae spiritum purgat, atque cor a falsis opinionibus et imaginatione immune praestat, ita ut nihil restet, nisi incursionis doctrinarum divinarum exspectatio. Quod deinde difficultatem viae attinet, ejusque longinquitatem, haec minime scientiae integritatem minuit, cum praeterea ei facilis sit, cui Deus eam facilem reddit. Damnum autem, quod ex Theosophia temperamentum isti capere statuunt, si utique inciderit, curari potest. Exempli loco ponunt duas partes, quae sculpendo et pingendo de praecellentia et gloria certant, usque dum aemulatio eos ad periculum deduxit. Unicuique parti igitur assignabatur murus, ita ut aulaeo ab invicem separarentur. Altera pars operam contulit summam in artificium suum, altera poliendo occupata fuit. Aulaeo sublato nitor muri politi una cum omnibus sculpturis muri oppositi apparuit. Has dixerunt esse imagines doctrinarum speculativarum et intuitivarum. Priores acquiruntur via sensuum studio et labore, posteriores ex tabula fati et mundo superiore. Opponi tamen iis potest, possessionem absolutam doctrinarum nobis non concedi; quaevis enim doctrina e multis propositionibus constat, earumque possessio significat facultatem, qua scientia animo firmiter insidet, et quae, ut antea demonstratum est, non nisi discendo et exercendo absolvitur. Et fortasse qui intuitivam viam ingreditur, non gloriatur se possidere doctrinas speculativas per viam intuitus, neque enim fides ei haberetur, sed tantummodo profitetur, se summam et finem illarum doctrinarum possidere.

**Duarum partium dijudicatio.** Dicitur etiam (ut supra jam est demonstratum), doctrinas, licet numerus earum admodum magnus sit, ad tria genera referri,

مع كثرتها منحصرة فيما يتعلّق بالاعيان وهو العلوم الحقيقيّة وتسمّى حكميّة ان جرى الباحث على مقتضى عقله وشرعيّة ان بحث على قانون الاسلام وفيما يتعلّق بالاذهان والعبارة وهى العلوم الآليّة المعنويّة كالمنطق ونحوه وفيما يتعلّق بالعبارة والكتابة وهى العلوم الآليّة اللفظيّة او الخطّيّة وتسمّى العربيّة ثمّ انّ ما عدا الاوّل من الاقسام الاربعة لا سبيل الى تحصيلها الّا الكسب بالنظر امّا الاوّل فقد يحصل بالتصفية ايضا ثمّ انّ الناس منهم الشيوخ البالغون الى عشر الستين فاللائق بشانهم طريق التصفية والانتظار لما منحه الله تعالى من المعارف اذ الوقت لا يساعد فى حقّهم تقديم طريق النظر ومنهم الشبان الاغبياء فحكمهم حكم الشيوخ ومنهم الشبان الاذكياء المستعدّون لفهم الحقائق فلا يخلو امّا ان لا يرشدهم ماهر فى العلوم النظريّة فعليهم ما على الشيوخ وامّا ان يساعدهم التقدير فى وجود عالم ماهر مع انّه اعزّ من الكبريت الاحمر فعليه تقديم طريقة النظر ثمّ الاقبال بشراشره الى قرع باب الملكوت ليكون فائزا بنعمة باقية لا تفنى ابدا

---

quorum primum substantias spectat, atque hae sunt doctrinae reales, et philosophicae appellantur, si quis in scrutando rationem suam ducem sequitur — legales, si in scrutando regulam Islami sequitur. Secundum spectat judicia et elocutionem. Hae sunt doctrinae instrumentales ad sententias pertinentes, ut logica et aliae; tertium spectat elocutionem et scripturam, atque hae sunt doctrinae instrumentales ad verba aut ad scripturam pertinentes, atque arabicae dicuntur. Quae autem praeter doctrinas philosophicas recensentur, nulla alia ratione acquiri possunt, nisi speculationis usu, et primum genus etiam animi purgatione parari potest. — De hominibus autem eos, qui jam senes ad sextam aetatis decadem pervenerunt, oportet illam viam ingredi, qua animi purificantur et patienter sublimiores illae doctrinae a Deo largiendae exspectantur, cum per aetatem non facile possint viam speculationis prius ingredi. Juvenum socordium eadem ratio est quae senum. Quod autem attinet ad juvenes ingeniosos, qui ad intelligendas veras rerum naturas dispositi sunt, non fieri non potest quin aut eos non ducat vir in doctrinis speculativis versatus, et tum iis idem quod senibus faciendum est, aut voluntas divina iis impertiatur virum egregie doctum, quanquam hic sulphure rubro rarior est, et tum eos decet viam speculationis prius insistere, postea autem vasis collectis proficisci ad fores mundi substantiarum intellectualium pulsandas, felicitate gavisuros aeterna nunquam peritura.

# الباب الخامس

## فى لواحق المقدّمة من الفوائد

## وفيه مطالب

### مطلب

### لزوم العلوم العربيّة

واعلم انّ مباحث العلوم انّما هى فى المعانى الذهنيّة والخياليّة من بين العلوم الشرعيّة التى اكثرها مباحث الالفاظ وموادّها وبين العلوم العقليّة وهى فى الذهن واللغات انّما هى ترجمان عمّا فى الضمائر من المعانى ولا بدّ فى اقتناصها من الفاظها بمعرفة دلالتها اللفظيّة والخطّيّة عليها واذا كانت الملكة فى الدلالة راسخة بحيث يتبادر المعانى الى الذهن من الالفاظ زال الحجاب بين المعانى والفهم ولم يبق الّا معاناة ما فى المعانى من المباحث هذا شان المعانى مع الالفاظ والخطّ بالنسبة الى كلّ لغة ثم انّ الملّة الاسلاميّة لمّا اتّسع ملكها

---

# CAPUT QUINTUM

## NOTITIAS QUASDAM AD PRAEFATIONEM ADJUNGENDAS CONTINENS.

### IN LOCOS DIVISUM EST, UBI DE DIVERSIS REBUS QUAERITUR.

**Locus, ubi de studii doctrinarum linguae arabicae necessitate quaeritur.** — Disquisitiones doctrinarum non referuntur nisi ad sententias intellectus et imaginationis partim in doctrinis legalibus, quarum maxima pars constat in verbis eorumque materia (argumentis), partim in doctrinis rationalibus; hae autem spectant ad intellectum, et linguae non nisi interpretes sunt earum sententiarum, quae in mentibus sunt, atque in sententiis eliciendis nemo carere potest verbis illas significantibus simul cum cognitione notionis, qua verba et prolata et scripta illas exprimunt. Et quando facultas res ita expressas intelligendi menti firmiter inhaeret, ita ut sententiae ex verbis ultro menti offerantur, velum inter sententias et intelligentiam earum obtensum removetur, neque aliud quidquam restat nisi studium disquisitionibus sententiarum impendendum. Haec est ratio sententiarum una cum verbis et scriptura,

ودرست علوم الاوّلين بنبوّتها وكتابها صيّروا علومهم الشرعيّة صناعة بعد ان كانت نقلا فحدثت فيها الملكات وتشوّقوا الى علوم الامم فنقلوها بالترجمة الى علومهم وبقيت تلك الدفاتر التى بلغتهم الاعجميّة نسيًا منسيًا واصبحت العلوم كلّها بلغة العرب واحتاج القائمون بالعلوم الى معرفة الدلالات اللفظيّة والخطّيّة فى لسانهم دون ما سواه من الالسن لدروسها وذهاب العناية بها وقد ثبت انّ اللغة ملكة فى اللسان والخطّ صناعة ملكتها فى اليد فاذا تقدّمت فى اللسان ملكة العجمة صار مقصّرا فى اللغة العربيّة لانّ الملكة اذا تقدّمت فى صناعة قلّ ان يجيّد صاحبها ملكة فى صناعة اخرى الّا ان يكون ملكة العجمة السابقة لم تستحكم كما فى اصاغر ابناء العجم وكذا شان من سبق له تعلّم الخطّ الاعجمىّ قبل العربىّ ولذلك ترى بعض علماء الاعجام فى دروسهم يعدلون عن نقل المعنى من الكتب الى قرأتها ظاهرًا يخففون بذلك عن انفسهم مؤنة بعض الحجب وصاحب الملكة فى العبارة والخطّ مستغن عن ذلك

---

quae in unaquaque lingua spectatur. Deinde vero, imperio religionis Islamicae longius prolato, cum doctrinae majorum prophetia Arabum et Corano deletae essent, doctrinas suas legales in formam artis redegerunt, postquam antea non nisi traditione propagatae sunt. Tum viri exstiterunt facultatibus magnis in iis praediti, et desiderio doctrinarum ceterorum populorum incensi, eas interpretatione in suas doctrinas transtulerunt. Codices hi linguis exteris scripti plane oblivioni traditi sunt, et doctrinae omnes lingua arabica indutae prodierunt. Doctrinarum igitur cultoribus opus fuit cognitione rationis, qua verba et prolata et scripta in lingua ipsorum sententias exprimunt, omissis ceteris linguis, quia obliteratae jam erant et studium earum evanuerat. Constat igitur, elocutionem esse facultatem linguae atque scripturam artem, cujus facultas manui propria est. Et quando in lingua facultas linguae exterae praecessit, in sermone arabico parum proficit, cum, quando facultas in arte praecessit, admodum raro is, qui illam habet, in altera facultatem idoneam sibi comparat, nisi forte facultas linguae exterae, quae praecessit, animo non firmiter insederit, ut accidit in parvulis exterorum pueris. Eadem ratio est illius, qui scripturam exteram ante arabicam didicit. Hac de causa vides tantum abesse, ut nonnulli docti inter exteros in studiis suis sententias ex libris eruant, ut satis habeant hos strictim legisse, sibi ipsis hac ratione laborem superandae obscuritatis alicujus minuentes, dum qui dictionis et scripturae perfectam facultatem sibi comparavit, his artibus supersedere potest.

**مطلب علوم اللسان العربى** اعلم ان اركانها اربعة وهى اللغة والنحو والبيان والادب ومعرفتها ضروريّة على اهل الشريعة لما سبق من ان مأخذ الاحكام الشرعيّة عربىّ فلا بدّ من معرفة العلوم المتعلّقة به ويتفاوت فى التأكيد بتفاوت مراتبها فى التوفية بمقصود الكلام والظاهر انّ الاهمّ هو النحو اذ به يتبيّن اصول المقاصد بالدلالة ولولاه لجهل اصل الافادة وكان من حقّ علم اللغة التقديم لولا انّ اكثر الاوضاع باقية فى موضوعتها لم يتغيّر بخلاف الاعراب فانّه يغيّر بالجملة ولم يبق له اثر فلذلك كان علم النحو اهمّ اذ فى جهله الاخلال بالتفاهم جملة وليس اللغة كذلك

**مطلب الادبيّات** واعلم انّ المقصود من علم الادب عند اهل اللسان ثمرته وهى الاجادة فى فنى المنظوم والمنثور على اساليب العرب فيجمعون لذلك من حفظ كلام العرب ما عساه يحصل به الملكة من الشعر والسجع ومسائل من اللغة والنحو مع ذكر بعض من

---

L o c u s ,  u b i  d e  d o c t r i n i s  l i n g u a e  a r a b i c a e  q u a e r i t u r. — Harum fundamenta sunt quatuor, lexicologia, grammatica, rhetorica et humaniora, quorum cognitio legum studiosis ob id necessaria est, quod supra dictum est, fontem statutorum legalium esse arabicum. Cognitione igitur doctrinarum, quae ad linguam arabicam spectant, carere nemo potest. Eo major autem est necessitas eas discendi, quo majus habent momentum ad assequendum finem orationis. Apertum autem est, grammaticam esse maximi momenti, quandoquidem ea primi fines orationis ad sensum fundendum conformatae declarantur, atque sine illa elementa significationis ignorarentur. Lexicologiam quidem praemittere conveniret, nisi maxima pars radicum formam suam primitivam servasset neque flexionem admisisset, quod secus est in ea parte grammaticae, quae de flexionibus tractat; nam flexio in universum mutationes affert, ita ut formae primitivae nullum vestigium restet. Hac de causa scientia grammaticae majoris momenti est, cum qui eam ignorant, in universum impediuntur, quo minus se invicem intelligant. Hoc de lexicologia dici non potest.

L o c u s  u b i  q u a e r i t u r  d e  h u m a n i o r i b u s. — Id quod studio humaniorum assequendum est, ex judicio eorum, qui linguae operam dant, est fructus hujus linguae, qui in eo positus est, quod quis duo genera orationis, et metricam et pedestrem, ex legibus Arabismi perfecte intelligit. Hac de causa colligunt ex ore eorum, qui dicta Arabum memoriter tenent, ea, quibus probabiliter facultas acquiri possit, veluti

أيّام العرب والمهمّ من الانساب والاخبار العامّة والمقصود بذلك ان لا يخفى على الناظر فيه شىء من كلام العرب واساليبهم ومناحى بلاغتهم اذا تصفّحه ثم انّهم اذا حدّوا هذا الفنّ قالوا هو حفظ اشعار العرب واخبارها والأخذ من كلّ علم بطرف يريدون من علوم اللسان او العلوم الشرعيّة اذ لا يدخل لغير ذلك من العلوم فى كلامهم الّا ما ذهبت اليه المتأخّرون عند كلفهم بصناعة البديع والاصطلاحات العلميّة فاحتاج حينئذ الى معرفتها

**مطلب انّه لا يتّفق الاجادة فى فنّ النظم والنثر الّا للاقلّ** والسبب فيه انّه ملكة فى اللسان فاذا سبقت الى محلّه ملكة اخرى قصرت عن تمام تلك الملكة اللاحقة لانّ قبول الملكات وحصولها على الفطرة الاولى اسهل واذا تقدّمتها ملكات اخرى كانت منازعة لها فوقعت المنافاة وتعذّر التمام فى الملكة وهذا موجود فى الملكات الصناعيّة كلّها على الاطلاق

---

**carmina, prosam rhythmicam, quaestiones de lexicologia et grammatica, quibuscum una commemorant partem proeliorum Arabum, et genealogias et historias universales memoratu maxime dignas. Hac re id assequi voluerunt, ne quid ex dictis Arabum, ex variis orationis generibus et ex iis, quae eorum eloquentia proposita erant, studiosum hos libros vel obiter inspicientem fugeret. Itaque hoc scientiae genus ita definiverunt, constare eo, quod quis carmina Arabum memoriter teneat atque eorum historiam, et quod partes luculentissimas desumat ex omni doctrina i. e. ex doctrinis philologicis aut legalibus, quoniam in dictis eorum aliarum doctrinarum praeter illas mentio non invenitur, praeterquam quod posteriores nova adjecerunt cupide artem troporum rhetoricorum et terminologias adhibentes. Atque ab eo inde tempore horum cognitio necessaria est.**

**L o c u s u b i q u a e r i t u r d e e o , q u o d q u i s u t r i u s q u e g e n e r i s o r a t i o n i s e t l i g a t a e e t s o l u t a e e x a e q u o p e r i t u s e s s e n o n p o t e s t , n i s i p e r p a u c o s e x c i p i a s . — Causa hujus rei in eo quaerenda est, quod illa peritia facultas est in lingua. Quodsi ejus locum jam facultas alia occupavit, illa accedens facultas ad summam perfectionem perduci non potest, nam indoles primitiva aptior est ad facultates facile recipiendas et retinendas et quando aliae facultates alias praecedunt, his illae reluctantur, unde existit contentio se invicem excludendi et summa perfectionis in una earum difficultas. Hoc cadit in omnes facultates technicas sine discrimine.**

**مطلب تعيين العلم الذى هو فرض عين على كلّ مكلّف** اعنى الذى يتضمّنه قوله عليه الصلوة والسلام طلب العلم فريضة على كلّ مسلم ومسلمة واعلم انّ للعلمآء اختلافًا عظيمًا فى تعيين ذلك العلم قال المفسّرون والمحدّثون هو الكتاب والسنّة وقال الفقهآء هو العلم بالحلال والحرام وقال المتكلّمون هو العلم الذى يدرك به التوحيد الذى هو اساس الشريعة وقال الصوفيّة هو علم القلب ومعرفة الخواطر لانّ النيّة التى هى شرط الاعمال لا تصحّ الّا بها وقال اهل الحقّ هو علم المكاشفة والاقرب الى التحقيق انّه العلم الذى يشتمل عليه قوله عليه الصلاة والسلام بُنى الاسلام على خمس الحديث لانه الفرض على عامّة المسلمين وهو اختيار الشيخ ابى طالب المكّىّ وزاد عليه بعضهم انّ وجوب المبانى الخمسة انّما هو بقدر الحاجة مثلا من بلغ ضحوة النهار يجب عليه ان يعرف الله سبحانه وتعالى بصفاته استدلالًا وان يتعلّم كلمتى الشهادة مع فهم معناهما وان عاش الى وقت الظهر يجب ان يتعلّم

---

**Locus ubi quaeritur de determinanda scientia illa, quam unusquisque homo religiosae legi obnoxius per hanc legem necessario discere debet.** — Loquor de illa scientia, de qua est dictum illud prophetae: „Quaerere scientiam est officium uniuscujusque Mohammedani et Mohammedanae.“ Scias, in significanda illa scientia doctos abire in varias sententias. Corani atque Sunnae interpretes contendunt esse Coranum et Sunnam. Jurisconsulti volunt indicari scientiam liciti et illiciti. Theologi scholastici illam esse scientiam statuunt, qua ad professionem unitatis Dei pervenitur, quae fundamentum legis est. Theosophi censent esse scientiam cordis atque cogitationum cognitionem, quia intentio, quae conditio bonitatis actionum est, perfecta esse non potest nisi per illam. Summi Theosophi autem dicunt esse scientiam intuitus Dei. Attamen omnium maxime verisimile est, esse illam scientiam, quam propheta ipse verbis expresserit: „Fundamentum Islamismi sunt quinque res“ et quae sunt reliqua. Has enim ut observent, omnibus Islamitis injunctum est. Haec quidem opinio est *Sheikh Abu Talib* Meccani, cui nonnulli adjecerunt, vim obligatoriam studii horum quinque fundamentorum pendere non nisi ex necessitatis gradu. Qui v. c. usque ad horam pomeridianam *Dhahwat* vivit, eum oportet cognoscere Deum ejusque attributa ipso rationis usu, atque verba duarum confessionum scire, ita ut earum sensum intelligat. Si vivit usque ad meridiei tempus, leges purgationis et precationis sciat necesse est. Si vivit usque ad mensem Ramadhan,

احكام الطهارة والصلوة وان عش الى رمضان يجب ان يتعلّم احكام الصوم وان ملك مالًا يجب ان يتعلّم كيفيّة الزكوة وان حصل له استطاعة للحجّ يجب ان يتعلّم احكام الحجّ ومناسكه هذه هى المذاهب المشهورة فى هذا الباب ذكرها التاتارخانية

**مطلب اسمآء العلوم** اعلم انّ المشهور عند الجمهور انّ حقيقة اسمآء العلوم المدوّنة المسائل المخصوصة او التصديق بها او الملكة الحاصلة من ادراكها مرّة بعد اخرى التى يقتدر بها على استحضارها متى شآء او استحصالها مجهولة وقال السيّد فى حاشية شرح المواقف انّ اسم كلّ علم موضوع بازآء مفهوم اجمالىّ شامل له انتهى ثمّ انّه قد يطلق اسمآء العلوم على المسائل والمبادى جميعًا لكنه قد يشير كلام بعضهم الى انّ ذلك الاطلاق حقيقة والراجح انّه على سبيل التجوّز والتغليب والّا لربّما يلزم الاختلاط بين العلمين اذ بعض المبادى لعلم يجوز ان يكون مسئلة من علم آخر فلا يتمايزان وممّا يجب التنبيه عليه

---

jejunii praecepta discat, et si bona possidet, rationem stipis sacrae observare debet. Si denique peregrinationis Meccanae facultas ei conceditur, peregrinationis statuta atque ceremonias in ea observandas tenere eum oportet. Hae sunt sententiae maxime divulgatae de hac materia, quas liber commemorat inscriptus „*Tatarkhaniye.*“

Locus ubi quaeritur de nominibus doctrinarum. — Opinio vulgo recepta est haec: Nomina doctrinarum, quae revera scripto mandari possunt, proprie triplici notione usurpantur. Significant enim dogmata unicuique doctrinae propria, vel eorum probationem et demonstrationem, vel facultatem eo comparatam, quod haec dogmata paulatim mente comprehenduntur, qua mentis facultate nobis illa, quocunque tempore volumus, repraesentare, aut aliis eorum ignaris comparare et explicare possumus. *Seyyid Sherif* in notis suis margini commentarii in librum *Mewákif* adscriptis haec habet: Nomen cujusvis doctrinae aliquid extrinsecus positi est, quod rei intrinsecus et collective cogitatae respondet et hanc complectitur. — Deinde nomina doctrinarum interdum de dogmatibus et principiis in universum usurpantur, et nonnulli adeo monent, hanc usurpationem veram esse significationem; at vero melius est, eam metaphoricam et usu loquendi obtrusam habere. Alioquin enim saepe notiones duarum doctrinarum necessario confunderentur, cum principium aliquod hujus doctrinae dogma illius alterius esse posset, qua re discrimen inter eas tolleretur. Deinde mo-

انّهم اختلفوا فى انّ اسمآء العلوم من اىّ قبيل من الاسمآء اختار السيد الشريف انّها اعلام الاجناس فانّ اسم كلّ علم كلّىّ يتناول افراد متعدّدة اذ القائم به زيد غير القائم به عمرو شخصًا وقال ركن الدين الحوافى انّها اعلام شخصيّة نظرًا الى انّ اختلاف الاعراض باختلاف المحالّ فى حكم العدم وقال العلّامة الحفيد المنقول عن المركّب الاضافىّ لا يتعارف كونه اسم جنس وكثير من اسمآء العلوم مركّبات اضافيّة وخطر ببالى انّه يجوز ان يجعل وضع اسمآء العلوم من قبيل وضع المضمرات باعتبار خصوص الموضوع وعموم الوضع ولا اعتبار على هذا التوجيه الّا انّه لم يتعارف استعمالها فى المخصوصيّات

**مطلب عدم تعيّن الموضوع فى بعض العلوم** ينبغى ان يعلم انّ لزوم الموضوع والمبادى والمسائل على الوجه المقرّر سابقًا انّما هو فى الصناعات النظريّة البرهانيّة وامّا فى غيرها فقد يظهر كما فى الفقه واصوله وقد لا يظهر الّا بتكلّف كما فى بعض الادبيّات

---

nendum est, doctos etiamnunc dissentire de quaestione, ad quod genus nominum nomina doctrinarum pertineant. *Seyyid Sherif* statuit, esse ea nomina propria generica, nomen enim doctrinae cujusvis esse universale quid, quod plura individua comprehendat, cum doctrina, ut eam Zeid adumbrat, tanquam individuum cogitata aliud quid sit, atque ea, ut Amru eam adumbrat. *Rokn-ed-dín Hewáfi* contra contendit, illa esse nomina propria individualia, id spectans, quod variae qualitates rei accidentales, quae ex illius existentia in locis variis pendeant, pro nihilo putandae sint. Doctissimus *Hefíd* credit, usum loquendi obstare, quo minus verbum a composito per annexionem derivatum nomen genericum sit, multa vero doctrinarum nomina esse ejusmodi composita. Mihi ipsi in mentem venit, naturam nominum doctrinarum homogeneam haberi posse naturae pronominum, ratione habita objecti per se positi et naturae universalis, in qua rei expositione non nisi hoc respiciendum est, quod usus loquendi impediat, quo minus nomina doctrinarum de individualibus usurpentur.

**Locus ubi quaeritur de eo, quod objectum in nonnullis doctrinis non est determinatum.** — Sciendum hoc est: Necessitas objecti, principiorum et dogmatum secundum modum supra demonstratum locum non habet nisi in artibus speculativo-demonstrativis, in aliis autem modo extrinsecus apparet necessitas illa, ut in jurisprudentia ejusque principiis, modo non apparet, nisi doctrinae vim adhibeas, ut in nonnullis

ان ربّما تكون الصناعة عبارة عن عدّة اوضاع واصطلاحات وتنبيهات متعلّقة بامر واحد بغير ان يكون هناك اثبات اعراض ذاتيّة لموضوع واحد بادلّة مبنية على مقدّمات هذه الفائدة جليلة ذكرها العلّامة التفتازانيّ في شرح المقاصد ينتفع بها في مواضع منها جواز ان يحال تصوير المبادى التصوّريّة في علمه على علم آخر ومنها جعل اللغة والتفسير والحديث وامثالها علوما الى غير ذلك

**الخاتمة** واعلم انّ الغرض من وضع هذا الكتاب انّ الانسان لمّا كان محتاجًا الى تكميل نفسه البشريّة والتكميل لا يتمّ الّا بالعلم بحقائق الاشيآء وبالعلم بكتاب الله وسنّة رسوله صلعم وجب تعلّم تلك العلوم وما هو كالوسيلة اليها ولزمه اوّلا العلم بانواع العلوم ليتبيّن منها هذا الغرض ثمّ العلم باصناف الكتب في نفسها ومرتبتها ليكون على بصيرة من امره ويقايس بين العلوم والكتب فيعلم افضلها واوثقها ويعلم حال العالم وحال من يدّعى

---

doctrinis philologicis, quoniam nomen artis saepe significat multitudinem propositionum positivarum, terminologiarum, observationum, quae ex una re pendent, ita tamen, ut illic accidentia essentialia non praedicentur de objecto uno per argumentationes praemissis superstructas. Haec notitia est pretiosa, eamque doctissimus *Teftazáni* in commentario suo ad opus *Mecásid* commemorat, ex qua multis locis fructum capere possis, veluti in eo, quum demonstrandum est, licere principia imaginaria unius doctrinae ad alteram transferre, et in eo, quod e lexicologia, exegesi coranica, re traditionaria aliisque doctrinas proprias formas, et quae sunt reliqua.

**Conclusio.** — Scias, id quod auctor in libro hoc componendo spectavit, hoc fuisse. Cum homini necesse sit suam animam perfectiorem reddere, perfectio autem absolvi non possit nisi per doctrinam de vera rerum natura et per doctrinam libri divini et effatorum propheticorum, has doctrinas eum discere oportet, eaque, quae tanquam viam ad illas muniunt, et primum quidem varias doctrinas nosse debet, ut ex iis summus finis innotescat; tum dispiciat varios libros ratione habita eorum ipsorum, deinde dignitatis eorum, ut, quid sibi faciendum sit, recte intelligat; doctrinasque inter et libros comparationem instituat, et inde praestantissimos eorum et fide dignissimos perspiciat; cognoscat statum docti et ejus, qui doctrinae alicujus cognitionem prae se fert, ejusque jus, quo illud prae se fert, exploret, dijudicans, num

علمًا من العلوم ويكشف دعواه بانّه هل يخبر خبرًا تفصيليًّا عن موضوع ذلك العلم وغايته ومرتبته فيحسن الظنّ به فيما ادّعاه ويعلم حال المصنّفات ايضا ومراتبها وجلالة قدرها والتفاوت فيما بينها وكثرتها وفيه ارشاد الى تحصيلها وتعريف له بما يعتمده منها وتحذيره ممّا يخاف من الاغترار به ويعلم حال المؤلّفين ووفياتهم واعصارهم ولو اجمالًا فلا يقصّر بالعالى فى الجلالة عن درجته ولا يرفع غيره عن مرتبته ويستفاد منه تشويق النفوس الزكيّة الى الكمالات الانسانيّة وتحريكها الى حسن الاقتدآء والاقتفآء بامرار النظر الى آثار الاوّلين والآخرين والفكر فى اخبارهم ولا يخفى انّ الطباع جبلت على مشاهدة الآثار وتلقّى الاخبار سيّما الجديدة منها فلا يمل حينئذ عين من نظر واذن من خبر نسأل الله سبحانه وتعالى العفو والعافية تاليًا لنعمة الاسلام والعافية وهو حسبى ونعم الوكيل والهادى الى سوآء السبيل انّه مجيب قريب عليه توكّلت واليه انيب

---

ei de hujus doctrinae objecto, de summo fine et de dignitate cognitio sit distincta, ut bonam de eo opinionem concipiat respectu habito illius rei, quam praestare promiserat; sciat deinde etiam librorum conditionem, dignitatem, auctoritatem, discrimen inter eos eorumque multitudinem. Haec scientia ei viam monstrat ad eos recte acquirendos, eum certiorem facit, quibus eorum fidem habere possit, eumque sibi cavere docet ab illis rebus, quibus ne in errorem inducatur, verendum est. — Porro cognoscat conditionem auctorum, eorum mortem et tempus quo vixerunt, quamvis summatim, ne dignitatem ejus, qui magna auctoritate fruitur, imminuat, neve alium plus aequo efferat, atque ut inde efficiatur, ut purae mentes cupidae fiant perfectionum humanarum et excitentur ad laudabilem aemulationem et imitationem eo, quod diligenter sibi exempla priorum et posteriorum ob oculos ponant eorumque historiam meditentur. Constat enim, naturis insitam esse cupiditatem monumenta considerandi et historias praesertim recentiores addiscendi; tum igitur neque oculus videntis neque auris audientis explebitur.

Rogamus Deum Laudatum et Excelsum condonationem ipsam et condonationis causam, postquam nos beneficio Islamismi et salutis affecerit. Ille mihi sufficit et me optime tuetur et ad rectam viam ducit. Ille exaudit propinquusque est. In eo fiduciam meam pono ad eumque me recipio.

## باب الالف

١ اباحة في شرح الباحة يأتى في الباء ٢ ابانة في معرفة الامانة للشيخ محمد بن محمد الفارسكورى الحنفى الامام بالجامع الغورى من القاهرة مختصر اوّله الحمد لله خالق الانسان الخ ذكر فيه انّه لمّا ورد قسطنطنيّة سنة اربع وستين وتسعمائة وجد بها نظامًا وقانونًا على نمط الشرع الشريف يعوّل عليه سلطانها ووزرآؤه لقوله تعالى انّ الله يأمركم ان تؤدّوا الامانات الى اهلها فكتب في تحقيق هذه الآية ٣ ابانة في فقه الشافعىّ للشيخ الامام ابى القاسم عبد الرحمن بن محمد الغورانى المروزىّ الشافعىّ المتوفّى سنة احدى وستين واربعمائة وهو كتاب مشهور بين الشافعيّة ومن متعلّقاته تتمّة الابانة لتلميذه ابى سعيد عبد الرحمن

---

## LIBRI QUORUM TITULI A LITERA ELIF INCIPIUNT.

1. **Ibahat**, commentarius libri *Bahat*, de quo vide literam Ba. — 2. **Ibanat**, compendium doctrinam continens de rebus depositis, auctore Sheikh Hanefita *Mohammed Ben Mohammed Farescuri*, qui Imam fuit ad templum cathedrale Cahirae Ghaurianum. Incipit liber verbis his: Laus Deo hominum creatori etc. — Narrat auctor in eo, cum Constantinopolin anno 964 (inc. 4. Nov. 1556 Chr.) intrasset, se ibi totam reipublicae administrationem ad normam legis divinae ordinatam invenisse, cui et Sultan ipse et summi ejus consiliarii possent confidere, secundum Coranicum illud: „Jubet vos deus deposita iis committere, qui illis sint digni.“ Itaque librum conscripsit, quo in hunc versiculum subtilius inquireret. — 3. **Ibanat**, de jure Shafiitico, auctore Sheikh Shafiita Imam *Abu'lcasim Abd-er-rahman Ben Mohammed Ghaurani Mervezi*, mortuo anno 461 (inc. 31. Oct. 1068 Chr.). Hic liber magnam auctoritatem inter Shafiitas consecutus est, interque ejus appendices sunt hae: Supplementum (*Tatammat*) libri *Ibanat*, quod composuit auctoris discipulus Shafiita *Abu Sa'id Abd-er-rahman Ben Mamun Nisaburi*, vulgo *Motewelli* dictus, qui anno 478

بن مأمون المعروف بالمتولى النيسابورى الشافعىّ المتوفى سنة ثمان وسبعين واربعمائة كتبها الى الحدود وجمع فيها نوادر المسائل وغرائبها لا تكاد توجد فى غيرها وتتمة التتمّة للشيخ منتجب الدين ابى الفتوح اسعد بن محمد العجلىّ الاصفهانىّ الشافعىّ المتوفى سنة ستمائة وعليها الاعتماد فى الفتوى باصفهان قديمًا ولتتمّة المتولى تتمّات اخرى لجماعة لكنهم لم يأتوا فيها بالمقصود ولا سلكوا طريقه وشرح الابانة المسمى بالعدّة لابى عبد الله الطبرىّ الشافعى ۴ ابانة فى فقه الشافعى ايضا للشيخ محمد بن بنان بن محمد الكازرونىّ الآمدىّ الشافعى ٥ ابانة فى ردّ من شنع على ابى حنيفة للقاضى الامام ابى جعفر احمد بن عبد الله السرمارىّ البلخىّ الحنفىّ مختصر اوّله الحمد لله الواحد الاحد الخ ذكر فيه انّه رتّبه على ستة ابواب ١ فى انّ مذهبه اصلح للولاة ٢ انّه تمسّك بالآثار الصحيحة ٣ فى سلوكه فى الفقه طريقة الاحتياط ۴ فى انّ المخالف ترك الاحتياط ٥ فى التى توجب شناعتهم ٦ فى الاجوبة عمّا ذكروا ٦ ابانة فى فقه ابى حنيفة وهو غير الاوّل وفى التاتارخانية نقول

---

(inc. 29. Apr. 1085) decessit. Scripsit illud usque ad caput de poenis, collegitque ibi quaestiones raro obvias et singulares, quae in aliis libris vix inveniuntur. — Deinde: Supplementum supplementi, quod scripsit Sheikh Shafiita *Muntejeb-ed-din Abu'lfatuh As'ad Ben Mohammed Ijli Isfahani*, mortuus anno 600 (inc. 10. Sept. 1203). In hoc libro antiquitus Isfahani fundamentum responsorum judicis supremi *(Mufti)* positum fuit. — Ad *Motewelli*i supplementum multi alia supplementa composuerunt, neque tamen in iis optatis responderunt, neque ejus viam ingressi sunt. — Commentarius in librum *Ibanat*, *Oddat* inscriptus, a Shafiita *Abu Abdallah Taberi* compositus est. — 4. Ibanat, pariter jus Shafiiticum tractans, auctore Sheikh Shafiita *Mohammed Ben Bennán Ben Mohammed Kazruni Amidi.* — 5. Ibanat, compendium refutationem continens eorum, qui Imam *Abu Hanifa* infamarunt. Auctore Cadhi Hanefita Imam *Abu Jafar Ahmed Ben Abdallah Sormari Balkhi.* Commemorat, se hunc librum, qui verbis incipit: Laus sit Deo unico uni etc., in sex capita divisisse, quorum in primo exponitur, *Abu Hanifa*e doctrinam usui eorum, qui reipublicae praesint, accommodatissimam esse; in secundo, eam niti traditionibus certae auctoritatis; in tertio, eam in jure sequi rationem ab erroribus tutissimam; in quarto, adversarios ejus parum caute in illo versari; in quinto, quibus de causis isti plane sint reprobandi; in sexto, qua ratione istorum dicta refelli possint. — 6. Ibanat, de jurisprudentia Hanefitica. Ex hoc libro, qui differt ab illo, quem modo

منه ٧ ابانة فى الحديث لابى نصر عبيد الله بن سعيد السنجرىّ الوابلىّ المتوفّى سنة اربعين واربعمأئة تقريبًا ٨ ابانة فى معانى القران للشيخ ابى محمد مكىّ بن ابى طالب القيسىّ المقرى المتوفى سنة سبع وثلثين واربعمأئة ٩ الابانة والاعلام بما فى المنهاج من الخلل والاوهام يأتى فى منهاج ابن جزلة ١٠ ابتغآء القربة ١١ ابتلآء الاخيار بالنسآء الاشرار ١٢ ابتهاج المحتاج فى شرح المنهاج فى الفروع وفى نظمه ايضا يأتى فى الميم ١٣ ابتهاج المحتاج فى شرح منهاج الاصول يأتى ايضا فى الميم ١٤ الابتهاج باذكار المسافر الحاجّ مختصر اوّله امّا بعد حمد الله مجيب السائلين الخ الّفه الشيخ شمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوى المتوفى فى شوال سنة اثنين وتسعمأئة ١٥ الابحاث الجليّة فى مسئلة ابن تيمية للشيخ تاج الدين احمد بن عثمان بن التركمانىّ الحنفىّ المتوفى بمصر سنة اربع واربعين وسبعمأئة ١٦ الابحاث الجبلة فى شرح العقيلة يعنى الرائيّة يأتى فى العين ١٧ ابدال الادوية المفردة

---

commemoravimus, in opere *Tatarkhaniye* multa depromta sunt. — 7. **Ibanat**, de effatis propheticis, auctore ***Abu Nasr Obeidallah Ben Sa'îd Sinjari Wabili***, mortuo circa annum 440 (inc. 16. Jun. 1048). — 8. **Ibanat**, tractatus de sententiis Corani venustis et arduis, quem Sheikh et Lector ***Abu Mohammed Mekki Ben Abi Talib Caisi*** composuit. Decessit ille anno 437 (inc. 19. Jul. 1045). — 9. **El-Ibanat we El-Ilám**, de vitiis atque erroribus in libro *Minháj* ab *Ibn Jezla* composito, quem vide infra in litera Mim sub *Minháj*. — 10. **Ibtighá el-corbet.** — 11. **Ibtilá el-akh'yar**, vexatio, quae viris probis a feminis improbis creatur. — 12. **Ibtiháj el-mohtáj**, commentarius in librum *Minháj* de articulis juris Shafiitici derivatis. Eundem titulum prae se fert translatio ejus poetica, de qua vide literam Mim. — 13. ***Ibtiháj el-mohtáj***, commentarius in librum *Minháj el-osul*, quem vide in eadem litera Mim. — 14. **El-Ibtiháj**, compendium meditationes continens peregrinatoris sacri Meccam proficiscentis. Composuit hunc librum, qui incipit verbis: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus, qui precantes exaudit etc., Sheikh ***Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-er-rahman Sekháwi***, mortuus mense Shawwál anni 902 (inc. 9. Sept. 1496). — 15. **El-Abháth El-Jaliyet**, de quaestione ab *Ibn Teimiya* proposita, auctore Sheikh Hanefita ***Táj-ed-din Ahmed Ben Othmán Ben-elturkemani***, mortuo in Aegypto anno 744 (inc. 26. Mai. 1343.) — 16. **El-Abháth El-Jemílet**, commentarius in carmen *Ackilet*, cujus versus in literam Ra desinunt (*Raïyet*). Vide in litera Aïn. — 17. **Ibdál**, compendium de medicamentis simplicibus et

والمركّبة لشابور بن سهل وهو مختصر مرتّب على الحروف اوّله الحمد لله خالق الاجسام الخ [١٨ ابدال في اللغة لابى الطيب عبد الواحد بن على اللغوىّ المقتول في سنة احدى وخمسين وثلثمائة قال في اوّله هذا كتاب ذكرنا فيه من كلام العرب ما جآء من حرف يقوم مقام غيره في اوّل كلمة او آخرها او وسطها وترجمناه بالابدال مفتوح الهمزة وانّما دعانا الى العدول عن كسرها والخلاف على من سبقنا اليه ذهابنا الى ان العرب في اكثر هذا الباب لم تتعمد تعويض حرف من حرف وانّما هي لغات مختلفة لمعان متّفقة متقارب اللفظان في لغتين لمعنى واحد حتى لا يختلفا الّا في حرف واحد] ١٩ ابراز الحكم من حديث رفع القلم مختصر للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى الشافعى المتوفى بالقاهرة سنة ست وخمسين وسبعمائة وسبك بضم السين قرية من قرى منوف ٢٠ ابراز الاخبار للشيخ جمال الدين محمد بن محمد بن نُباتة الفارقى المتوفى سنة اثنين وستين وسبعمائة ونباتة بضم النون وتشديد البآء ٢١ ابراز المعانى من حرز الامانى من شروح الشاطبيّة يأتى في الحآء

---

compositis, a *Shabur Ben Sahl* scriptum et ad ordinem literarum Alphabeti digestum. Exorditur verbis his: Laus Deo corporum creatori etc. — [18. **Abdál**, liber lexicologicus, compositus ab *Abu' ltayyib Abd-el-wahid Ben Ali* Lexicologo, qui occisus est anno 351 (inc. 9. Febr. 962). Dicit sub initium: Hic est liber, in quo ea vocabula linguae arabicae enumeravimus, in quibus vel ab initio, vel in fine, vel in medio litera pro litera ponitur. Inscripsimus autem eum *Abdál* cum fatha literae Elif, non *Ibdal;* nam quod eam non kesra affecimus, atque ita a ratione eorum, qui ante nos de eadem re scripserunt, discessimus, id ideo fecimus, quod ex nostra sententia Arabes in plurimis hujus generis vocabulis non consulto id egerunt, ut literam litera commutarent, sed haec vocabula non differunt nisi dialecto, significationibus iisdem; ita ut duo vocabula ejusdem significationis pronunciatione in duabus dialectis tantum inter se habeant similitudinis, ut non nisi una litera differant.] — 19. **Ibráz el-hukm**, compendium, ubi tractatur vox prophetae de calamo fatali sublato. Auctor ejus est Sheikh Shafiita *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki* (a *Sobk*, qui unus est ex pagis oppidi Memphis). Obiit Cahirae anno 756 (inc. 16. Jan. 1355). — 20. **Ibráz el-akhbár**, auctore Sheikh *Jemál-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben Nobbúta Fariki*, mortuo anno 762 (inc. 11. Nov. 1360). — 21. **Ibraz el-maáni min Hirz el-amáni**, unus commentariorum carminis *Shatibiyet*, de quo vide literam Ha sub

٢٢ ابراهيم شاهية في فتاوى الحنفية لشهاب الدين احمد بن محمد الملقب بنظام الكيلاني الحنفي وهو كتاب كبير كقاضي خان جمعه من مائة وستين كتابا للسلطان ابراهيم شاه اوله الحمد لله الذي رفع منار العلم واعلى مقداره الخ ٢٣ ابريز فيما يقدم على مؤنة التجهيز للشيخ شهاب الدين ابو العباس احمد بن العماد الاقفهسي الشافعي المتوفى سنة ثمان وثمانمائة ٢٤ ابسال وسلامان ويقال سلامان وابسال وسيأتي في السين ٢٥ ابطال التأويل في الاصول للقاضي ابي يعلى محمد بن محمد بن الفراء الحنبلي المتوفى في سنة ثمان وخمسين واربعمائة

٢٦ علم الابعاد والاجرام

وهو علم يبحث فيه عن ابعاد الكواكب عن مركز العالم ومقدار جرمها اما بعدها فيعلم بمقدار واحد كنصف قطر الارض الذي يمكن معرفته بالفراسخ والاميال واما اجرامها فيعرف مقدارها كجرم الارض واعلم ان مباحث هذا الفن في غاية البعد عن القبول ولذلك ترى

---

Hirz. — 22. **Ibrahim-Shahiyet**, volumen magnitudine simile operi, quod Cadhi-khan composuit, consulta (*Fetáva*) Hanefitica continens. Hanefita *Shehább-ed-din Ahmed Ben Mohammed*, cognomine *Natzám Kilani*, hunc librum ex centum sexaginta operibus in usum Sultani *Ibrahim Shah* congessit. Incipit ita: Laus sit Deo, qui pharum scientiae elevavit ejusque pretium extulit etc. — 23. **Abríz**, de iis, quae praecedunt operam adornandi funeris. Auctore Sheikh Shafiita *Shehab-ed-din Abu-labbas Ahmed Ben-elimád Afcahesi*, mortuo anno 808 (inc. 29. Jun. 1405). — 24. **Absál we Selamán** vel potius **Selaman we Absál**, de quo vide literam Sin. — 25. **Ibtál el-tawíl**, de principiis juris. Auctore Cadhi Hanbalita *Abu Yali Mohammed Ben Mohammed Ben-elferrá*, mortuo anno 458 (inc. 3. Dec. 1065). —

26. **Ilm el-ab'ád we el-ajrám.** Scientia distantiarum stellarum et corporum coelestium.

Scientia haec quaerit de stellarum distantiis a centro mundi corporisque earum magnitudine. Distantia earum insignitur quantitate una, ut semidiametri terrae, qui parasangis miliaribusque describi potest. Corporum vero earum magnitudo eodem modo cognoscitur, quo terrae hujus corpus. Attamen disquisitiones hujus scientiae valde absunt, quin plausum ferant. Hanc ob causam vides multos homines, quando haec audiunt, capita sua in-

اكثر الناس اذا سمعوا نوّوا رؤسهم ورأيتهم يصدّون وقالوا إنْ هذا الّا كذب مفترى وذلك لعدم اطّلاعهم على احكام الهندسة والمناظرة واعتقادهم انّه لا سبيل الى ذلك التقدير الّا بالصعود والقرب من تلك الاجرام ومساحتها بالايدى ومن المختصرات فى هذا الفنّ سلّم السمآء

٢٧ ابكار الافكار فى الرسائل والاشعار مختصر على اربعة اقسام لرشيد الدين محمّد بن محمد بن عبد الجليل الوطواط البلخى المتوفى سنة ثلث وسبعين وخمسمأئة اورد فى الاول تسع رسائل وفى الثانى تسع قصائد وكذا فى الثالث والرابع لكن الاخيريّن بالفارسيّة

٢٨ ابكار الافكار فى الكلام للشيخ ابى الحسن على بن ابى على بن محمد الثعلبىّ الحنبلىّ ثمّ الشافعىّ المعروف بسيف الدين الآمدى المتوفى بدمشق فى صفر سنة احدى وثلثين وستمأئة وهو مرتّب على ثمانى قواعد متضمّنة لجميع مسائل الاصول ١ فى العلم ٢ فى النظر ٣ فى الموصل الى المطلوب ٤ فى انقسام العلوم ٥ فى النبوّات ٦ فى المعاد ٧ فى الاسمآء ٨ فى الامامة ومختصره رموز الكنوز له ايضا ٢٩ ابكار الافكار لمحمّد بن سعيد الجذامى

---

flectentes, et vides eos procul recedentes et dicentes, haec omnia non nisi ficta esse mendacia. Neque hoc mirandum, quia regulas geometriae et opticae plane nesciunt et credunt, harum rerum dimensionem non posse describi nisi ab eo, qui ad illa corpora ascendat, et propius accedens ea manibus dimetiatur. — Inter compendia, quae hanc scientiam tractant, est liber inscriptus *Sollem el-semáï.*

27. Abkár el-afkár, compendium tractatus et poëmata continens et quatuor partibus constans. Auctor *Reshíd-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben Abd-el-jelíl Watwát Balkhi*, qui anno 573 (inc. 30. Jun. 1177) obiit, profert in prima parte novem tractatus (*Resáïl*), in secunda totidem *Casáïd*, et sic porro in tertia et quarta. Duae posteriores tamen persice scriptae sunt. — 28. Abkár el-afkár, opus metaphysicum, conscriptum a Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Abi Ali Ben Mohammed Thalebi*, primum Hanbalita, postea Shafiita, qui vulgo *Seif-ed-din Amidi* dicitur, et Damasci decessit mense Safar 631 (inc. 7. Oct. 1233). Liber dispositus est in octo *Caváïd* (fundamenta), quae omnes quaestiones primarias continent hoc ordine: De scientia — de speculatione — de eo, quod ad id, quod quaeritur, perducit — de divisione doctrinarum — de prophetiis — de resurrectione — de nominibus — de Imamatu. Hunc librum auctor ipse summatim perscripsit in compendio *Romuz el-konuz.* — 29. Abkár el-afkár, spicilegium eorum, quae poëta *Mohammed Ben*

القيروانىّ الشاعر المتوفى سنة ستين واربعمأنة جمع فيه من نظمه ونثره جذام بكسر الجيم قبيلة من اليمن وقيروان بافريقيّة ٣٠ ابكار الافكار نظم تركىّ لدرويش فكرى المعروف بماشى زاده المتوفى سنة اثنين وتسعين وتسعمأنة ٣١ ابنية الاسمآء والافعال والمصادر مجلّد للشيخ ابى القاسم على بن جعفر بن القطّاع السعدى المصرى المتوفى خمس عشرة وخمسمأنة جمعها من كتب اللغة والنوادر على طريق الاستيفآء فاجاد اوله الحمد لله على ما اولانا من نعمه الخ ذكر فيه ان سيبويه اول من جمعها فذكر فى كتابه للاسمآء ثلثمأنة وثمانية امثلة وزاد ابو بكر بن السراج على ما ذكره سيبويه اثنين وعشرين مثالًا وزاد ابو عمرو الجرمى امثلة يسيرة وزاد كذلك ابن خالويه لكنهم تركوا كثيرًا واضطربوا وخلطوا وكذلك فعلوا فى مصادر الثلاثىّ ذكر سيبويه وابن السراج منها ستة وثلثين مصدرًا وذكرت منها مأنة مصدر مستوعبًا وذكر انه فرغ فى رجب سنة ثلث عشرة وخمسمأنة ٣٢ ابنية فى النحو لابى بكر محمد بن الحسن الزبيدى الاشبيلى النحوى المتوفى سنة تسع وسبعين وثلثمأنة وزبيد قبيلة

---

*Sa'id Jidhami Cairowani* vel soluta oratione vel ligata composuit, ab auctore ipso, qui anno 460 (inc. 11. Nov. 1067) mortuus est, confectum. *Jidhám* autem tribus est Yemanae et *Cairowan* urbs Africae proprie sic dictae. — 30. Abkár el-afkár, poëma turcicum a Derwish *Fikri*, vulgo *Mashizadeh* dicto, conditum. Obiit hic anno 992 (inc. 4. Jan. 1584). — 31. Abniat el-asmá we el-af'ál we el-mesádir, formae grammaticae nominum, verborum et infinitivorum. Volumen, quod Sheikh *Abu'lcasim Ali Ben Jafar Ben-elcattá' Sadi* Aegyptius, qui anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) obiit, e libris lexicologicis et dictorum singularium plenis ita collegit, ut omnia quae huc spectant afferre studeat, neque non palmam reportavit. Incipit liber ita: Laus Deo pro beneficiis, quae in nos contulit etc. — Primus, inquit, qui formas ejusmodi collegit, fuit *Sibawaih*, qui in libro suo trecenta octoginta exempla usus nominum attulit. His exemplis, quae *Sibawaih* dedit, *Abu Bekr Ben-elseráj* viginti duo nova addidit. *Abu Amru Jermi* quoque et *Ibn Khalawaih* pauca adjunxerunt; multa tamen omiserunt et nullo ordine et confuse de hac re dixerunt. Idem vitium commiserunt in infinitivis verborum triliterorum, ex quibus *Sibawaih* et *Ibn-elseráj* triginta sex recensuerunt. Ego quidem rei absolvendae causa centum attuli. Denique se opus mense Rejeb anni 513 (inc. 14. Apr. 1119) ad finem perduxisse narrat. — 32. Abniat, liber grammaticus suae aetatis unicus, quem Grammaticus Sevillanus *Abu Bekr Mohammed Ben Hasan*

وهذا الكتاب من نوادر الدهر ٣٣ ابواب الادب فى اللغة ٣٤ ابواب السعادة فى اسباب الشهادة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى الشافعى المتوفى سنة احدى عشرة وتسعمائة ٣٥ ابواب السعادة فى مسائل الصلوة فارسىّ للشيخ عثمان بن محمد الغزنوىّ ٣٦ ابو قماش فى الادب لشرف الدين مبارك بن احمد بن المستوفى الاربلى المتوفى بالموصل سنة سبع وثلثين وستمائة جمع فيه من النوادر ما لا يحصى واربل بكسر الهمزة بلد فى قرب الموصل وابو قماش ايضا كتاب فى احكام النجوم مدحه ابو معشر فى كتاب السرّ ٣٧ ابهاج العين بحكم الشروط بين المتبايعين مختصر للشيخ الشهاب احمد بن محمد بن عبد السلام الشافعى الذى ولد سنة سبع واربعين وثمانمائة اوله الحمد لله الذى شرع لعباده الاحكام الخ ٣٨ الابيات السائرة لابى سعيد الحسن بن الحسين السكرى النحوىّ المتوفى سنة خمس وسبعين ومائتين ٣٩ الابيات الوافية فى علم القافية للشيخ الامام اثير الدين ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى النحوى المتوفى سنة خمس

---

***Zobeidi*** **edidit. Obiit anno 379 (inc. 11. Apr. 989).** ***Zobeid*** **autem tribus est Arabiae felicis. — 33. Abwáb el-edeb, lexilogus. — 34. Abwáb el-seádet, tractatus de causis testationis, compositus a Sheikh Schafiita** ***Jelál-ed-din Abd-er-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*****, mortuo anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). — 35. Abwáb el-seádet, quaestiones de precatione. Persice. Auctore Sheikh** ***Othman Ben Mohammed Ghaznewi.*** **— 36. Abu Cumásh, liber philologicus, in quo** ***Sherf-ed-din Mobarek Ben Ahmed Ben-elmostaufi Irbeli*****, qui Mausili anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) decessit, tantam dictorum singularium multitudinem collegit, ut vix numerari possint.** ***Irbel*** **vicus est prope Mausil. Alius quoque liber de astrologia judiciaria, quem** ***Abu Ma'shar*** **(Abulmasar) in opere suo** ***Sirr*** **laudat,** ***Abu Cumásh*** **inscriptus est. — 37. Ibháj el-ain, compendium de conditionibus inter contrahentes, a Sheikh Shafiita** ***Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selám*****, qui anno 847 (inc. 1. Mai. 1443) natus est, editum. Incipit ita: Laus Deo, qui cultoribus suis leges praescripsit. — 38. El-Ab'yat El-Saïret, versus memoriales, ab** ***Abu Sa'id Hasan Ben Hosein Sokkari*** **Grammatico, qui anno 275 (inc. 16. Mai. 888) decessit, editi. — 39. El-Ab'yát El-Wafiet, tractatus de scientia rhythmi, quem composuit Sheikh Imám** ***Athír-ed-din Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi*** **Grammaticus. Obiit**

واربعين وسبعمأئة ٤٠ ايبذيميّا وهو كتاب الامراض الوافدة لبقراط يأتى فى الكاف ٤١ ابين الخصص فى احسن القصص من التفاسير ٤٢ اتحاف الاخصّا بفضائل المسجد الاقصى مختصر اوّله الحمد لله الذى جلّت نعماؤه الخ للشيخ المحقّق كمال الدين محمد بن ابى شريف الشافعى [المصرى] المتوفى سنة ست وتسعمأئة الّفه فى مجاورته بالقدس سنة ٨٧٥ ورتّبه على سبعة عشر بابًا معتمدًا فى نقله على الروض المغرس لثقة مؤلّفه فصار عمدة ما فيه ٤٣ اتحاف الاخيار فى نكت الاذكار يأتى فى حلية الابرار ٤٤ اتحاف الاديب بما فى القران من الغريب للشيخ ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى المتوفى سنة خمس واربعين وسبعمأئه ٤٥ اتحاف الزائر للشيخ جمال الدين محمد بن احمد المطرى المتوفى سنة احدى واربعين وسبعمأئة ٤٦ اتحاف الزائر واطراف المقيم والمسافر للشيخ ابى اليمن ٤٧ اتحاف الزائر للشيخ الامام ابن عساكر ٤٨ اتحاف السلاطين ببوارع سلطان العالمين رسالة للشيخ شمس الدين محمد بن محمد بن ابى اللطف المقدسىّ اوله حمدًا لمن ادرّ

---

anno 745 (inc. 15. Mai. 1344). — 40. **Epidzimiya**, liber de morbis grassantibus, cujus auctor Hippocrates est. Vide infra *Kitáb Bucrát*. — 41. **Ab'yan el-khisas**, historiae pulcherrimae. Unus ex commentariis Corani. — 42. **Itháf el-akhissá**, compendium de praestantia Mesquitae Hierosolymitanae, quod ita incipit: Laus Deo, cujus munificentia excellit etc. Sheikh subtilissimus *Kemál-ed-din Mohammed Ben Abi Sheríf* Shafiita [Aegyptius], qui anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) obiit, scripsit illud, cum Hierosolymis pietatis causa versaretur anno 875 (inc. 30. Jun. 1470). Est autem in septendecim capita dispositum, et cum Kemal-ed-din in iis, quae aliunde petiit, auctorem locupletem libri *Randh Moghras* sequitur, ea quae affert, summam fidem merentur. — 43. **Itháf el-akh'yár**, meditationes de rebus divinis ingeniosae. Confer librum *Hil'yet el-abrár*. — 44. **Itháf el-adíb**, de vocabulis Corani inusitatioribus, auctore Sheikh *Abu Hayyan Mohammed Ben Yusuf Andalusi*, mortuo anno 745 (inc. 15. Mai. 1344). — 45. **Itháf el-zaïr**, statuta peregrinatoris edita a Sheikh *Jemál-ed-din Mohammed Ben Ahmed Muterri*, qui obiit anno 741 (inc. 27. Jun. 1340). — 46. **Itháf el-zaïr**, statuta similia et tractuum significatio, ubi subsistendum et ubi pergendum est, auctore Sheikh *Abu'lyemen*. — 47. **Itháf el-zaïr**. Auctor est Sheikh Imam *Ibn Asákir*. — 48. **Itháf el-selatín**, dicta Sultani doctorum, quae late splendeant. Auctor Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben Abi Lutf Mocaddesi* exorsus est hunc tractatum verbis: Laus

من اخلاق الخلافة الخ ٤٩ اتحاف الثقات فى الموافقات للشيخ محمد بن على بن علّان المكى يعنى ما وافق رأى احد من الصحابة فيه الكتاب والسنة منظومة وله شرحها ايضا ذكره فى شرح الطريقة ٥٠ اتحاف الخيرة بزوائد المسانيد العشرة لاحمد بن ابى بكر بن اسمعيل بن سليم البوصيرىّ المتوفى سنة اربعين وثمانمائة اوله الحمد لله الذى لا تنفد خزائنه ذكر فيه انّه افرز زوائد مسند ابى داود الطيالسى ومسند الحميدى ومسند مسدد وابن ابى عمرو واسحق بن راهويه وابى بكر بن ابى شيبة واحمد بن منيع وعبد بن حميد والحرث بن محمد بن ابى اسامة وابى يعلى الموصلى على الكتب الستة ورتّب على مائة كتاب كالمصابيح ٥١ اتحاف السامع بافتتاح الجامع للحافظ شمس الدين محمد بن عبد الله بن ناصر الدين الدمشقى المتوفى سنة اربعين وثمانمائة ذكر فيه فضل الحديث واهله وفضل الصحيحين وتدريسه اوله الحمد لله الذى افتتح كتابه بعد ذكر اسمه الخ ٥٢ اتحاف العابد الناسك بالمنتقى من موطّأ مالك ياتى فى الميم ٥٣ اتحاف الفرقة برفو

---

ei qui large tribuit de virtutibus Khalifatus necessariis etc. — 49. Itháf el-thicát, tractatus poëticus de consensionibus, editus a Sheikh *Mohammed Ben Ali Ben Allán Mekki.* Sub consensionibus autem intelligit id, in quo sententia unius e sociis prophetae cum Corano et Sunna consentit. Eundem librum commentario instruxit, quem in commentario libri *Taricat* commemorat. — 50. Itháf el-khirat, additamenta ad decem libros *Mesanid* dictos. Auctor *Ahmed Ben Abi Bekr Ben Ismaíl Ben Selím Busiri*, qui defunctus est anno 840 (inc. 16. Jul. 1436), narrat in hoc libro, cujus initium est: Laus Deo, cujus thesauri nunquam exhauriuntur etc., se segregavisse additamenta ad sex corpora effatorum propheticorum canonica, quae in *Mesanid Abu Davud Teyalesi*, *Hamidi*, *Mosadded*, *Ibn Abi Amru*, *Is'hác Ben Rahwaih*, *Abu Bekr Ben Abi Sheiba*, *Ahmed Ben Maní*, *Abd Ben Hamíd*, *Harth Ben Mohammed Ben Abi Osama* et *Abu Yali Mausili* continentur. Ad instar libri *Mesábíh* opus per centum libros dispositum est. — 51. Itháf el-sami', de aperiendo libro Jami'. Auctor Háfitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ben Násir-ed-din Dimeshki*, qui anno 840 (inc. 16. Jul. 1436) obiit, laudat hic praestantiam scientiae traditionum et eorum, qui eam tractant, item librorum duorum *Sahíh* inscriptorum eorumque, qui de iis lectiones habent. Incipit verbis: Laus Deo, cujus liber, nomine ipsius celebrato, aperitur etc. — 52. Itháf el-ábid el-nasik, epitome libri *Mowatta*, quem Imam *Malik* edidit. Vide in litera *Mim.* — 53. Itháf el-fircat, tractatus de resarcienda

الخرقة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة احدى عشرة وتسعمائة اوردها فى تاليفه المسمّى بالحاوى بتمامها الرفو اصلاح الثوب ٥٤ اتحاف المريد بشرح جوهرة التوحيد ياتى فى الجيم ٥٥ اتحاف المهرة باطراف العشرة يعنى الكتب الستة والمسانيد الاربعة فى ثمان مجلّدات للحافظ ابى الفضل شهاب الدين احمد بن على بن حجر العسقلانىّ المتوفى سنة اثنين وخمسين وثمانمائة افرز منه تاليفه المسمّى باطراف المسند المعتلى كما سيأتى ٥٦ اتحاف النبلآء باخبار الثقلآء رسالة للسيوطى المذكور آنفا ٥٧ اتحاف الورى باخبار امّ القرى للشيخ نجم الدين عمر بن فهر المكىّ ٥٨ اتحاف بتمييز ما تبع فيه البيضاوى صاحب الكشّاف يأتى ٥٩ اتحافات السنيّة بالاحاديث القدسيّة للشيخ محمد المعروف بعبد الرؤف المناوى الحدادى المتوفى سنة احدى وثلثين بعد الالف اورد فيه من الاحاديث القدسيّة المسندة مرتّبا على بابين الاول فيما صدّر بلفظ قال الله تعالى والثانى فيما تضمّن قوله تعالى وكلاهما على الحروف اوّله الحمد لله الذى انزل

---

veste religiosorum, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-er-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, mortuo anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). Inseruit illum totum libro suo *Hawi*. — 54. Itháf el-moríd, commentarius libri *Jewhiret el-tauhid*, quem vide in litera *Jim*. — 55. Itháf el-maharat, index effatorum propheticorum, quae in decem libris continentur, scilicet in corporibus traditionum sex canonicis et quatuor *Mesánid*, octo voluminibus constans, auctore Hafitz *Abu'lfadhl Shehâb-ed-din Ahmed Ben Hajr Ascalani*, qui obiit anno 852 (inc. 7. Mart. 1448). Ex hoc libro alium excerpsit, quem seorsum edidit sub titulo *Atráf el-mosnad el-moteli*, de quo infra. — 56. Itháf el-nobalá, tractatus notitiam continens virorum auctoritatis gravitate conspicuorum, auctore *Soyuti* modo laudato. — 57. Itháf el-werá, historia matris urbium (Meccae), a Sheikh *Nejm-ed-din Omar Ben Fikr Mekki* conscripta. — 58. Itháf, in quo libro ea distincte exhibentur, in quibus *Beidhawi* auctorem libri *Keshsháf* secutus est. Vide infra. — 59. Ithafát Saniyet, traditiones sanctae, quas Sheikh *Mohammed*, vulgo dictus *Abd-el-rawuf Monáwi Heddádi* et mortuus anno 1031 (inc. 6. Nov. 1621), collegit. Profert hic ex traditionibus sanctis eas, quae auctoritate stabilitae sunt, in duobus capitibus alphabetice ordinatis, in quorum priore illae exhibentur, quae verbis incipiunt: Dicit Deus excelsus — in posteriore illae, quae verbum Dei revelatum continent. Initium libri hoc

اهل الحديث اعلى منازل الشرف الخ والمناوى بضم الميم نسبة الى منية بنى الخصيب بلد مصر ٦٠ الاتّساق فى بقاء وجه الاشتقاق للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ست وخمسين وسبعمائة ٦١ الاتّضاع فى حسن العشرة والطباع مختصر على خمسة فصول وتتمّة اوله الحمد لله على ما وهب من الاخلاق الخ للشيخ محمد بن الحسن بن عبد العالى الديرى المتوفى سنة والديرى نسبة الى دير البلّوط قرية بالرملة ٦٢ اتّعاظ الحنفاء باخبار الفاطميّين الخلفاء للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزىّ المتوفى بمصر سنة خمس واربعين وثمانمائة الخلقاء بالقاف من خلق الافك والمقريزىّ بفتح الميم نسبة الى مقريز محلّة ببعلبك ٦٣ اتّعاظ المتامّل فى خطط مصر والصحيح انّه ايقاظ المتغفّل واتّعاظ المتامّل كما سيأتى ٦٤ الاتقان فى فضائل القران مختصر لابن حجر العسقلانى ٦٥ الاتقان فى علوم القران مجلّد اوّله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطىّ المتوفى سنة احدى عشرة وتسعمائة وهو

---

est: Laus sit Deo, qui viros traditionum gnaros in altissimis honoris dignitatibus collocavit. *Monawi* autem dicitur auctor ab urbe *Moniyet Beni Khasib* in Aegypto. — 60. Ittisác, de constantia rationis in verbis inter se derivandis, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-kafi Sobki*, defuncto anno 756 (inc. 16. Jan. 1355). — 61. Ittidhá', brevis tractatus de pretio consuetudinis mutuae et indolis, quinque capitibus et supplemento constans, a Sheikh *Mohammed Ben Hasan Ben Abd-el-ali Dairi*, qui anno . . . obiit, compositus. Incipit ita: Laus Deo pro virtutibus iis, quas concessit. *Dairi* appellatur auctor a *Dair el-bellut*, vico Ramlae. — 62. Ittiátz el-honafá, historia Khalifarum Fatemidarum, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi*, mortuo in Aegypto anno 845 (inc. 22. Mai 1441). Est autem *Kholacá* scribendum pro *kholafá*, et derivandum *a khalc el-ifk* i. e. fingere mendacium (ironice), et *Macrízi* appellatus est auctor a *Macríz*, vico Baalbekkiano. — 63. Ittiátz el-moteammil, expositio de tractibus Aegypti. Rectius liber inscribitur Icátz el-moteghaffil we ittiátz el-moteammil, de quo vide infra. — 64. Itcán, compendium de virtutibus Corani, ab *Ibn Hájr Ascalani* editum. — 65. Itcán, volumen de doctrinis coranicis a Sheikh *Jelál-ed-din Abd-er-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, compositum, quod ita incipit: Laus Deo, qui librum sanctum servo suo de coelo revelavit etc. — Opus inter monumenta auctoris pul-

اشبه آثاره وافيدها ذكر فيه تصنيف شيخه الكافيجى واستصغره ومواقع العلوم للبلقينى واستقلّه ثم انّه وجد البرهان للزركشى كتابًا جامعا بعد تصنيفه التخبير فاستأنف وزاد عليه الى ثمانين نوعًا وجعله مقدّمة لتفسيره الكبير الذى شرع فيه وسمّاه مجمع البحرين قال وفى غالب الانواع تصانيف مفردة ٦٦ اتمام الدراية لقرّآء النقاية له ايضا يأتى فى النون ٦٧ اتمام النعمة فى اختصاص الاسلام بهذه الامّة رسالة للسيوطىّ المذكور اجاب فيه عن سؤال منكر كتبها فى شوال سنة ثمان وثمانين وثمانمأنة واورد فى فتواه بتمامها

### ٦٨ علم الآثار

وهو فنّ باحث عن اقوال العلمآء الراسخين من الاصحاب والتابعين لهم وسائر السلف وافعالهم وسيرهم فى امر الدين والدنيا ومباديه امور مسموعة من الثقات والغرض منه معرفة تلك الامور ليقتدى بهم وينال ما نالوه وهذا الفنّ اشدّ ما يحتاج اليه علم الموعظة هذا

---

cherrimum utilissimumque, in quo librum doctoris sui *Kafíji* et *Mewáki' el-olum* a *Balkini* editum commemorat, sed ita, ut utriusque pretium auctoritatemque elevet; deinde ait, se, postquam ipse librum *Takhbír* conscripsisset, intellexisse, *Borhan Zerkeshi*i esse opus omnia, quibus opus sit, complexum; itaque se scribendi opera repetita libro suo octoginta locos addidisse eumque ita instruxisse, ut viam muniret ad magnum suum commentarium in Coranum, quem jam conscribere incepisset et *Mejma' el-bahrein* inscripsisset. Denique addit, de plurimis harum doctrinarum tractatus singulares exstare. — 66. **Itmám el-dirayet**, libellus in eorum usum scriptus, qui opus *Necayet*, de quo in litera *Nun* sermo erit, legunt. Eodem auctore. — 67. **Itmám el-nimet**, de gratia divina, qua Arabibus prae ceteris populis religio Islamica patefacta sit; tractatus ab illo *Soyuti* mense Shawwal anni 889 (inc. 9. Febr. 1483) editus, ut responsum esset ad quaestionem ab infitiatore propositam. Totum in *Fetwa* suo retractavit.

### 68. Ilm el-athár. *Doctrina traditionum Athár.*

Haec est illa doctrina, quae in effata, facta et vitae rationem, quatenus haec tam res mundanas quam sacras spectat, virorum doctorum solide instructorum inter *Ashàb* et *Tabiune* (i. e. asseclas prophetae, qui eum coram viderunt et qui hos proxime secuti sunt) aliorumque posterorum inquirit. Elementa hujus doctrinae in rebus constant ex ore testium locupletum perceptis, finisque ejus est cognitio harum rerum, ut

ما قاله مولانا لطف الله فى موضوعاته وقد نقله الفاضل الشهير بطاشكبرى زاده بعبارته فى مفتاح السعادة ثم قال ومن الكتب المصنّفة فى هذا العلم كتاب سير الصحابة والتابعين والزهّاد وكتاب روض الرياحين لليافعى وغير ذلك انتهى واما آثار الطحاوى فسيأتى فى معانى الآثار وشرح مشكله مع ما يتعلّق به فانّ معنى آثاره معنى مغاير لتعريف هذا العلم وهو على ما فى كتب اصول الحديث بمعنى الخبر قال شيخ الاسلام ابن حجر العسقلانى فى نخبة الفكر ان كان اللفظ مستعملًا بقلّة احتيج الى الكتب المصنّفة فى شرح الغريب وان كان مستعملا بكثرة لكن فى مدلوله دقّة احتيج الى الكتب المصنّفة فى شرح معانى الاخبار وبيان المشكل منها وقد اكثر الائمّة من التصانيف فى ذلك كالطحاوى والخطابى وابن عبد البرّ وغيرهم انتهى وسيجئ زيادة توضيح فيه عند نقل كلام الطحاوى

---

imitemur illos doctores, et id beneficii in alios conferamus, quod illi in nos contulerunt. Haec doctrina autem maximopere necessaria est praedicatoribus. — Haec omnia, quae et vir ille meritissimus *Tashköprizadeh* ad verbum operi suo *Miftáh el-seadet* inseruit, repetita sunt ex libro *Maudhuát* Molla nostri *Lutfallah.* Deinde *Tashköprizadeh* inter libros, qui de hac doctrina compositi sunt, laudat *Siyer el-sahábet we el-tabiine we el-zohhád*, *Raudh el-riyahín* auctore *Yafii*, et quae sunt alia. Opus *Tehawii*, *Athár* inscriptum, commemorabitur infra sub titulo *Maáni el-athár* simul cum commentario difficultatum ejus et omnibus iis, quae huc pertinent. Cepit enim verbum *Athár* sensu diverso ab eo, qui definitioni hujus doctrinae congruit, scilicet ita ut idem sit hoc loco, quod secundum libros de principiis doctrinae traditionalis vox *Khabar.* Sheikh el-islám *Ibn Hajr Ascaláni* in opere suo *Nokhbet el-fikr* dicit: Si vox rarius adhibetur, opus est libris conscriptis ad explicationem vocabulorum inusitatiorum; sin saepe, sed ita, ut in notione ejus aliquid insit altioris indaginis, opus est libris conscriptis ad explicationem sensus reconditi traditionum et ad expediendas earum difficultates. Hinc multi Imami de hac re scripserunt, ut *Teháwi*, *Khattábi*, *Ibn Abd-el-berr* aliique. Ampliorem autem hujus rei explicationem invenies infra, ubi verba *Tehawii* afferentur.

٦٩ علم الآثار العلويّة والسفليّة

وهو علم يبحث فيه عن المركّبات التى لا مزاج لها ويتعرّف منه اسباب حدوثها وهو ثلاثة انواع لانّ حدوثه امّا فوق الارض اعنى فى الهوآء وهو كائنات الجوّ وامّا على وجه الارض كالاحجار والجبال وامّا فى الارض كالمعادن وفيه كتب للحكمآء منها كتاب السمآء والعالم

٧٠ الآثار الباقية عن القرون الخالية فى النجوم والتأريخ مجلّد اوّله الحمد لله المتعالى عن الاضداد الخ للشيخ العلّامة ابى الريحان محمد بن احمد البيرونى الخوارزمى المتوفى بعد سنة ثلثين واربعمأة وهو كتاب مفيد الّفه لشمس المعالى قابوس وبيّن فيه التواريخ التى يستعملها الامم والاختلاف فى الاصول التى هى مباديها وبيرون بالبآء والنون بلد بالسند كما فى عيون الانبآء وقال السيوطىّ هو بالفارسيّة البرانى سمّى به لكونه قليل المقام بخوارزم واهلها يسمّون الغريب بهذا الاسم ٧١ آثار البلاد واخبار العباد مجلّد على مقدّمة وسبعة اقاليم اوله العزّ والجلال لكبريآئك الخ للشيخ الفاضل زكريا بن محمد القزوينى صاحب عجائب

---

69. **Ilm el-athár el-olwiyet we el-sofliyet.** Doctrina phaenomenorum superiorum et inferiorum.

Haec est doctrina illa, quae de corporibus compositis, quae certum aliquod temperamentum non habent, scrutatur. Docet autem causas originis eorum, quae est triplex. Existunt enim vel supra terram, i. e. in aëre, atque haec sunt meteora aëria, vel in superficie terrae, ut lapides et montes, vel in terra ut fossilia. — Inter libros, quos philosophi physici de hac re composuerunt, est *Kitáb el-semaï we el-álem.*

70. **El-Athár El-Bakiyet an el-corun el-khaliyet**, monumenta superstitia seculorum praeteritorum, volumen de astronomia et chronologia, quod ita incipit: Laus sit Deo, qui nimis elatus est, quam ut sui similes habeat etc. — Opus utile, a Sheikh doctissimo *Abu'lrihán Mohammed Ben Ahmed Biruni Khowarezmi*, qui post annum 430 (inc. 3. Oct. 1038) obiit, in commodum *Shems-ed-dini Meáli Cabus* compositum. Exponit in eo chronologias a populis adhibitas et diversas opiniones de elementis, quae illarum principia sunt. *Birun* urbs est Sindiae, ut in *Oyun el-anbá* legitur. Secundum *Soyuti* haec vox persice sonat *birani* i. e. praeteriens, et ille hoc nomen tulit, quod admodum breve tempus in Khowarezm substitit, hujusque terrae incolae peregrinum sic appellant. — 71. **Athár el-bilád we akhbár el-ibád**, volumen praefatione et septem climatibus constans, cujus initium hoc est:

المخلوقات جمع فيه ما عرف وسمع وشاهد من خصائص البلاد والعباد لكن فيه الغثّ والسمين كما فى امثاله وتأريخ تأليفه سنة اربع وسبعين وستمائة ٧٢ الآثار الرابعة فى اسرار الواقعة للشيخ تاج الدين على بن محمد بن الذرّيهم الموصلى المتوفى سنة اثنين وستين وسبعمائة ٧٣ الآثار الرفيعة فى مآثر بنى ربيعة لرضى الدين محمد بن ابرهيم ابن الحنبلى الحلبى المتوفى بعد سنة ست وستين وتسعمائة ذكره فى ظلّ العريش وانّ نسبه من ربيعة ٧٤ آثار النيرين فى اخبار الصحيحين فى الحديث ٧٥ اثبات عذاب القبر لابى بكر احمد ابن الحسين البيهقى ٧٦ اثبات العلل الشرعيّة لابى عبد الله محمد بن على الحكيم الترمذى المتوفى سنة ٢٥٥ ذكر التاج السبكى انّه لمّا صنّف هذا الكتاب وكتاب ختم الولاية اخرجوه من ترمذ وشهدوا عليه بما لا ينبغى ذكره فى مثله ولا شكّ انّه مقتضى التعصّب القديم بين الفريقين ٧٧ اثبات المحصّل فى ابيات المفصّل يأتى فى الميم ٧٨ اثبات الواجب

---

Gloria honorque majestati tuae etc. — Sheikh meritissimus *Zakar'ya Ben Mohammed Cazwini*, qui idem auctor est libri *Ajaïb el-makhlucát*, hic collegit omnes terrarum et hominum virtutes, quas cognovit vel audivit vel ipse vidit. Attamen insunt multa invenusta venustis mixta, ut in talibus fieri solet. Absolutum est opus anno 674 (inc. 27. Jun. 1275). — 72. El-Athár El-Rábiat, de mysteriis Surae *Wakiat*, auctore Sheikh *Taj-ed-din Ali Ben Mohammed Ben-eldoreihim Mausili*, mortuo anno 762 (inc 11. Nov. 1360). — 73. El-Athár El-Rafíat, de rebus memoria dignis Rebiidarum, auctore *Radhi-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Ibn Hanbali Halebi*, mortuo post annum 966 (inc. 14. Oct. 1558). Commemorat hoc opus in libro *Tzill el-arísh*, seque ait genus e Rebiidis ducere. — 74. Athár el-nireini, tractatus de historia duorum librorum *Sahíh*, ad rem traditionariam pertinens. — 75. Ithbát, de poena sepulcri, auctore *Abu Bekr Ahmed Ben-elhosein Beihaki*. — 76. Ithbát el-ilel el-shar'iyet, de causis legalibus, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali El-Hekim Termedhi*, mortuo anno 255 (inc. 20. Dec. 868). *Taj-ed-din Sobki* narrat, postquam hunc librum et opus *Khatm el-welayet* in lucem edidisset, adversarios eum urbe Termedh expulisse illosque eum inhonesta commisisse testatos esse, neque dubium esse, quin hinc odii vetusti inter has duas factiones (Shafiitas et Hanefitas) origo derivanda sit. — 77. Ithbát el-mohassel, explicatio versuum operis *Mofassel*, de quo infra in litera *Mim*. — 78. Ithbát el-wájib, tractatus,

رسالة يأتي في الراء مع شروحها ٧٩ اثير الغريب في نظم الغريب ٨٠ اجارة الاقطاع مجلد للشيخ برهان الدين ابرهيم بن على بن عبد الحق الدمشقى الحنفى المتوفى سنة اربع واربعين وسبعمائة وللشيخ قاسم بن قطلوبغا المصرى الحنفى المتوفى بها سنة تسع وسبعين وثمانمائة ٨١ اجازة الاوقاف زيادة على المدة لابن عبد الحق المذكور آنفا ٨٢ اجازة العامّة اجازها جماعة من الحفّاظ فجمعهم طائفة من العلماء كالشيخ تقى الدين محمد ابن رافع المتوفى سنة اثنين وسبعين وستمائة فانّه صنّف منهم جزءا والحافظ ابو جعفر محمد بن الحسين ابن بدر الكاتب البغدادىّ رتّبهم على الحروف لكثرتهم ٨٣ اجازة المجهول والمعدوم لابي بكر احمد بن على المعروف بالخطيب البغدادى الحافظ المتوفى بها سنة ثلث وستين واربعمائة ٨٤ اجتهاد في طلب الجهاد رسالة لعماد الدين اسمعيل بن عمر المعروف بابن كثير الحافظ الدمشقى المتوفى بها سنة ٧٧٤ كتبها للامير منجك لمّا حاصر الفرنج قلعة اياس ٨٥ الاجر الجزل في العزل رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر

---

qui in litera *Ra* cum commentariis suis commemorabitur. — 79. Athír el-gharíb, de vocibus inusitatioribus metro inclusis. — 80. Ijáret el-actá', conductio redituum. Scripserunt volumen sub hoc titulo Sheikh Hanefita *Borhan-ed-dín Ibrahím Ben Ali Ben Abd-el-hacc Dimeshcki,* qui obiit anno 744 (inc. 26. Mai. 1343), et Sheikh Hanefita *Casim Ben Cotlubeghá Misri,* defunctus in Aegypto anno 879 (inc. 18. Mai. 1474). 81. Ijázet el-aucáf, permissio pausarum in Corano legendo ultra tempus statutum continuandarum, auctore *Abd-el-hacc* modo laudato. — 82. Ijázet el-ámmet, permissio elocutionis vulgaris in Corano legendo, quam multi *Hafitz* permiserunt. Horum nomina plures literati collegerunt, ut Sheikh *Tacki-ed-dín Mohammed Ben Rafi',* qui anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) obiit, et tantum partem eorum attulit, et Hafitz *Abu Jafar Mohammed Ben-elhosein Ibn Bedr Catib Baghdadi,* qui eos propter multitudinem in ordinem alphabeticum disposuit. — 83. Ijázet el-mejhul we el-ma'dum, permissio hucusque incognita et desiderata tradendi, auctore Hafitz *Abu Bekr Ahmed Ben Ali*, vulgo *Khatíb Baghdadi* appellato et Baghdadi mortuo anno 463 (inc. 9. Oct. 1070). — 84. Ijtihád, tractatus de quaerendo sacro bello, quem Hafitz *Imád-ed-din Ismail Ben Omar Dimeshcki*, vulgo appellatus *Ibn Kethír*, qui Damasci anno 774 (inc. 3 Jul. 1372) decessit, Emiro *Manjuk* scripsit, cum Franci castellum *Eyas* obsiderent. — 85. El-Ajr El-Jazl, libellus de abdicatione muneris conscriptus a Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*,

السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٨٦ اجرة البهائم للفقيه داود بن محمد الاوّدنى الحنفى المتوفى سنة واودنة بالضم وفتح الدال من قرى بخارا ٨٧ اجزآء الاحاديث كالخلعيّات والغيلانيّات والثقفيّات والجعديّات وغير ذلك كلّ فى محلّها وامّا جزء فلان كجزء لوين ونحوه وسيأتى فى الجيم

٨٨ اجلّ المواهب فى معرفة وجوب الواجب رسالة على مقدّمة وثلثة مطالب ووصيّة للمولى الفاضل ابى الخير احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٨ اوّله الحمد لله واجب الوجود الخ ٨٩ اجناس التجنيس لابى على حسن بن محمد العراقىّ الحلبىّ المتوفى سنة ٨٠٣ اورد فيه سبع قصائد التى مدح بها القاضى البرهان ابن جماعة ٩٠ الاجناس فى اصول الفقه لابى سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ٢١٥ ٩١ الاجناس فى الفروع للشيخ الامام ابى العباس احمد بن محمد الناطفى الحنفى المتوفى سنة ٤٤٦ جمعها لا على الترتيب والناطف نوع من الحلوآء ثم انّ الشيخ ابا الحسن على بن محمد الجرجانى

---

qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) decessit. — 86. Ujret-el-behaïm, auctore Jurisconsulto Hanefita *Davud Ben Mohammed Oudeni*, mortuo anno . . . . *Oudena* autem vicus est urbis Bokhara. — 87. Ajzá el-ahadíth, traditiones variae sub titulo *Juz* collectae, ut sunt, quae dicuntur *Khal'iyát*, *Ghailaniyát*, *Thákefiyát*, *Jadiyát* et aliae, quae omnes loco suo commemorabuntur. Tractatus alios ejusdem tituli a variis auctoribus compositos, ut *Juz Luyen*, quaeras in litera *Jim*. — 88. Ajall el-mewáhib, tractatus de cognitione necessariae Dei existentiae, a Molla meritissimo *Abu'lkheir Ahmed Ben Mustafa*, vulgo *Tashköprizadeh* dicto et anno 968 (inc. 22. Dec. 1560) mortuo, conscriptus, et in praefationem, tres quaestiones et commendationem dispositus. Incipit ita: Laus sit Deo per se existenti etc. — 89. Ajnás el-tenjís. Auctor *Abu Ali Hasan Ben Mohammed Iracki Halebi*, qui anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) obiit, affert hic septem Casidas, quas in honorem Cadhi *Borhán-ed-din Ibn Jemáa* panderat. — 90. El-Ajnás, de principiis jurisprudentiae, auctore *Abu Sa'íd Abd-el-melik Ben Coreib Asmaï*, anno 215 (inc. 28. Febr. 830) defuncto. — 91. El-Ajnás, de praeceptis jurisprudentiae secundariis, quae auctor ipse Sheikh Hanefita Imám *Abu'labbas Ahmed Ben Mohammed Natifi*, qui anno 446 (inc. 12. Apr. 1054) obiit, in ordinem non redegit. Nomen *Natifi* traxit a *Natif*, quod genus bellariorum est. Postea Sheikh Hanefita *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Jorjani* ea satis apte ordinavit. — Hanefita *Sa'íd Ben Mansur Kirmani*

الحنفى رتّبها على الترتيب الكافى وجمع صاعد بن منصور الكرمانىّ الحنفىّ كتاباً فى الاجناس ايضا حدّث ببعضه عند الدستجردى فى بغداد فسمعه محمد بن الخسرو البلخىّ وجمع الامام حسام الدين عمر بن عبد العزيز الشهيد سنه ٥٣٦ اجناسًا يقال لها الواقعات وللشيخ ابى حفص عمر بن محمد النسفى المتوفى سنة ٥٣٧ كتاب فى اجناس الفقه ٩٢ الاجوبة الذكيّة عن الغاز السبكيّة رسالة للشيخ جلال الدين السيوطىّ المتوفى سنة ٩١١ اوردها فى كتابه المسمّى بالحاوى وهى مشتملة على حلّ ما الغزه السبكى فى سؤاله عن الصفدىّ باربعة وعشرين بيتًا ٩٣ الاجوبة الفاخرة عن الاسئلة الفاجرة للشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن ادريس القرافىّ المالكى المتوفى سنة ٦٨٤ كتبها ردًّا على اليهود والنصارى ورتّب على ابواب والقرافىّ بفتح القاف نسبة الى القرافة مقبرة مصر ٩٤ الاجوبة المحبّرة عن الاسئلة المخبّرة للقاضى ابى الفضل عياض بن موسى السبتى المالكى المتوفى بمراكش سنة ٥٤٤ ومراكش بضم الميم وكسر الكاف وتشديد الرآء بلد باقصى المغرب ٩٥ الاجوبة المرضية عن الاسئلة المكيّة فتاوى الحافظ ولى الدين ابى زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقىّ الشافعى المتوفى

---

de eadem materia librum collegit, ex quo apud *Destejerdi* Baghdadi aliqua recitavit, quae *Mohammed Ben-elkhosru Balkhi* audivit. Imam *Hosám-ed-din Omar Ben Abd-el-azíz*, qui anno 536 (inc. 6. Aug. 1741) martyrium subiit, *Ajnás* (varia dogmata) congessit, quae *Wakiát* dicuntur. — Denique Sheikh *Abu Hafs Omar Ben Mohammed Nesefi*, qui anno 537 (inc. 27. Jul. 1142) decessit, de eadem materia librum composuit. — 92. **El-Ejwibet El-Dzekiyet**, apologia aenigmatum Sobkianorum, quam Sheikh *Jelál-ed-din Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, operi suo *Hawi* ingessit. Explanavit hic in viginti quatuor versibus illa, quae *Sobki* in quaestione sua de *Safedi* admodum obscure enuntiaverat. — 93. **El-Ejwibet El-Fakhiret**, responsio ad quaestiones impias, quam Sheikh Malikita *Shehab-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Idris Carafi*, qui anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) decessit, ad refutandos Judaeos et Christianos reddidit, et per capita digessit. *Carafi* dictus est a *Caráfa*, coemiterio Cahirae. — 94. **El-Ejwibet El-Mohabberet**, responsio ad quaestiones indicatas, auctore Cadhi Malikita *Abu'lfadhl Ayádh Ben Musa Sebti* (Ceuta oriundo[1], mortuo Marochii anno 544 (inc. 11. Mai 1149). — 95. **El-Ejwibet El-Merdhiyet**, responsa ad quaestiones Meccanas. Continent sententias (*Fetáwa*), quas Hafitz Shafiita *Weli-ed-din Abu Zor'a Ahmed Ben Abd-el-rehim*

بالقاهرة سنة عشرين وثمانمائة ٩٦ الاجوبة المرضية فيما سئل عنه من الاحاديث النبويّة للشيخ شمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوىّ المتوفى سنة ٩٠٢ ٩٧ الاجوبة المرضية عن ائمّة الفقهآء والصوفيّة اوّله الحمد لله ذى الفضل والجود الخ للشيخ عبد الوهاب احمد الشعرانى المتوفى سنة ٩٦٠ ٩٨ الاجوبة المستنبطة على الاسئلة الملتقطة للشيخ عبد الرحمن بن احمد بن مسك السخاوىّ الشافعى وكان حيًّا فى حدود سنة ١٠٢٣ على ما رأيته فى ظهر تأليفه ٩٩ الاجوبة المسكتة عن الاسئلة المبهتة للامام حجّة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ اجاب فيه عن الاحيآء اوله الحمد لله على ما خصّص وعمّم الخ ١٠٠ الاجوبة المشرقة عن الاسئلة المفرقة للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانىّ المتوفى سنة ٨٥٢ ١٠١ الاجوبة الموعبة للحافظ جمال الدين يوسف بن عبد الله المعروف بابن عبد البرّ القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ ١٠٢ الاجوبة عن اعتراضات ابن ابى شيبة على ابى حنيفة للشيخ زين الدين قاسم بن قطلوبغا الفقيه

---

*Iracki*, qui anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) Cahirae defunctus est, enunciavit. — 96. **El-Ejwibet El-Merdhiyet**, de traditionibus prophetae, quae in quaestionem vocatae sunt, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi*, mortuo anno 902 (inc. 9. Sept. 1496). — 97. **El-Ejwibet El-Merdhiyet**, responsa de Imamis Jurisconsultorum et Suforum, auctore Sheikh *Abd-el-wehháb Ahmed Sharani*, mortuo anno 960 (inc. 18. Dec. 1552). Incipit verbis: Laus Deo benigno et liberali etc. — 98. **El-Ejwibet El-Mostanbetet**, responsa effusa super quaestiones collectas, a Sheikh Shafiita *Abd-el-rahman Ben Ahmed Ben Misk Sekháwi*, qui, ut in tergo autographi legi, vixit circa annum 1023 (inc. 1. Febr. 1614). — 99. **El-Ejwibet El-Mosakkitet**, responsa ad quaestiones obstupefacientes, auctore *Hojjat el-islám Abu Hamid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, mortuo anno 505 (inc. 10. Jul. 1111). Apologia operis *Ih'yá el-olum*, incipiens ita: Laus Deo pro beneficiis peculiaribus et communibus etc. — 100. **El-Ejwibet El-Musherricat**, responsa ad quaestiones metum injicientes, auctore Hafitz *Shehább-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, mortuo anno 852 (inc. 7. Mart. 1448). — 101. **El-Ejwibet El-Muibet**, auctore Hafitz *Jemál-ed-din Yusuf Ben Abdallah Cordubi*, vulgo *Ibn Abd-el-berr* dicto et mortuo anno 463 (inc. 9. Oct. 1070). — 102. **El-Ejwibet**, responsa ad ea, quae *Ibn Abi Sheiba* Imamo *Abu Hanífa* objecit, reddita a Jurisconsulto Hanefitico Sheikh *Zein-ed-dín*

الحنفى المصرى المتوفى سنة ٨٧٩ ١٠٣ الاجوبة لاسئلة الاسكندر من ملوك تبريز للعلامة المحقق السيد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ ذكره السخاوى نقلا عن سبطه ١٠٤ الاجوبة عن المسائل العشرة للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٧ رسالة اولها الحمد لله الموفق الملهم الخ

١٠٥ علم الاحاجى والاغلوطات

من فروع اللغة والصرف والنحو والاحاجى جمع احجية كاضحية كلمة مخالفة المعنى وهو علم يبحث فيه عن الالفاظ المخالفة لقواعد العربية بحسب الظاهر وتطبيقها عليها ان لا يتيسر ادراجها بمجرد القواعد المشهورة وموضوعه الالفاظ المذكورة من الحيثية المذكورة ومباديه مأخوذة من العلوم العربية وغرضه تحصيل ملكة تطبيق الالفاظ التى تترای بحسب الظاهر مخالفة لقواعد العرب وغايته حفظ القواعد العربية عن تطرق الاختلال والاحتياج الى

---

*Casim Ben Collubeghá Misri*, qui obiit anno 879 (inc. 18. Mai 1474). — 103. El-Ejwibet, responsa ad quaestiones Alexandri, qui unus fuit e regibus Tebricii, reddita a viro doctissimo et subtilissimo *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjani*, qui anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) decessit. Commemorat hoc opus *Sekháwi* ex relatione nepotis illius viri. — 104. El-Ejwibet, responsa ad decem quaestiones. Libellus a Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina* (Avicenna), qui anno 427 (inc. 5. Nov. 1025) obiit, compositus. Orditur sic: Laus Deo, qui opitulatur et inspirat etc. —

105. Ilm el-aháji we el-oghlutát. Doctrina logorum et lusus verborum.

Pertinet haec ad doctrinas secundarias lexicologiae, grammaticae et syntaxis. Vox *Aháji* pluralis est a singulari *Ohjiyyet*, eodem modo formatus, quo *Odhiyyet*; verbum, in cujus significato inesse videtur contradictio. Quaeritur autem in hac doctrina de vocibus, quae legibus linguae arabicae facie tenus repugnant, et de ratione illas cum his conciliandi, cum simplicibus et notis regulis non facile applicari possint. Objectum hujus doctrinae sunt illae ipsae voces, ubi eo modo, quo dictum est, leguntur. Ejus principia autem petuntur ex doctrinis linguae arabicae, et finis ejus est comparatio facultatis, voces, quae ad speciem regulis linguae arabicae repugnantes inveniuntur, iis accommodandi. Summus denique ejus finis est, leges linguae arabicae a vitiis irrepentibus tutas praestare. Est autem haec doctrina eam ob causam

هذا العلم من حيث انّ الفاظ العرب قد يوجد فيها ما يخالف قواعد العلوم العربيّة بحسب الظاهر بحيث لا يتيسّر ادراجها فيها بمجرد معرفة تلك القواعد فاحتيج الى هذا الفنّ وللعلّامة جار الله محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ تأليف لطيف فى هذا الفنّ سمّاه المحاجات وللشيخ علم الدين على بن محمد السخاوى الدمشقى المتوفى سنة ثلث واربعين وستمأئة شرح هذا المتن الدقيق التزم فيه ان يعقب كلّ احجيتى الزمخشرى بلغزين من نظمه وابو المعالى سعد بن على الوراق الخطرى المتوفى سنة ٥٦٨ صنّف فيه ايضا والسادسة والثلثون التى تعرف بالملطيّة من المقامات الحريريّة فى هذا المعنى فمنها للمثال شعر

يا من سما بذكآء     فى الفضل وارى الزناد
ما ذا يماثل قولى     جوع أمدّ بزاد

شعر

يا ذا الذى فاق فضلا     ولم يدنّسه شين
ما مثل قول المحاجى     ظهر اصابته عين

---

necessaria, quod voces in lingua Arabum inveniuntur, quae regulis doctrinarum arabicarum per speciem repugnare videntur, ita ut illas his legibus simplicis earum cognitionis ope applicare haud facile sit. Qua de causa haec doctrina omnino necessaria est. Vir doctissimus *Járallah Mahmud Ben Omar Zamakhshari*, qui anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) decessit, opus elegans de hac materia composuit illudque inscripsit *Mohaját.* Sheikh *Ilm-ed-din Ali Ben Mohammed Sekháwi Dimeshcki*, qui mortuus est anno 643 (inc. 29. Mai 1245), subtilem hujus libri orationem explicuit, in qua re eam sibi legem scripsit, ut singulis duobus *Zamakhshari*i logis duo aenigmata a se ipso versibus inclusa subjungeret. *Abu'lmeáli Sa'd Ben Ali Werrác Khatiri*, qui anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) obiit, de eadem re scripsit. Ex tricesimo sexto consessuum Haririanorum, *Meletiyet* inscripto et huc optime referendo, ut rem exemplo explanemus, versus hos depromamus:

O tu, qui excellis sagacitate; qui in eruditione ex ingenii ignitabulo scintillas excutis,
Quid respondet his verbis meis: Fames adjuta cibo?

Item:

O tu, qui eruditione praestas, et quem nullum dedecus contaminavit,
Quid respondet his verbis aenigmaticis: Dorsum, quod percussit oculus?

فطريق معرفة المماثلة فيه ان تنظر فيه جوع امدّ بزاد فتقابله بطوامير لان طوى مثل الجوع فى المعنى ومير مثل امدّ بزاد لانّ المير الامداد بالزاد وكذلك تقابل ظهر اصابته عين بقولك مطاعين فتجد المطا الظهر وعين الرجل اصيب بالعين فاذا تركّب الالفاظ بغير تقسيم يظهر لك معنى آخر وهو انّ الطوامير الكتب والواحد طومار والمطاعين جمع مطعان وهو كثير الطعن وعليه فقس

١٠٦ الاحاديث الثمانية الغالب عليها الثمانية العالية للشيخ تاج الدين على بن انجب الخازن البغدادىّ المتوفى سنة ٦٧٤ ١٠٧ الاحاديث الحسان فى فضل الطيلسان للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ألّفها جوابًا عن تعريض شخص بعد المناقشة معه فى مجلس الغورى لطى لسانه عن طيلسان ١٠٨ الاحاديث الضعيفة مجلّدات للشيخ مجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادىّ الشيرازى المتوفى

---

Ut rationem paronomasiae, quae his verbis inest, cognoscas, animadvertendum tibi est: Verba „*Juon umidda bizádin* (fames adjuta cibo)“ comparanda sunt cum voce *Tewamír*; *Tewa* enim idem significat quod *juon* (fames) et *mír* simile quod *umidda bizádin* (adjuta cibo); *mír* enim significat *imdád bilzádin* (adjuvare cibo). Eodem modo verba „*Tzahron asábat'ho ainon* (dorsum quod percussit oculus)“ cum voce *Metaín* comparanda sunt; *Metan* enim idem significat quod *tzahron* (dorsum) et *inon* virum, quem oculus malignus laesit. Quando haec verba uno tenore scribis, alius tibi sensus occurret; *Tewamír* enim, a singulari *tumár*, volumina significat, et *metaín* a singulari *mit'án* eum, qui multos hostes hasta confodit. Et ex hoc cetera judicanda sunt.

106. El-Ahadíth El-Themaniyet, traditiones, quae vulgo ogdoas praeclara appellari solent, auctore Sheikh *Táj-ed-dín Ali Ben Anjeb Khazín Baghdadi*, mortuo anno 674 (inc. 27. Jun. 1275). — 107. El-Ahadíth El-Hisán, tractatus de praestantia epomidis *Teilesan*, a Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, compositus, ut refelleret dicteria viri cujusdam, postquam, disceptatione ore tenus cum eo in consessu apud *Ghauri* instituta, eum contra usum epomidis *Teilesan* disputantem refutare studuerat. — 108. El-Ahadíth El-Dhaïfet, traditiones sublestae fidei, quas in voluminibus pluribus collegit Sheikh *Majd-ed-din Abu Tahir Mohammed Ben Yacub Firuzabádi Shirázi*, qui

سنة ٨١٧ ١٠٩ الاحاديث القدسيّة مختصر للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ ذكر فيه انّه لمّا وقف على الحديث المروى فى فضائل الاربعين بمكة سنة ٥٩٩ جمعها بشرط أن تكون من المسندة الى الله تعالى ثمّ اتبعها باربعين عن الله مرفوعة اليه غير مسندة الى رسول الله صلعم ثم اردفها باحد وعشرين حديثا فصارت واحدا ومأية حديث الهية وفيه الاتحافات السنيّة كما سبق [١١٠. الاحاديث القدسيّة لعلى القارى رسالة] ١١١ الاحاديث المنيفة فى السلطنة الشريفة رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ جمعها للاشرف وبيّن فضيلة القيام بالسلطنة وما ورد فيه من الاحاديث اولها الحمد لله العلى الشان الخ وسيوط من نواحى مصر وله ١١٢ احاسن الاقتناس فى محاسن الاقتباس ذكره فى الفهرس ١١٣ احاسن اللطائف فى محاسن الطائف للشيخ مجد الدين الفيروزابادى صاحب القاموس المذكور آنفا ١١٤ احاسن المحاسن للشيخ

---

anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) obiit. — 109. El-Ahadíth El-Codsiyet, traditiones divinae, quas Sheikh *Moh'yi-ed-dín Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, qui anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) decessit, in compendium redegit. Narrat in hoc, se, cum effatum prophetae traditum, quod merita ejus, qui fasciculum quadraginta traditionum colligit, commendat, Meccae anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) cognovisset, illas ea conditione collegisse, ut non nisi effata ad auctoritatem Dei relata commemoraret. His deinde alias quadraginta traditiones adjunxit divinas, a Deo ipso, tanquam ex primo fonte, repetitas, nulla ejus legati auctoritate interposita. His denique unam et viginti addidit, ita ut omnino ex traditionibus divinis centum et unam afferret. De iisdem vide opus *Ithafát Saniyet* supra commemoratum. — [110. El-Ahadíth El-Codsiyet, traditiones sanctae, tractatus, auctore *Ali El-Cari*]. — 111. El-Ahadíth El-Monífet, traditiones de Sultanatus majestate, quas Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, principi *Eshref* in tractatu collegit. Demonstrat ibi imperii sultanici dignitatem et affert traditiones, quae de hac re exstant. Incipit ita: Laus sit Deo dignitate suprema praedito etc. — 112. Ahásin el-ictinás, de pulchritudine artis, effata coranica et prophetica orationi intexendi. *Soyuti*, hujus quoque tractatus auctor, eum in catalogo scriptorum suorum commemorat. — 113. Ahásin el-letáïf, liber de virtutibus urbis *Taïf*, a Sheikh *Majd-ed-dín Firuzabadi*, *Camusi* auctore modo laudato, compositus. —

برهان الدين ابرهيم بن احمد الرمّى المتوفى سنة ٧٠٣ اختصره من صفوة الصفوة ١١٥ احاسن المحاسن فى المحاضرات للامام عبد الملك الثعالبى [المتوفى سنة ثلثين واربعمأئة] رتّب على اربعة وعشرين بابًا اوّله الحمد لله مرسل قطرات ينابيع الاحسان الخ جمع فيه محاسن النظم والنثر ١١٦ احاطة فى تأريخ غرناطة مجلّدات للشيخ لسان الدين محمد بن عبد الله ابن الخطيب القرطبى المتوفى سنة ست وسبعين وسبعمأئة وغرناطة بفتح الغين المعجمة وكسرها بلد من اندلس على مراحل من شرقى قرطبة ١١٧ الاحتجاج الشافى بالردّ على المعاند فى طلاق التنافى لطاهر بن يحيى اليمنىّ الّفه لمّا انكر ابو بكر الوعلى الحيلة فى الطلاق والربا وانشأ قصيدة فيهما فردّ عليه لكونه مخالفًا للفقه والوعل بفتح الواو وكسر العين من قرى اصفهان ١١٨ احتجاج القرّآء فى القرأة للشيخ شمس الدين محمد بن السرى المعروف بابن السراج النحوى المصرى المتوفى سنة ٣١٦ وللشيخ ابن مقسم محمد بن حسن النحوى المتوفى سنة ٣٤١ وللامام حسين بن محمد الراغب الاصفهانى ١١٩ الاحتجاج بقول ابى حنيفة رحمة

---

114. **Ahásin el-mehásin**, epitome libri *Safwat el-safwat*, a Sheikh *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Ahmed Rommi*, qui anno 703 (inc. 15. Aug. 1303) obiit, adornata. — 115. **Ahásin el-mehásin**, opus anthologicum, in quo Imam *Abd-el-melik Thealebi* [mortuus anno 430] sententias lepidas ligatae orationis et solutae per viginti quatuor capita collegit. Incipit verbis: Laus Deo, qui demisit guttas scaturiginum beneficientiae etc. — 116. **Ihátet**, historia Granadae pluribus voluminibus constans, auctore *Lisán-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ibn-elkhatíb Cordubi*, mortuo anno 776 (inc. 12. Jun. 1374). — 117. **El-Ihtijáj El-Shafi**, refutatio ejus, qui contrariae est sententiae de divortio ex mutua animorum alienatione orto (*Tilác el-tenáfi*). — *Tahir Ben Yah'ya Yemeni* hunc libellum composuit, cum *Abu Bekr Waïli* astum in divortio et fenore adhibendum reprobaret, et de utraque re Casidam componeret. Refutavit auctor hanc opinionem, quippe quae jurisprudentiae legibus esset contraria. *Waïl* autem vicus est Isfahani. — 118. **Ihtijáj el-corraï**, de textus coranici lectione varia, auctoribus Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben-elseri*, vulgo *Ibn-elserráj* dicto, Grammatico Aegyptio, mortuo anno 316 (inc. 25. Febr. 928), Sheikh *Ibn Mocsim Mohammed Ben Hasan* Grammatico, mortuo anno 341 (inc. 29. Mai. 952), et Imam *Hosein Ben Mohammed Raghib Isfahani*. — 119. **El-Ihtijáj**,

الله عليه للشيخ ابى العباس محمد بن عبد الله ابن عبدون الحنفى المتوفى ٢٩٩
١٢٠. الاحتجاج على مالك للامام محمد بن الحسن الشيبانىّ المتوفى سنة ١٨٩ والشيبانى نسبة الى بنى شيبان قبيلة

## ١٢١ علم الاحتساب

وهو علم باحث عن الامور الجارية بين اهل البلد من معاملاتهم التى لا يتمّ التمدّن بدونها من حيث اجرائها على القانون العدل بحيث يتمّ التراضى بين المعاملين وعن سياسة العباد بنهى المنكر وامر المعروف بحيث لا يؤدّى مشاجرات وتفاخر بين العباد بحسب ما رآه الخليفة من الزجر والمنع ومباديه بعضها فقهىّ وبعضها امور استحسانيّة ناشئة من رأى الخليفة والغرض منه تحصيل الملكة فى تلك الامور وفائدته اجرآء امور المدن فى المجارى على الوجه الاتمّ وهذا العلم من ادقّ العلوم لا يدركه الّا من له فهم ثاقب وحدس صائب اذ الاشخاص والازمان والاحوال ليست على وتيرة واحدة فلا بدّ لكلّ واحد من الازمان

---

argumentatio ex verbis Imami *Abu Hanifa*, cujus Deus misereatur, depromta, auctore Sheikh Hanefita *Abu'labbás Mohammed Ben Abdallah Ibn Abdun*, mortuo anno 299 (inc. 29. Aug. 911). — 120. El-Ihtijáj ala Malik, argumentatio contra Imam *Malik*, auctore Imam *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni*, mortuo anno 189 (inc. 8. Dec. 804). — *Sheibáni* autem nomen traxit a tribu *Beni Sheibán*.

## 121. Ilm el-ihtisáb. Doctrina praefecturae urbis.

Haec est doctrina illa, in qua de negotiis inter incolas urbis quaeritur, spectata eorum vitae et commerciorum conjunctione, sine qua civitas perfecte constitui et excoli nequit, quatenus illorum negotiorum administratio a legibus justis pendet, ita ut inter commercium habentes mutua officia perfecte praestentur. Deinde quaerit de ratione, qua cives eo, quod injustum defenditur et justum imperatur, regi possint, ita ut nullae controversiae et contentiones inter cives moveantur de eo, quod Khalifae vetare et interdicere placuit. Alia hujus doctrinae principia mere forensia sunt, alia ex decretis pendent, quae ex sententia Khalifae probabilia putantur. Finis ejus est perfecta harum rerum cognitio et tractatio, ejusque utilitas quaeritur in eo, ut res civiles quam optime ex ratione constituta administrentur. Haec doctrina admodum subtilis est et non nisi ab eo percipitur, qui intellectu acuto et judicio sano praeditus est. Etenim nec homines nec tempora nec rerum status unum eundemque modum sequuntur, ita ut quovis tempore et in quovis statu res peculiari modo tractandae et regendae sint. Hoc autem

والاحوال من سياسة خاصّة وذلك من اصعب الامور فلذلك لا يليق بمنصب الاحتساب الّا من له قوّة قدسيّة مجرّدة عن الهوى كعمر بن الخطاب رضى الله تعالى عنه ولذلك كان علما فى هذا الشان كذا فى موضوعات لطف الله وعرّفه المولى ابو الخير بالنظر فى امور اهل المدينة باجرآء ما رسم فى الرياسة وما تقرّر فى الشرع ليلًا ونهارًا سرًّا وجهارًا ثمّ قال وعلم الرياسة المدنيّة مشتملة على بعض لوازم هذا المنصب ولم نر كتابا صنّف فيه خاصّة وذكر فى الاحكام السلطانيّة ما يكفى انتهى ملخّصًا اقول فيه كتاب نصاب الاحتساب خاصّة ذكر فيه مؤلّفه انّ الحسبة فى الشريعة تتناول كلّ مشروع بقول الله سبحانه وتعالى كالآذان والاقامة واداء الشهادة مع كثرة تعدادها ولهذا قيل القضآء باب من ابواب الحسبة وفى العرف مختصّ بامور فذكرها الى تمام خمسين وفيه كتب يأتى ذكرها فى محلّها

١٢٢ الاحتفال بالاطفال رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى

---

negotium est difficillimum, qua de causa tantummodo is munus praefecti urbis suscipere debet, qui virtute altiore et ab omnibus cupiditatibus aliena instructus est, qualis *Omar Ben-elkhattáb* fuit; et propterea haec doctrina tantum habet dignitatis. — Hactenus dicta *Lutfallah* habet in opere suo *Maudhuát*. — Molla *Abu'lkheir* definit, eam esse curam rerum civilium, qua caveatur, ut ea, quae in doctrina de principatu praecepta et in lege divina statuta sint, die noctuque, clam et palam observentur. Deinde dicit, doctrinam principatus civilis nonnulla complecti hujus muneris officia, neque se vidisse librum, qui hanc rem ex professo tractet, attamen in opere *El-Ahkám El-Sultaniyet* de ea sufficienter disputatum esse. — Haec ille summatim. — Exstat autem de ea peculiariter liber *Nisáb el-ihtisáb*, quem qui scripsit, in eo haec ait: Nomen *Hisbet*, ubi de lege divina dicitur, comprehendit omnia, quae fieri Deus in lege jussit, qualia sunt publica precum indictio, precum observatio et stipis sacrae erogatio, confessionis fidei mohammedanae, quamvis saepissime iterandae, recta pronuntiatio; quare judicis quoque munus ex partibus illius *Hisbet* esse volunt, quanquam hoc ex usu recepto peculiaria quaedam munera comprehendit. — Haec munera deinde recenset, ita ut numerus quinquagenarius compleatur. Sed de judicis quidem munere libri peculiares exstant, de quibus loco suo dicemus.

122. El-Ihtifál bilatfál, tractatus de cura liberorum, a Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, com-

المتوفى سنة ٩١٢ اوردها فى حاوية تماما ١٢٣ احداث الزمان للشيخ ابى سليمان داود بن محمد الاودنى الحنفى المتوفى سنة واودنة بفتح الهمزة وضمها من قرى بخارا ١٢٤ احداق الاخيار فى اخلاق الاخيار لابى الفتح معافا بن اسمعيل الشيبانى الموصلى المتوفى سنة ٦٠٣ ١٢٥ احداق الحقائق فى النظم الرائق للشيخ محمد بن على السروجى المتوفى سنة [اربع واربعين وسبعمائة] ١٢٦ احزاب السادات ١٢٧ الاحسان فى فضيلة اعلام شعب الايمان للشيخ ابى محمد عبد الله البسطامى [١٢٨ احسن التطلاب فيما يلزم الشيخ والمريد من الآداب للمرصفى] ١٢٩ احسن التقاسيم فى معرفة الاقاليم مجلد اوله الحمد لله الذى خلق بقدرته الخ للشيخ شمس الدين ابى عبد الله محمد بن احمد المقدسى الحنفى المتوفى سنة وهو كتاب جليل القدر مرتب على الاقاليم العرفية ذكر فيه احوال الربع المعمور وبلاده وبره وبحره وجبله ونهره وطرقه ومسالكه ومعادنه وخواصه وقال انه لا بد منه للمسافرين ولا غنى عنه للعلماء والرؤساء وذكر انه جمعه بعد ما جال ودخل الاقاليم وتفطن مساحتها

---

positus, et libro suo *Hawi* totus insertus. — 123. **Ahdáth el-zemán**, eventa temporis, auctore Sheikh Hanefita *Abu Soleimán Davud Ben Mohammed Audeni* s. *Oudeni.* — 124. **Ahdác el-akhbár**, de moribus optimorum, auctore *Abu'lfatah Moáfa Ben Ismail Sheibáni Mausili*, mortuo anno 603 (8. Aug. 1206). — 125. **Ahdác el-hecáïc**, de optimo genere versificationis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Ali Seruji*, mortuo anno [744 (inc. 26. Mai 1343)]. — 126. **Ahzáb el-sadát**, agmina principum (ex Mohammed descendentium). — 127. **El-Ihsán**, de magna utilitate institutionis de diversis fidei sectis, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Bestami.* — [128. **Ahsan el-tetláb**, de virtutibus doctori et novitio necessariis, auctore *Marsafi.*] — 129. **Ahsan el-tecasím**, de cognitione climatum. Volumen incipiens verbis: Laus Deo, qui potentia sua creavit etc., auctore Sheikh Hanefita *Shems-eddín Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Mocaddesi*, mortuo anno .... Opus magni valoris, secundum climata ex usu communi recepta dispositum, in quo auctor quartam mundi partem habitatam, ejus urbes, terram continentem, maria, montes, flumina, tractus, vias, fodinas et virtutes proprias describit. Peregrinatoribus, inquit, illud maxime est necessarium, et viri docti et principes eo carere non possunt. Deinde dicit, se illud composuisse, postquam climata peragrasset eaque intrasset, dimensiones eorum parasangis descripsisset, et quae non ipse vidisset, ea se quaerendo ex homi-

بالفراسخ واستعان على ما لم يشاهده بالفحص عنه من الناس فما وقع اتّفاقهم عليه اثبته وما اختلفوا فيه نبذه والتى رأيتها نسخة كتبت سنة ۴۱۴ ] ۱۳۰ احسن التلقّى فى معرفة السير والترقّى للمرصفى] ۱۳۱ احسن الافعال ۱۳۲ احسن الحديث وهو شرح الاربعين بالتركيّة للامير الفاضل محمد بن محمد الشهير باوقچى زاده من مشاهير كتّاب الروم المتوفى سنة ۱۰۳۹ جمع فيه ما وافق الوزن من المتون وكذا فعل فى النظم المبين كما سيأتى وله فيه شعر

ار بعين كرم نكاه كنند     اربعين مرا افاضل روم

نشود همچو چلهٔ مردان     طالبان از فيوض او محروم

۱۳۳ احسن السلوك فى نظم من ولى مدينة زبيد من الملوك ارجوزة للشيخ عبد الرحمن بن على المعروف بابن الربيع اليمنى المتوفى سنة ۹۲۵ وديبع بفتح الدال والباء وله فيه بغية المستفيد كما سيأتى ۱۳۴ احسن الكلام المنتقى من ذمّ الكلام يأتى فى الذال

---

nibus studiose indagasse, omniaque, in quibus consensissent, se accurate exhibuisse, in quibus dissensissent, rejecisse. — Exemplar, quod vidi, scriptum erat anno 414 (inc. 26. Mart. 1023). — [130. Ahsan el-talaccki, de cognitione profectionis et ascensionis in via perfectionis spiritualis, auctore *Marsafi*]. — 131. Ahsan el-af'ál, praestantissima factorum. — 132. Ahsan el-hadíth, commentarius in quadraginta traditiones turcice scriptus ab Emir meritissimo *Mohammed Ben Mohammed* vulgo *Ocjizadeh* dicto, qui unus celeberrimorum Rumeliae scriptorum fuit et anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) obiit. Collegit in hoc libro eos locos orationis scriptorum prosaicae, qui numeros poëticos referunt; quod idem fecit in iis, qui aperte versus sunt, ut infra docebitur. Scripsit in eum versus hos:

Si oculo benigno librum meum *Arbaïna* adspicient viri eruditi Rumeliae,
Non tanquam per conclusionem in cella monasticam institutionibus ejus juvenes studiosi privabuntur.

133. Ahsan el-soluk, optima ratio in ordinandis regibus, qui urbi *Zebíd* imperarunt. *Arjuzet* (versus liberi) a Sheikh *Abd-el-rahman Ben Ali Yemeni* vulgo *Ibn-elrebi'* dicto, qui anno 925 (inc. 3. Jan. 1519) obiit, condita. De eadem urbe librum *Bugh'yet el-mostefíd* scripsit, de quo infra. — 134. Ahsan el-kelám, selecta ex opere *Dzamm el-kelam*, de quo in litera *Dzal.* —

١٣٥ احقاق للامام السيّد ابى القاسم بن يوسف السمرقندىّ المدنى صاحب كتاب النافع المتوفى سنة ٥٥٧ ١٣٦ احكام الاحكام فى اصول الاحكام للشيخ ابى الحسن على بن ابى على المعروف بسيف الدين الآمدى الشافعى المتوفى سنة ٦٣١ رتّب على اربع قواعد ١ فى مفهوم اصول الفقه ٢ فى الادلّة السمعيّة ٣ فى احكام المجتهدين ٤ فى الترجيح قيل انّه فرغ من تأليفه سنة ٦٢٥ نقل عن العلّامة الشيرازى انّ ابن الحاجب اختصر منه كتابه المسمّى بالمنتهى على ما سيأتى ١٣٧ احكام الاحكام فى شرح احاديث سيّد الآنام وهو شرح عمدة الاحكام يأتى فى العين ١٣٨ احكام الاسعاد من كتب النجوم لابى سعيد احمد بن محمد السنجرىّ ١٣٩ احكام الاشعار باحكام الاشعار مجلّد للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن ابن على ابن الجوزىّ المتوفى سنة ٥٩٧ ببغداد ورتّب على عشرة ابواب فيما يدلّ على مدحه وكراهته وما روى عن الانبياء وما سمعه رسول الله صلعم منه وما تمثّل به الصحابة وما روى عن الخلفاء وعن العلماء والعشّاق والزهّاد وما حفظه من المنام وفى ابيات حكميّة وفرغ من

---

135. **Ihcác.** Auctor est Imam *Seyyid Abu'lcasim Ben Yusuf Samarcandi Medeni*, qui idem librum *Nafi'* scripsit et anno 557 (inc. 21. Dec. 1161) obiit. — 136. **Ihkám el-ahkám**, de principiis judiciorum. Auctor, Sheikh Shafiita *Abu'lhasan Ali Ben Abi Ali Amidi*, vulgo *Seif-ed-din* dictus et anno 631 (inc. 7. Oct. 1233) defunctus, hunc librum in quatuor fundamenta disposuit: De eo, quod intelligendum est per principia juris — de argumentis, quae ducuntur ex auctoritate positiva — de iis, quae a summis doctoribus (*Mujtehidun*) observata sunt — de majori minorive auctoritate doctorum inter se comparanda. Opus absolutum esse dicitur anno 625 (inc. 12. Dec. 1227). Ut quidem doctissimus *Shirázi* refert, *Ibn Hajib* ex illo libro compendium suum confecit, inscriptum *Montehi*, ut infra dicetur. — 137. **Ihkám el-ahkám**, explicatio traditionum domini hominum. Commentarius operis *Umdet el-ahkám*, de quo in litera *Aïn* videndum. — 138. **Ahkám el-as'ád**, liber astrologicus, auctore *Abu Saíd Ahmed Ben Mohammed Sinjari*. — 139. **Ahkám el-ish'ár** de pretio poëseos. Volumen, ab auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi*, qui anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) Baghdadi obiit, per decem capita digestum: De iis, quae probant, poësin vel laudandam vel reprobandam esse — dicta a prophetis pronunciata — quae ex iis legatus Dei (Mohammed) audivit — apophthegmata quae socii prophetae ediderunt — dicta a Khalifis — viris doctis — amantibus (mysticis) — ascetis pronunciata — visa somnii quae auctor memoria tenuerat — versus didactici. — Absolu-

تأليفه فى ذى الحجّة سنة ٥٧٥ ١٤٠. احكام الاشعار باحكام الاشعار رسالة لشمس الدين محمد بن يوسف الشهير بابن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ ١٤١ احكام الاعوام فارسى مجلّد لعلى شاه بن محمد المعروف بعلآء المنجّم البخارى اوّله الحمد لله العليم الخ جمعها من تأليفات ابى معشر وغيره ورتّب على مقالتين الاولى فى اعمال التيسير والثانية فى الاحكام ١٤٢ احكام الجدل والمناظرة على اصطلاح الخراسانيّين والعراقيّين للشيخ ابى المعالى احمد بن هبة الله المدائنىّ المتوفى سنة ٦٥٦ ١٤٣ احكام الخنثى للشيخ ابن مسلم الدمشقىّ من تلامذة الامام الغزالىّ الشافعى وللقاضى ابى الفتوح عبد الله بن محمد بن ابى عقامة الشافعى اليمنى قال النووىّ هو كتاب لطيف فيه نفائس حسنة ولم يسبق الى تصنيف مثله انتهى وللامام جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوىّ الشافعىّ المتوفى سنة ٧٧٢ واسنا بفتح الهمزة بلد بصعيد مصر الاعلى وللشيخ عماد الدين حسين بن محمد الشافعى المتوفى سنة ٧٧٧ ١٤٤ احكام تحاويل سنى العالم ليحيى بن محمد بن ابى الشكر المغربى وهو

---

tum est opus mense Dzu'lhijjet anni 575 (inc. 8. Jun. 1179). — 140. **Ahkám el-ish'ár**, de pretio poëseos. Tractatus Sheikhi *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicti et mortui anno 971 (inc. 21. Aug. 1563). — 141. **Ahkám el-awám**, opus astrologicum. Volumen persice ab *Ali Shah Ben Mohammed Bokhari*, vulgo *Alá el-monajjim* dicto, conscriptum et ita incipiens: Laus Deo scienti etc. Collegit auctor illud ex operibus *Abu Ma'shari* aliorumque, et in duas sectiones disposuit, quarum prior de operationibus, quae felicem successum efficiunt, posterior de astrologia judiciaria agit. — 142. **Ahkám el-jadl we el-monatzarat**, praecepta theologiae controversae et dialecticae secundum technologiam Khorasanicorum et Iracanorum, auctore Sheikh *Abu'lmeáli Ahmed Ben Hibatallah Medáïni*, mortuo anno 656 (inc. 8. Jan. 1258). — 143. **Ahkám el-khontha**, statuta de hermaphroditis. Plures de hac re scripserunt, ut Sheikh *Ibn Moslim Dimeshcki*, unus ex discipulis Imami Shafiitae *Ghazáli* — Cadhi Shafiita *Abu'lfatuh Abdallah Ben Mohammed Ben Abi Acáma Yemeni*, cujus librum *Newewi* elegantem appellat et pulchris facetiis plenum, et illum a nullo praestantia superatum esse contendit; — deinde Imám Shafiita *Jemál-ed-din Abd-el-rehím Ben Hasan Esnewi* (ab Esne, urbe in Aegypto superiori), mortuus anno 772 (inc. 26. Jul. 1370), et Sheikh Shafiita *Imád-ed-din Hosein Ben Mohammed*, mortuus anno 777 (inc. 2. Jun. 1375). — 144. **Ahkám tehawíl saní el-álem**, statuta conversionum annorum mundi, auctore

على مقدّمة وثلاثة وعشرين بابًا وخاتمة اوله امّا بعد حمد الله الخ ولابى معشر البلخى فى سبع مقالات ولاميربك ولاحمد بن عبد الجليل السنجرى ١٤٥ احكام الدلالة على تحرير الرسالة وهو شرح الرسالة القشيريّة يأتى فى الرآء ١٤٦ احكام الرأى فى احكام الآى للشيخ شمس الدين محمد بن عبد الرحمن ابن الصائغ الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٦ ١٤٧ احكام الرمى والسيف للشيخ تاج الدين احمد بن عثمان ابن التركمانىّ الحنفىّ المتوفى سنة ٧٤٤ ١٤٨ احكام الشيعة فى القرآآت السبعة للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطىّ المتوفى سنة ٧٨٨ ١٤٩ احكام السلاطين فارسىّ لقوام الدين يوسف بن الحسن الحسينى الرومى المعروف بقاضى بغداد المتوفى فى بضع وتسعمائة ١٥٠ الاحكام السلطانيّة مجلّد اوّله الحمد لله الذى اوضح لنا معالم الدين الخ للشيخ الامام ابى الحسن على بن محمد الماوردى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠ رتّب على عشرين بابًا ومختصره للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ والماوردى نسبة الى بيع

---

*Yah'ya Ben Mohammed Ben Abi'lshakr Maghrebi.* Opus in praefationem, viginti tria capita et conclusionem divisum, et incipiens verbis: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus etc. Libros ejusdem tituli composuerunt *Abu Ma'shar Balkhi*, cujus opus septem sectiones complectitur; porro *Emirbek* et *Ahmed Ben Abd-el-jelíl Sinjari.* 145. Ihkám el-dilálet ala tehrír el-risálet, commentarius operis *Risálet Cosheiriyet*, de quo vide in litera *Ra.* — 146. Ihkám el-raï, de mysteriis versuum coranicorum, auctore Sheikh Hanbalita *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Ibn-elsaïgh*, mortuo anno 776 (inc. 12. Jun. 1374.) — 147. Ahkám el-ram'i we el-seif, regulae jaculandi et digladiandi, auctore Sheikh Hanefita *Táj-ed-dín Ahmed Ben Othman Ibn-elturkemani*, mortuo anno 744 (inc. 26. Mai. 1343). — 148. Ahkám el-shi'et, statuta Shiitarum de septem recensionibus Corani, auctore Sheikh *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, mortuo anno 788 (inc. 2. Febr. 1386). — 149. Ahkám el-selatín, statuta Sultanorum. Liber persicus, quem Sheikh *Ckiwám-ed-din Yusuf Ben-elhasan Hoseini Rumi*, vulgo *Cadhi Baghdad* (Judex Baghdadensis) dictus et initio seculi decimi mortuus, composuit. — 150. El-Ahkám El-Sultaniyet, statuta sultanica. Volumen per viginti capita dispositum et verbis incipiens: Laus Deo, qui nobis signa religionis manifestavit etc. Auctore Sheikh Shafiita Imam *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Mawerdi* (a vendenda aqua rosacea „*Mawerd*“), mortuo anno 450 (inc. 28. Febr. 1058). — Epitomen hujus libri adornavit Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, mortuus

الماورد ١٥١ الاحكام السلطانيّة للشيخ الامام ابى يعلى محمد بن الحسين الفرّآء الحنبلى المتوفى ببغداد سنة ٤٥٨ والفرّآء من عمل الفرو ١٥٢ احكام الصغار مجلّد اوّله الحمد لله الذى بهرت حجّته الخ للشيخ الامام مجد الدين ابى الفتح محمد بن محمود الاسروشنى الحنفى المتوفى سنة ٦٣٢ وهو صاحب الفصول المشهور وقد سمّى كتابه هذا بجامع الصغار لكنه لم يعرف به واسروشنه بضم الهمزة والرآء المهملة وفتح الشين المعجمة والنون اسم اقليم بما ورآء النهر ١٥٣ الاحكام الصغرى فى الحديث للشيخ الامام الحافظ عماد الدين ابى الفدا اسمعيل بن عمر ابن كثير الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٤ وللشيخ عبد الحقّ بن عبد الرحمن ابن خراط الاشبيلى المتوفى سنة ٥٨٢ ببجاية شرحه الشيخ صدر الدين محمد بن عمر ابن المرحل المصرى المتوفى سنة ٧١٦ كتب منه ثلاث مجلّدات واشبيليّة وبجاية بكسر اوّلهما بلدان باندلس ١٥٤ الاحكام العلائيّة فى الاعلام السماويّة فارسىّ مختصر فى الاختيارات النجوميّة للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازىّ المتوفى برى سنة ٦٠٦ الّفه للسلطان علآء

---

anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). — 151. El-Ahkám El-Sultaniyet, auctore Sheikh Hanbalita Imam *Abu Yali Mohammed Ben-elhosein Ferrá* (i. e. pellio), mortuo Baghdadi anno 458 (inc. 3. Dec. 1065). — 152. Ahkám el-sighár. Composuit hoc volumen, quod verbis incipit: Laus Deo, cujus probatio praecellit etc., Sheikh Hanefita Imam *Majd-ed-din Abu'lfatah Mohammed Ben Mahmud Osrusheni*, qui anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) obiit, et auctor etiam est libri celeberrimi *Fosul.* Hoc nostrum opus inscripsit *Jami' el-sighár*, neque tamen illud sub hoc titulo innotuit. *Osrushenah* autem plaga est Transoxana. — 153. El-Ahkám El-Soghra, statuta parva. Traditiones, quas sub hac inscriptione collegerunt Hafitz Shafiita Sheikh Imam *Imád-ed-din Abu'lfeda Ismaïl Ben Omar Ibn Kethír Dimeshcki*, mortuus anno 744 (inc. 26. Mai 1343), et Sheikh *Abd-el-hacc Ben Abd-el-rahman Ibn Kharrát Ishbíli*, mortuus Bugiae anno 582 (inc. 24. Mart. 1186). Hujus librum commentatus est Sheikh *Sadr-ed-din Mohammed Ben Omar Ibn Morhal Misri*, qui anno 716 (inc. 26. Mart. 1316) obiit, et tria commentarii sui volumina perscripsit. — 154. El-Ahkám El-Alaïyet, de signis coelestibus. Compendium de electione horarum superstitiosa astrologica persice scriptum. Imám *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Razi*, qui Rayae anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) obiit, composuit illud Sultano *Alá-ed-dín Mohammed Ben Khowarezmshah*, qua de causa sub titulo *El-*

الدين محمد بن خوارزم شاه ولذلك اشتهر بالاختيارات العلائيّة ورتّب على مقالتين آ في الكلّيات المثاليّة ٢ في الجزئيّات ثم عرّبه بعضهم واوّل المعرّب الحمد لله على سوابغ الآئه الخ ١٥٥ احكام الفصول في احكام الاصول لابي الوليد سليمان بن حلف المالكيّ الباجيّ المتوفي سنة ٤٧٤ وباجه من بلاد الاندلس ١٥٦ احكام القران للامام المجتهد محمد بن ادريس الشافعي المتوفي بمصر سنة ٢٠٤ وهو اوّل من صنّف فيه وللشيخ ابي الحسن على بن الحجر السعديّ المتوفي سنة ٢٤٤ وللقاضي الامام ابي اسحق اسمعيل بن اسحق الازدي البصري المتوفي سنة ٢٨٢ وللشيخ ابي الحسن على بن موسى ابن يزداد العمي الحنفي المتوفي سنة ٣٠٥ وللشيخ الامام ابي جعفر احمد بن محمد الطحاوي المتوفي سنة ٣٢١ وللشيخ ابي محمد القاسم بن اصبع القرطبي النحوي المتوفي سنة ٣٤٠ وللشيخ الامام ابي بكر احمد بن على المعروف بالجصّاص الرازي الحنفي المتوفي سنة ٣٧٠ وللشيخ الامام ابي الحسن على بن محمد المعروف بالكياهراسي الشافعي البغدادي المتوفي سنة ٥٠٤ وللقاضي ابي بكر محمد بن عبد

---

habet, quam terra ad motum, sive omnia spectes sive singula. Hic tremor praecursor est morbi, qui membro trementi accidet, ita ut ex humore oriatur, qui vapori moventi analogus est secundum opinionem probabilissimam et omnium consensu. Galenus dicit: Membrum tremens omnium membrorum sanissimum est, nam si non forte esset, vapores sub eo non conspissarentur, ut illi in terra non condensantur, nisi sub montibus et iis quae eorum similia sunt. Adjicit tamen, huic opinioni errorem inesse, ex regulis physices male intellectis enatum, causam enim primam, cur hi vapores sub illo membro se accumulent, esse densationem pororum ex eorum obstructione ortam, non vero corporis firmitatem vel infirmitatem, hinc tremorem non accidere in terra molli, quamvis humus sit sana; — secundam, quod videmus, materiam nonnisi in membra infirma effundi; — tertiam, quod tremore illo praecipue ii afficiuntur, qui raro corpus aqua abluant et fricent, non vero vice versa. — Multi viri docti ex cognitione illius tremoris doctrinam formarunt, et praesagia ex eo deduxerunt. Persae, Iracani, Indi, ut *Temtem*, et *Euclides* ejus auctores habentur, et dicta *Jafari Ben Mohammed El-Sádic* et *Alexandri* de illa doctrina feruntur, quanquam de hac auctoritate non constat, sed tamen fieri potest, ut argumentum illorum dictorum verum sit. Membri enim trementis motus potest ex motu stellae ei respondentis pendere, ut ex eo, quod te de vi reciproca corporum superiorum et inferiorum sub voce *Ahkám* docuimus, apparet. — Haec Galenus. — Libelli laudati suo loco fusius describuntur.

٢٥١ اختلاف ابى حنيفة والاوزعى ٢٥٢ اختلاف الازمنة واصلاح الاغذية لبقراط ٢٥٣ اختلاف اصول المذاهب لابى حنيفة نعمان بن عبد الله الامامى الّفه نصرة لمذهبه ٢٥٤ اختلاف الحديث للامام محمد بن ادريس الشافعى المتوفى سنة ٢٠٤ ذكره ابن حجر فى المجمع المؤسس ولابى بكر عبد الله بن مسلم المعروف بابن قتيبة المتوفى سنة ٢٦٣ ولابى يحيى زكريا بن يحيى الساجى الحافظ المتوفى سنة ٣٠٧ ٢٥٥ اختلاف زفر ويعقوب لبعض الفقهآء ومختصره ذكره الكشى فى مجموع النوازل ٢٥٦ اختلاف العلمآء صنّف فيه جماعة منهم الامام ابو جعفر احمد بن محمد الطحاوى الحنفى المتوفى سنة ٣٢١ ويقال له اختلاف الروايات وهو فى مأئة ونيف وثلثين جزءا وقد اختصره الامام ابو بكر احمد بن على الجصّاص الحنفى المتوفى سنة ٣٧٠ ومنهم ابو على الحسين بن خطير النعمانى المتوفى سنة ٥٩٨ جمع اختلاف الصحابة والتابعين والفقهآء ومحمد بن محمد الباهلى الشافعى المتوفى سنة ٣٢١ وابو مظفر

---

251. **Ikhtiláf**, varietas doctrinae Imami *Abu Hanifa* et *Auzaï*. — 252. **Ikhtiláf el-azminet we isláh el-aghdiyet**, varietas temporum et recta alimentorum compositio, auctore *Hippocrate*. — 253. **Ikhtiláf osúl el-medzáhib**, varietas principiorum disciplinarum. Apologia, qua *Abu Hanifa Nomán Ben Abdallah El-Imámi* suam disciplinam defendit. — 254. **Ikhtiláf el-hadíth**, varietas traditionum, auctoribus Imám Shafiita *Mohammed Ben Idrís*, mortuo anno 204 (inc. 28. Jun. 819), cujus librum *Ibn Hajr* in opere *El-Mojmi' El-Mowassis* laudat, *Abu Bekr Abdallah Ben Moslim*, vulgo *Ibn Coteiba* dicto et mortuo anno 263 (inc. 24. Sept. 876), et Hafitz *Abu Yah'ya Zakariya Ben Yah'ya Saji*, mortuo anno 307 (inc. 3. Jun. 919). — 255. **Ikhtiláf Zofar we Yacub**, varietas inter Zofar et Yacub, auctore quodam Jurisconsulto. Exstat quoque hujus libri epitome, quod *Keshi* in opere *Mejmu' el-newázil* laudat. — 256. **Ikhtiláf el-olamá**, variae virorum doctorum disciplinae, de quibus multi scripserunt, ut Imam Hanifita *Abu Jafar Ahmed Ben Mohammed Tehâwi*, mortuus anno 321 (inc. 1. Jan. 1033), cujus opus *Ikhtiláf el-riwayát* inscriptum, et per centum triginta et plures fasciculos divisum est. In epitomen illud coëgit Imam Hanifita *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Jessás*, qui anno 370 (inc. 17. Jul. 980) decessit. *Abu Ali Hosein Ben Khatír Nománi*, qui anno 598 (inc. 1. Oct. 1201) obiit, varias opiniones sociorum prophetae eorumque qui his proximi erant, et Jurisconsultorum collegit. — Shafiita *Mohammed Ben Mohammed Bahili*, mortuus anno 321 (inc. 1. Jan. 933), Vezirus *Abu Motzaffer*

يحيى بن محمد بن هبيرة الوزير المتوفى سنة ٥٥٥ والامام محمد بن محمد المعروف بابن جرير الطبرى المتوفى سنة ٣١٠ لم يذكر فيه مذهب احمد بن حنبل وقال لم يكن احمد فقيهًا انّما كان محدّثًا انتهى ولذلك رموه بعد موته بالرفض والامام ابو بكر محمد بن منذر النيسابورى الشافعى المتوفى سنة ٣٠٩ قال الشيخ ابو اسحاق الشيرازى فى طبقاته صنّف فى اختلاف العلمآء كتبا لم يصنّف احد مثلها واحتاج الى كتبه الموافق والمخالف منها كتاب الاشراف وهو كتاب كبير من احسن الكتب وانفعها انتهى ومنهم ابو بكر الطبرى اللؤلؤىّ الحنفى من اصحاب محمد بن شجاع

٢٥٧ اختلاف العلمآء فى النفس والروح لابى محمد مكىّ بن ابى طالب القيسى المتوفى سنة ٤٣٧ وهو مختصر فى جزء وله اختلافهم فى عدد الاعشار واختلافهم فى الذبح كلّ منها جزء

٢٥٨ اختلاف المصاحف للامام ابى خاتم سهل بن محمد السجستانى المتوفى سنة ٢٤٨

٢٥٩ اختلاف النحاة للشيخ ابى العباس احمد بن يحيى المعروف بالثعلب

---

***Yah'ya Ben Mohammed Ben Hobeira***, qui anno 555 (inc. 12. Jan. 1160) obiit, et Imam ***Mohammed Ben Mohammed Taberi***, vulgo ***Ibn Jerír*** dictus et anno 310 (inc. 1. Mai. 922) mortuus, de eadem re scripserunt; hic tamen scholam Imami ***Ahmed Ben Hanbal*** eam ob causam in opere suo non tetigisse fatetur, quod Ahmed non Jurisconsultus, sed merus Traditionarius sit. Hinc post mortem culpam haeretici sibi contraxit. Sheikh ***Abu Is'hác Shirázi*** in opere suo ***Tabacát*** dicit, Imamum Shafiiticum ***Abu Bekr Mohammed Ben Mondzir Nisaburi***, anno 309 (inc. 12. Mai. 921) defunctum, opera de variis virorum doctorum disciplinis scripsisse tam praestantia, quam nullus alius scripserit, neque qui vel consentiat vel dissentiat, iis carere posse, ut ***El-Ishráf***, volumen magnum et inter libros praestantissimos et utilissimos censendum. — Haec ille. — Denique laudandus est Hanefita ***Abu Bekr Taberi Lului***, qui discipulus fuit ***Mohammed***is ***Ben Shojá'***. — 257. **Ikhtiláf el-olamá fi el-nefs we el-ruh**, variae virorum doctorum sententiae de anima et spiritu, quas ***Abu Mohammed Mekki Ben Abi Tálib Caisi***, mortuus anno 437 (inc. 19. Jul. 1445), in fasciculo compendiose collegit. Idem in fasciculis singularibus varias eorum sententias tam de numero decimarum, quam de mactandis hostiis recensuit. — 258. **Ikhtiláf el-mesáhif**, varietas exemplarium Corani, auctore Imam ***Abu Khátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni***, mortuo anno 248 (inc. 7. Mart. 862). — 259. **Ikhtiláf el-nuhát**, variae disciplinae Grammaticorum, auctoribus Sheikh ***Abu'labbás Ahmed Ben Yah'ya*** Grammatico, vulgo ***Thaleb*** dicto et anno 291 (inc.

النحوى المتوفى سنة ٢٩١ وللشيخ ابى الحسين احمد بن فارس اللغوى المتوفى سنة ٣٩٥ ٢٦٠ الاختلافات الواقعة فى المصنّفات لنجم الدين ابرهيم بن على الطرسوسى الحنفى المتوفى سنة ٧٥٨ ٢٦١ اختيار اعتماد المسانيد فى اختصار اسمآء بعض رجال الاسانيد وهو مختصر جامع المسانيد يأتى فى الجيم ٢٦٢ اختيار فى علم الاخبار لابى العباس احمد بن مسعود القرطبى الخزرجى المتوفى سنة ٦٠١ ٢٦٣ اختيار شرح المختار يأتى فى الميم ٢٦٤ اختيار فيما اعتبر من قرآآت الابرار للشيخ جمال الدين حسين بن على الحصنى الّفه سنة ٩٥٤ ٢٦٥ اختيارات فى الفقه للشيخ الامام عبد الله بن يحيى بن ابى الهيثم ولابى عبد الله محمد بن ازهر ويقال مختارات على الجمالى ايضا وسيأتى ٢٦٦ اختيارات البديعى فى الادوية المفردة والمركّبة فارسى للشيخ على بن حسين الانصارى المشتهر بحاجى زين العطّار الّفه سنة ٧٧٠ ورتّب على مقالتين الاولى فى المفردات والثانية فى المركّبات

---

24. Nov. 903) mortuo, et Sheikh *Abu'lhosein Ahmed Ben Fáris* Lexicologo, mortuo anno 395 (inc. 18. Oct. 1004). — 260. **El-Ikhtilafát El-Wackiet fi el-mosannefát**, varietates quae in operibus occurrunt, auctore Hanefita *Nejm-ed-din Ibrahim Ben Ali Tarsusi*, mortuo anno 758 (inc. 25. Dec. 1357). — 261. **Ikhtiyár itimád el-mesaníd**, compendiosa recensio nominum nonnullorum virorum, qui effata prophetica tradiderunt. Est epitome libri *Jámi' el-mesaníd*, de quo vide in litera *Jim*. — 262. **Ikhtiyár**, de doctrina traditionum (s. historiarum), auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mes'ud Cordubi Khazreji*, mortuo anno 601 (inc. 29. Aug. 1204). — 263. **Ikhtiyár**, commentarius libri *Mokhtár*, de quo vide in litera *Mím*. — 264. **Ikhtiyár**, de virorum proborum recensionibus Corani, quae in censum veniunt. Composuit hunc librum Sheikh *Jemál-ed-dín Hosein Ben Ali Hisni*, qui anno 954 (inc. 21. Febr. 1547) defunctus est. — 265. **Ikhtiyarát**, de jurisprudentia, auctoribus Sheikh Imám *Abdallah Ben Yah'ya Ben Abi'lheithem* et *Abu Abdallah Mohammed Ben Azhar*. Hic liber inscribitur quoque *Mokhtarát Ali El-Jemáli*, de quo infra sermo erit. — 266. **Ikhtiyarát El-Bedíi**, de medicamentis simplicibus et compositis. Persice. Composuit hunc librum, duabus sectionibus constantem, quarum prior de simplicibus, posterior de compositis agit, Sheikh *Ali Ben Hosein Ansári*, vulgo *Haji Zein-elattár* cognominatus, anno 770 (inc. 16. Aug. 1368). —

٢٦٧ علم الاختيارات

وهو من فروع علم النجوم وهو علم باحث عن احكام كلّ وقت وزمان من الخير والشرّ واوقات يجب الاحتراز فيها من ابتداء الامور واوقات يستحبّ فيها مباشرة الامور واوقات يكون مباشرة الامور فيها بين بين ثم كلّ وقت له نسبة خاصّة ببعض الامور بالخيريّة وببعضها بالشرّيّة وذلك بحسب كون الشمس فى البروج والقمر فى المنازل والاوضاع الواقعة بينهما من المقابلة والتربيع والتسديس وغير ذلك حتى يمكن بسبب ضبط هذه الاحوال اختيار وقت لكلّ امر من الامور التى تقصدها كالسفر والبناء وقطع الثوب الى غير ذلك من الامور ونفع هذا العلم بيّن لا يخفى على احد انتهى ما ذكره المولى ابو الخير فى مفتاح السعادة وفيه كتب كثيرة منها كتاب بطلميوس وواليس المصرى ودروثيوس الاسكندرانى وكتاب ابى معشر البلخى وكتاب عمر بن فرخان الطبرى وكتاب احمد بن عبد الجليل السنجرى وكتاب محمد بن ايّوب الطبرى وكتاب يعقوب بن على القصرانى رتّب على مقالتين وعشرين باباً

---

**267. Ilm el-ikhtiyarát. Doctrina electionis dierum superstitiosae.**

Haec est species astrologiae subjecta, eaque doctrina, quae in vires beneficas et maleficas cujusvis momenti et temporis, ideoque tam in momenta inquirit, quibus ne negotia aggrediamur cavendum est, quam in ea, quae ad illa inchoanda faustissima sunt, et denique in ea, ubi perinde est, utrum rem aggrediamur nec ne. Deinde quodvis momentum speciatim adscriptum est quibusdam negotiis, aliis ad felicem successum, aliis ad infelicem, et id quidem, quatenus sol in hoc illove Zodiaci signo, et luna in hac illave mansione versatur, et quatenus haec duo sidera aut sibi invicem opposita sunt, aut quadratum tetragonum, aut sextilem et quae sunt aliae figurae, formant, ita ut quis ope certae cognitionis harum stationum momentum ad opus quodcunque, quod aggredi cupit, sibi eligere possit, sive hoc sit iter, sive aedificium exstruendum, sive pannus ad vestem conficiendam secandus, sive aliud quid. Utilitas hujus doctrinae manifesta nemini non apparet. Haec sunt, quae Molla *Abu'lkheir* in *Miftáh el-seádet* profert. — Multi viri docti de hac doctrina libros reliquerunt, ut *Ptolemaeus*, *Valens Aegyptius*, *Dorotheus Alexandrinus*, *Abu Ma'shar Balkhi*, *Omar Ben Forhan Taberi*, *Ahmed Ben Abd-el-jelil Sinjari*, *Mohammed Ben Ayyub Taberi*, *Yacub Ben Ali Casráni*, qui opus suum in duas sectiones et viginti

وكتاب كوشيار بن لبان الجيلى وكتاب سهل بن نصر وكتاب كنكه الهندى وكتاب ابن على الخياط وكتاب الفضل بن بشر وكتاب احمد بن يوسف وكتاب الفضل بن سهل وكتاب نوفل الحمصى وكتاب ابى سهل ماجور واخويه وكتاب على بن احمد الهمدانى وكتاب الحسن بن الخصيب وكتاب ابى الغنائم بن هلال وكتاب هبة الله بن شمعون وكتاب ابى نصر بن على القمى وكتاب ابى نصر القبيصى وكتاب ابى الحسن بن على بن نصر واختيارت الكاشفى فارسى على مقدّمة ومقالتين وخاتمة والاختيارات العلائيّة المسمّاة بالاحكام العلائيّة فى الاعلام السماويّة وقد سبق

---

٢٦٨ اختيارات ابى الشكر يحيى بن محمد المغربى وغير ذلك ٢٦٩ اختيارات المظفر فارسى فى الهيئة للعلّامة قطب الدين محمد بن مسعود الشيرازى الّفه لمظفر الدين يولق ارسلان وهو كتاب مفيد مشتمل على اربع مقالات الاولى فى المقدّمات والثانية فى هيئة الاجرام العلويّة والثالثة فى هيئة الارض والرابعة فى ابعاد الاجرام حرّر فيه ما اشكل على المتقدّمين وحلّ مشكلات المجسطى وذكر انّه الّفه بعد ما صنّف نهاية الادراك لتعيين المذهب المختار

---

capita divisit, *Kushiyar Ben Lebbán Jili*, *Sahl Ben Nasr*, *Kenkeh Indus*, *Ibn Ali Khayyát*, *El-Fadhl Ben Beshr*, *Ahmed Ben Yusuf*, *El-Fadhl Ben Sahl*, *Naufal Emessenus*, *Abu Sahl Majur* ejusque fratres, *Ali Ben Ahmed Hemdáni*, *El-Hasan Ben-elkhasib*, *Abu'lghanáïm Ben Hilál*, *Hibetallah Ben Simeon*, *Abu Nasr Ben Ali Commi*, *Abu Nasr Cabisi*, *Abu'lhasan Ben Ali Ben Nasr*. Praeterea commemoratur liber persicus *Ikhtiyarát*, auctore *Cashifi*, prooemio, duabus sectionibus et conclusione constans, et liber *El-Ikhtiyarát El-Aláïyet*, inscriptus *El-Ahkám El-Aláïyet fi el-álám el-semawiyet*, qui jam antea laudatus est.

268. Ikhtiyarát *Abi'lshakr*i *Yah'ya Ben Mohammed Maghribi* et quae sunt alia. — 269. Ikhtiyarát El-Motzaffer, persice. Liber de astronomia admodum utilis, quem vir eruditissimus *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mes'ud Shirázi* in usum *Motzaffer-ed-din*i *Yewlac Arslan* composuit. Divisus est in quatuor sectiones. Prima agit de prolegomenis, secunda de figuris corporum superiorum, tertia de forma terrae, quarta de distantiis corporum coelestium. Explicuit in hoc libro res difficiliores, quas majores in dubio reliquerant, et explanavit locos obscuriores Almagesti, seque illum composuisse dicit opere *Niháyet el-idrák* absoluto, ut, quam disciplinam prae ceteris amplexus sit, explicaret, et partem harum meditationum

وخلاصة تلك الافكار. ٢٧٠ الاخطار فى ركوب البحار للامام ابى سعد عبد الكريم بن محمد ابن السمعانى الحافظ المتوفى سنة ٥٦٢

## ٢٧١ علم الاخلاق

وهو قسم من الحكمة العمليّة قال ابن صدر الدين فى الفوائد الخاقانيّة وهو علم بالفضائل وكيفيّة اقتنائها ليتحلّى النفس بها وبالرذائل وكيفيّة توقّيها ليتخلّى عنها فموضوعه الاخلاق والملكات والنفس الناطقة من حيث الاتّصاف بها وههنا شبهة قويّة وهى انّ فائدة هذا العلم انّما تتحقّق اذا كانت الاخلاق قابلة للتبديل والتغيير والظاهر خلافه كما يدلّ عليه قوله عليه الصلوة والسلام الناس معادن كمعادن الذهب والفضّة خياركم فى الجاهليّة خياركم فى الاسلام وروى عنه عليه الصلوة والسلام ايضا اذا سمعتم بجبل زال عن مكانه فصدّقوه واذا سمعتم برجل زال عن خلقه فلا تصدّقوه فانّه سيعود الى ما جبل عليه وقوله عزّ وجلّ الّا ابليس كان من الجنّ ففسق عن امر ربّه ناظر اليه ايضا وايضا الاخلاق تابعة للمزاج والمزاج غير

---

selectam discerneret. — 270. **El-akhtár**, de navigatione marium, auctore Imam Hafitz *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Ibn-elsem'áni*, mortuo anno 562 (inc. 28. Oct. 1166). —

## 271. Ilm el-akhlác. Doctrina morum.

Haec est pars philosophiae practicae. Ibn *Sadr-ed-din* in *El-Fewáïd El-Khacaniyet* eam definit per doctrinam de virtutibus et de ratione eas comparandi, ut sint animae ornamento, et de vitiis modoque ea vitandi, ut anima ab iis abstineat. Objectum hujus doctrinae sunt mores, facultates et anima rationalis, quatenus haec illis praedita est. Unus tamen scrupulus gravis restat in eo, quod tum demum vera ex hac doctrina utilitas percipitur, cum mores capaces sunt mutationis et correctionis, id quod, si speciem externam spectas, contra est, ut et illud dictum prophetae aperte indicat: „Homines sunt fodinae fodinarum instar auri et argenti. Qui optimi erant inter vos tempore ignorantiae, optimi quoque sunt tempore Islamismi." Idem dixisse traditur: „Quando auditis montem locum suum mutasse, credite illud, at quando auditis, hominem naturam suam mutasse, nolite credere; recurret profecto ad animi affectionem ei naturaliter inditam." Idem quoque vult, quod Deus Excelsus dicit: „Sed Iblis fuit ex geniis et praevaricatus est a praeceptis Domini sui;" et illud:

قابل للتبديل بحيث يخرج عن عرضه وايضا السيرة تقابل الصورة وهى لا تتغيّر والجواب انّ الخلق ملكة يصدر بها عن النفس افعال بسهولة من غير فكر ورويّة والملكة كيفيّة راسخة فى النفس لا تزول بسرعة وهى قسمان احدهما طبيعيّة والآخر عاديّة امّا الاولى فهى ان يكون مزاج الشخص فى اصل الفطرة مستعدّا لكيفيّة خاصّة كامنة فيه بحيث يتكيّف بها بادنى سبب كالمزاج الحارّ اليابس بالقياس الى الغضب والحارّ الرطب بالقياس الى الشهوة والبارد الرطب بالنسبة الى النسيان والبارد اليابس بالنسبة الى البلادة وامّا العاديّة فهى ان يزاول فى الابتداء فعلا باختياره وبتكرّره والتمرّن عليه تصير ملكة حتى يصدر عنه الفعل بسهولة من غير رويّة ففائدة هذا العلم بالقياس الى الاولى ابراز ما كان كامنا فى النفس وبالقياس الى الثانية تحصيلها والى هذا يشير ما روى عن النبىّ صلعم بعثت لاتمّم مكارم الاخلاق ولهذا قيل انّ الشريعة قد قضت الوطر عن اقسام الحكمة العمليّة على اكمل وجه واتمّ تفصيل انتهى وفيه كتب كثيرة منها

---

„Indoles sequitur temperamentum, et temperamentum non capax est mutationis, ita ut de statu suo depellatur;“ et denique illud: „Vitae habitus conformis est habitui corporis, qui non mutatur.“ — Responderi vero potest, indolem esse facultatem, per quam ex anima actiones facile sine ulla meditatione et contemplatione prodeant. Facultas autem qualitas est stabilis in anima, quae non celeriter tollitur, eaque ex duabus partibus constat, quarum altera naturalis, altera per consuetudinem comparata est. Prior consistit in eo, quod temperamentum hominis natura aptum est ad qualitatem peculiarem in eo latentem, ita ut ex causa levissima temperamentum hac facultate instruatur, ut temperamentum calido-aridum, ratione irae, et calido-humidum ratione concupiscentiae, et frigido-humidum, ratione oblivionis, et frigido-siccum ratione habita stupiditatis. Facultas vero per consuetudinem comparata in eo constat, quod homo statim ab initio ex libero arbitrio agendi rationem init, et illa reiteratione et perseveranti exercitatione facultas evadit, ita ut facile sine contemplatione ex homine actio prodeat. Utilitas hujus doctrinae, si facultatem naturalem spectas, productio est ejus, quod in animo latet, si illam, quae consuetudine paritur, ejus comparatio. Hoc idem indicat, quod propheta dixisse traditur: „Missus sum, ut bonos mores ad perfectionem perducam;“ eamque ob causam lex Mohammedana necessitatem omnium partium philosophiae practicae modo perfectissimo omnique ambitu suo abrogasse dicitur. — Haec *Sadr-ed-din.* — De hac doctrina multi libri scripti sunt, ut sequentes.

٢٧٢ اخلاق الابرار والنجاة من الاشرار للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ٢٧٣ اخلاق الاتقياء وصفات الاصفياء لمظفر بن عثمان البرمكى الشهير بحضر المنشى المتوفى سنة ٩٦٤ وهو فارسىّ مختصر مرتّب على ثلاث مقالات ذكر فى اوله نعت السلطان سليمان خان ٢٧٤ اخلاق الاخيار فى مهمّات الاذكار للشيخ. محمد بن محمد الاسدى القدسىّ المتوفى سنة ٨٠٨ ٢٧٥ اخلاق الجلال المسمّى بلوامع الاشراق فارسىّ وسيأتى فى اللام ٢٧٦ اخلاق الجمال للشيخ جمال الدين محمد بن محمد الاقسرائى الّفه للسلطان بايزيد المعروف بيلدرم ورتّب على ثلاث مقالات الاولى فى اخلاق شخص بحسب نفسه والثانية فى اخلاقه بحسب متعلّقاته فى منزله والثالثة فى اخلاقه بحسب معاملاته بعامّة الناس اوله حمدا لمن خلق الانسان فى احسن تقويم الخ ٢٧٧ اخلاق السلطنة تركىّ مختصر للعالم المعروف بكوچك مصطفى الطوسيرى المتوفى سنة ١٠٠٤ ٢٧٨ اخلاق الشيخ الرئيس ابى على

---

272. **Akhlác el-abrár we el-neját min el-ashrár**, mores honestorum et liberatio a malis, auctore Imam *Abu Hamid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, mortuo anno 505 (inc. 10. Jul. 1111). — 273. **Akhlác el-atckiyá**, mores piorum et qualitates purorum. Composuit hoc compendium persicum *Motzaffer Ben Othman Bermeki*, vulgo *Hadhr El-Munshi* dictus et mortuus anno 964 (inc. 4. Nov. 1556). — Divisum est in tres sectiones, et in ejus initio laudes Sultani *Soleiman Khan* celebrantur. — 274. **Akhlác el-akh'yár**, mores optimorum in meditationibus de rebus divinis studiose instituendis, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Asedi Codsi*, mortuo anno 808 (inc. 29. Jun. 1405). — 275. **Akhlác El-Jelál**, opus ethicum *Jelál-ed-dini*, *Lewámi' el-ishrác* inscriptum, de quo vide in litera *Lam*. Persice. — 276. **Akhlác El-Jemál**, opus ethicum, quod Sheikh *Jemál-ed-din Mohammed Ben Mohammed Acserái* Sultano *Bayezid*, *Yildirim* cognominato, composuit et in tres sectiones disposuit, quarum prima de moribus individui ratione habita sui ipsius, secunda de ejus moribus ratione familiae in domo sua, tertia de ejus moribus ratione commerciorum cum multitudine habita agit. Incipit verbis: Laus ei, qui hominem optima constitutione praeditum creavit etc. — 277. **Akhlác el-sultanet**, compendium turcicum de moribus Sultanatus a viro docto *Mustafa Tusíri*, *Kujuk* cognominato et mortuo anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595), compositum. — 278. **Akhlác**, compendium de ethica, a Sheikh Reyís *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*,

حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٧ وهو مختصر مرتّب على ست مقالات اوله اللهمّ انا نتوجّه اليك الخ ويقال له تهذيب الاخلاق وتطهير الاعراق وفى الموضوعات انّه كتاب برء الاثم ٢٧٩ اخلاق راغب وهو الامام ابو القاسم الحسين بن محمد الاصفهانى المتوفى سنة نيف وخمسمائة ٢٨٠ اخلاق علائى تركىّ للمولى على بن امر الله المعروف بابن الحنائى المتوفى بادرنه سنة ٩٧٩ ألّفه بالشام لامير امرائها على پاشا ونسبه الى اسمه جمع فيه بين الجلالى والناصرى والمحسنى وزاد زيادات حسنة فى مدّة سنة ولتأريخ ختمه قال شعر

لا جرم ختمت تأريخ انك    اولدى اخلاق علائى احسن

وهو احسن من الجميع فى نفس الامر شكر الله سعى مؤلّفه وجعله مثابا ومأجورا بسبب هذا التأليف المنيف والتحرير اللطيف ولعمرى انّه كامل اخلاقه طيّب اعراقه من افاضل الافراد وآثاره تجذب بيد لطفها عنان الفؤاد ٢٨١ اخلاق عضد الدين عبد الرحمن بن احمد

---

qui anno 427 (inc. 5. Nov. 1035) obiit, compositum et in sex sectiones divisum. Orditur verbis: O Deus, ad te nos convertimus etc. — Idem opus inscribitur *Tahdzíb el-akhlác we tat'hír el-arác*, et in opere *Maudhuát* ei titulus *Bar'o'l ithm* tribuitur. — 279. Akhlác Imami Raghib, cujus totum nomen est *Abu'lcásim El-Hosein Ben Mohammed Isfaháni.* Decessit paulo post initium saeculi sexti. — 280. Akhlác Aláï. Opus turcicum, quod Molla *Ali Ben Amrallah*, qui vulgo *Ibn-elhanáï* appellatur et Adrianopoli anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) obiit, Emiro Syriae supremo *Ali Pasha* composuit et ex ejus nomine inscripsit. Collegit in eo, quae in operibus *Jelál-ed-dini*, *Nasir-ed-dini* et *Mohsinii* praecipiuntur, eaque pulchris additamentis per anni spatium auxit. Scripsit ad tempus designandum, quo illud absolvit, versum hunc:

Certe tempus, quo illud finitum est, significatur verbis *Akhlácki Aláï ahsan*

(i. e. mores Emiri *Ali* optimi sunt), quae annum 972 (inc. 9. Aug. 1564) significant. Hic liber pulchrior haud dubie omnibus est, quod ad argumentum ipsum attinet. Utinam Deus auctoris studium remuneret, praemioque et fructu laboris eum afficiat hujus libri excellentis et scriptionis venustae causa. Et profecto illius mores perfecti sunt ejusque venae (virtutes) suaves; ille est ex viris doctis in genere suo excellentissimus, monumentaque ejus attrahunt manu venustatis suae frenum cordis. — 281. Akhlác, compendium fasciculo (*Juz*) constans, in quo *Adhad-ed-din Abd-el-rahman Ben*

الايجى المتوفى سنة ٧٥٦ وهو مختصر فى جزء لخّص فيه زبدة ما فى المطوّلات ورتّب على اربع مقالات الاولى فى اجمال النظرىّ والبواقى فيما ذكر آنفا وفيه كفاية لمن اراد ان يذكر ثمّ شرحه تلميذه شمس الدين محمد بن يوسف الكرمانى المتوفى سنة ٧٨٦ بقال اقول اوله الحمد لله الذى خلق الانسان وزيّنه بالفضائل الخ والمولى ابو الخير احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده ٢٨٢ اخلاق العلمآء للشيخ الامام ابى بكر محمد بن حسين الآجرى المتوفى سنة ٣٦٠ ٢٨٣ اخلاق فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ ٢٨٤ اخلاق محترم للسيد على بن شهاب الهمدانى ٢٨٥ اخلاق المحسنى لمولانا حسين بن على الكاشفى الشهير بالواعظ الهروى المتوفى سنة ٩١٠ الّفه بالفارسيّة لميرزا محسن بن حسين ابن بيقرا بعبارات سهلة وقال فى تأريخه شعر

اخلاقِ مُحْسِنِى بتمامى نُوشْتَهْ شُد تأريخ هَمْ نُويِسْ زِاخلاقِ محسنى

---

*Ahmed Iji*, qui anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) obiit, optima quaeque in libris amplioribus obvia collegit, et per quatuor sectiones divisit, quarum prima introductionem theoriae summariam continet. Ceterae tres in iisdem capitibus versantur, quae sub *Akhlác El-Jemál* recensebantur. Haec indicatio sufficiet ei, qui meminisse velit eorum, quae supra dicta sunt. Postea discipulus ejus Sheikh *Shems-ed-dín Mohammed Ben Yusuf Kirmáni*, qui anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) obiit, illud commentatus est, adhibitis vocibus „*Cala* (dicit auctor) — *acúl* (dico ego).“ Incipit verbis: Laus Deo, qui hominem creavit eumque virtutibus ornavit etc. — Molla quoque *Abu'lkheir Ahmed Ben Mustafa*, *Tashköprizadeh* cognominatus, commentarium in illud opus composuit. — 282. Akhlác el-olamá, mores virorum doctorum, auctore Sheikh Imam *Abu Bekr Mohammed Ben Hosein Ajorri*, mortuo anno 360 (inc. 5. Nov. 970). — 283. Akhlác *Fakhr-ed-dín Mohammed Ben Omar Razi*, qui anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) obiit. — 284. Akhlác mohterim, mores viri dignitate conspicui, auctore *Seyyid Ali Ben Sheháb Hemdáni*. — 285. Akhlác El-Mohsini. Composuit hoc opus ethicum persice Molla noster *Hosein Ben Ali Cashifi*, qui *El-Waïtz El-Herewi* (concionator Heratensis) cognominatur et anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) obiit, principi *Mirza Mohsin Ben Hosein Ben Beicara* stilo facili. Ad scriptionis tempus designandum versum hunc pandit:

Opus *Akhlác Mohsini* ad finem perductum est. Temporis ejus notitiam scribe vocibus *Akhlác Mohsini*,

وهو كتاب مرتّب على اربعين بابًا معتبر متداول فى بلاد الشرق وقد ترجم المولى پير محمد الشهير بالعزمى فزاد ونقص وسمّاه انيس العارفين وكان فراغه من انشائه ٩٧٤ وابو الفضل محمد بن ادريس الدفترى المتوفى سنة ٩٨٢ والفارقى من الشعرآء ٢٨٦ اخلاق الملوك لابى عثمان عمرو بن بحر الجاحظ المتوفى سنة ٢٥٥ ٢٨٧ اخلاق الناصرى فارسىّ للعلّامة المحقق نصير الدين محمد بن الحسن الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ الّفه بقهستان لاميرها ناصر الدين عبد الرحيم المحتشم لمّا التمس منه ترجمة كتاب الطهارة فى الحكمة العمليّة لعلى بن مسكويه فضمّ اليه قسمى المدنى و المنزلى ٢٨٨ اخلاق النبىّ للشيخ ابى بكر محمد بن عبد الله الوارق ولابن حبان البستى ٢٨٩ اخلاق النوالى المسمّى بفرح نامه وهو ترجمة كتاب الرياسة لارسطو وسيأتى فى الكاف ٢٩٠ اخلص الخالصة مختصر خالصة الحقائق يأتى فى الخآء ٢٩١ اخوان الصفآء بحذف المضاف اى رسائل اخوان الصفآء وخلّان الوفآء وسيأتى فى الرآء

---

quae annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) indicant. Liber hic per quadraginta capita divisus, admodum aestimatur et in tractibus orientalibus teritur. Verterunt illum Molla *Pir Mohammed*, vulgo *El-Azmi* appellatus, qui partibus huc illuc vel auctis vel amputatis, scriptioneque anno 974 (inc. 19. Jul. 1566) absoluta, versionem suam inscripsit *Anís el-árifín*, *Abu'lfadhl Mohammed Ben Idrís Defteri*, qui anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) obiit, et *Faricki* poëta. — 286. Akhlác el-moluk, mores regum, auctore *Abu Othman Amru Ben Bahr El-Jáhitz*, mortuo anno 255 (inc. 20. Dec. 868). — 287. Akhlác El-Násiri, persice. Opus ethicum, quod vir doctissimus et subtilissimus *Nasír-ed-din Mohammed Ben-elhasan Tusi*, qui anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) obiit, in Cuhestán Emiro hujus provinciae *Násir-ed-din Abd-el-rehím El-Mohtashem* composuit, cum hic opus *Alii Ben Miskaweih* de philosophia practica, *Tehâret* inscriptum, ab illo transferri vellet. *Nasír-ed-din* duas partes de disciplina civili et domestica addidit. — 288. Akhlác el-nebi, mores prophetae, auctoribus Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah El-Wâric* et *Ibn Habbán Busti*. — 289. Akhlác El-Newáli, vulgo *Farahnameh* inscriptum. Versio libri Aristotelis *Riyáset*, de quo vide in *Káf* sub *Kitáb*. — 290. Akhlas el-kháliset, exquisitissimum operis *Kháliset*. Epitome libri *Kháliset el-hacáïc*, de quo vide in litera *Khá*. — 291. Akhwán el-safá, fratres sinceritatis, quod dictum est pro pleniori *Resáïl akhwán el-safá we khallán el-wefá*, quod vide infra in litera *Ra*.

## ٢٩٢ علم آداب البحث

ويقال له علم المناظرة قال المولى ابو الخير فى مفتاح السعادة وهو علم يبحث فيه عن كيفيّة ايراد الكلام بين المناظرين وموضوعه الادلّة من حيث انّها يثبت بها المدّعى على الغير ومباديه امور بيّنة بنفسها والغرض منه تحصيل ملكة طرق المناظرة لئلّا يقع الخبط فى البحث فيتّضح الصواب انتهى وقد نقله من موضوعات المولى لطفى بعبارته ثمّ اورد بعض ما ذكر ههنا من المؤلّفات وقال ابن صدر الدين فى الفوائد الخاقانيّة وهذا العلم كالمنطق يخدم العلوم كلّها لانّ البحث والمناظرة عبارة عن النظر من الجانبين فى النسبة بين الشيئين اظهارًا للصواب والزامًا للخصم والمسائل العلميّة تتزايد يومًا فيومًا بتلاحق الافكار والانظار فلتفاوت مراتب الطبائع والاذهان لا يخلو علم من العلوم عن تصادم الآرآء وتباين الافكار وادارة الكلام من الجانبين للجرح والتعديل والردّ والقبول الّا انّه بشرط معتبرة مشروط ورعاية الاصول

---

### 292. Ilm adáb el-bahth. Doctrina regularum artis disputandi.

Eadem dicitur *Ilm Monatzeret* (ars disputandi). Molla *Abu'lkheir* in *Miftáh el-seádet* eam definivit per doctrinam, in qua de ratione quaeritur, qua sermo inter disputantes proferendus sit. Objectum ejus argumenta sunt, quatenus his sententia disputantis contra adversarium disseritur, ejusque principia res per se clarae s. axiomata, et summus ejus finis est acquisitio facultatis variis generibus disputationis utendi, ita ut quaestionem nulla confusio premat et veritas manifestetur. — Haec *Abu'lkheir* ad verbum e *Maudhuát* Molla nostri *Lutfi* depromsit. Deinde recenset nonnulla opera, quae de hac doctrina commemoranda sunt. *Ibn Sadr-ed-din* in *El-Fewáïd El-Khacaniyet* dicit, hanc doctrinam ad instar logicae servam esse omnium doctrinarum, per *El-Bahth* enim et *El-Monatzeret* exprimi speculationem duorum reciprocam de conditione relativa inter duas res ad veritatem aperiendam et illum, qui contra disputat, convincendum. — Quaestiones vero scientificae de die in diem augentur continua meditationum et cogitationum serie, ita ut propter varios naturarum et intellectuum gradus nulla doctrina a collisione opinionum et meditationum diversitate, et illa sermonis reciprocatione immunis sit, qua duae factiones ad auctoritatem alterius infringendam et alterius corroborandam, et ad refutandum et probandum utuntur, quanquam hae disceptationes conditionibus gravissimis et observationi regularum principalium adstrictae sunt; alioquin hae disceptationes essent altercationes arrogantes, quarum exempla in

منوط والّا لكان مكابرة غير مسموعة فلا بدّ من قانون يعرف مراتب البحث على وجه يتميّز به المقبول عمّا هو المردود وتلك القوانين هى علم آداب البحث انتهى قوله والّا لكان مكابرة اى وان لم يكن البحث لاظهار الصواب لكان مكابرة وفيه مؤلّفات اكثرها مختصرات وشروح للمتأخّرين منها

٢٩٣ آداب الفاضل شمس الدين محمد بن اشرف الحسينى السمرقندى الحكيم المحقّق صاحب الصحائف والقسطاس المتوفى فى حدود سنة ستمائة وهى اشهر كتب الفنّ الّفها لنجم الدين عبد الرحمن وجعلها على ثلثة فصول الاول فى التعريفات والثانى فى ترتيب البحث والثالث فى المسائل التى اخترعها واول هذه الرسالة المنّة لواهب العقل الخ وعليها شروح اشهرها شرح المحقّق كمال الدين مسعود الشروانى ويقال له الرومى تلميذ شاه فتح الله وهما من رجال القرن التاسع وهو شرح لطيف ممزوج بالمتن ممتاز عنه بالخطّ فوقه وعلى هذا الشرح حواشى وتعليقات اجلّها حاشية العلّامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى

---

**traditione non exstant. Regula igitur necessario opus est, qua ordo disputationis sic cognoscitur, ut probabilia a rejiciendis distinguantur, et hae regulae doctrinam artis disputandi constituunt. Haec quidem dicit *Sadr-ed-din*, cujus verba „alioquin hae disceptationes essent altercationes arrogantes" haec volunt: Si illae non ad verum demonstrandum instituuntur, profecto altercationes arrogantes sunt. De hac doctrina libri exstant a posterioribus editi, magnam partem compendia et commentarii. Ex eorum numero sunt sequentes. —**

**293. Adáb, regulae viri meritissimi et philosophi subtilissimi *Shems-ed-din Mohammed Ben Eshref Hoseini Samarcandi*, qui idem auctor est librorum *Sahâïf* et *Ckistás*, et circa annum 600 (inc. 10. Sept. 1203) obiit. Composuit hoc opus, quod in suo genere celeberrimum est, *Nejm-ed-din*o *Abd-el-rahman*, et per tres sectiones divisit, quarum prima de definitionibus, secunda de dispositione disceptationis et tertia de quaestionibus ab ipso de novo propositis agit. Incipit hic tractatus verbis: Gratia sit datori mentis etc. — Multi in illum commentarii exstant, quorum celeberrimus auctorem habet virum subtilissimum *Kemál-ed-din Mes'ud Shirwáni*, *El-Rumi* cognominatum, discipulum *Shah*i *Fathallah*, quorum uterque saeculo nono vixit. Hic commentarius elegans textui admixto, ut ab eo distinguatur, super adscriptus est. Ad eum multae glossae et appendices exstant, glossarumque praestantissimas scripsit vir**

الدوانی المتوفی سنة ۹۰۷ واول هذه الحاشية قال المصنف المنّة لواهب العقل عدل عمّا هو المشهور الخ كتب الى اوائل الفصل الثانی واعظمها حاشية الفاضل عماد الدين يحيى بن احمد الكاشی وهو من رجال القرن العاشر كتبها تماما اوّلها قوله المنّة علينا الخ سلك طريقة العمل بالحديث ويقال لها الحاشية الاسود لغموض مباحثها ودقّة معانيها وافيدها حاشية مولانا احمد الشهير بديكقوز من علمآء الدولة الفاتحيّة العثمانيّة كتبها تمامًا بقال اقول واول هذه الحاشية ان احسن ما يستعان به فی الامور الحسان الخ وادقّها حاشية المحقق عصام الدين ابرهيم بن محمد الاسفرائنی المتوفی بسمرقند سنة ۹۴۳ ومن الحواشی على المسعود حاشية عبد الرحيم الشروانی وحاشية محمد النخجوانی وحاشية ابن آدم وحاشية امير حسن الرومی اولها احسن ما يفتتح به الامور الحسان الخ وحاشية علآء الدين على ابن محمد المعروف بمصنفك المتوفی سنة ۸۷۵ كتبها ۸۳۲ وحاشية العالم عبد المؤمن البرزرنی المعروف بنهاری زاده ومن التعليقات المعلّقة على الشرح وحاشية العماد تعليقة شجاع الدين

---

doctissimus *Jelál-ed-dín-Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni*, qui anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) obiit. Incipiunt illae sic: Verba auctoris „Gratia sit datori mentis“ recedunt ab iis, quae vulgo dicuntur etc. — Scripsit illas tantum ad initium usque sectionis secundae. Opus glossarum amplissimum, quod incipit: Verba auctoris „Gratiarum necessitas nobis imposita est erga“ etc., composuit vir meritissimus *Imád-ed-din Yah'ya Ben Ahmed Kashi*, qui saeculo decimo vixit, illudque ad finem perscripsit ita, ut traditio jubet, et glossae ejus propter obscuritatem disquisitionum et sententiarum subtilitatem caliginosae dicuntur. Omnium utilissimae sunt glossae Molla nostri *Ahmed*, *Dikicoz* cognominati, qui tempore dynastiae victricis Othmanicae floruit. Perscripsit illas usque ad finem, adhibitis formulis „*Cala*“ — „*Acúl*“ et orditur verbis his: Pulcherrimum, quo utuntur in rebus egregiis etc. — Subtilissimas denique glossas homo intelligentissimus *Isám-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Esferáïni*, mortuus Samarcandae anno 943 (inc. 20. Jun. 1536), adornavit. Glossae vero ad commentarium *Mes'ud*i auctores habent viros *Abd-el-rehim Shirwáni*, *Mohammed Nakhijewáni*, *Ibn Adam*, Emirum *Hasan El-Rumi*, qui orditur verbis: Optima ratio, qua res egregias aggredimur etc., *Alá-ed-din Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifek* appellatum et mortuum anno 875 (inc. 30. Jun. 1470), qui illas anno 832 (inc. 11. Oct. 1428) scripsit, et virum doctum *Abd-el-mumin Berzerini*, *Nehárizadeh* cognominatum. Appendices tam ad commentarium *Mes'ud*i quam ad glossas *Imád-ed-din*i scripserunt *Shojá'-ed-*

الياس الرومى المعروف بخرضمة شجاع المتوفى سنة ٩٢٩ علّقها على العماد ولولده لطف الله ايضا علّقها عليه حين قراء على بعض العلمآء وتعليقة الشيخ رمضان البهشتى الرومى المتوفى سنة ٩٧٩ وتعليقة الفاضل شاه حسين علّقها عليه ايضا وناقش فيها مع الجلال كثيرًا وهى تعليقة لطيفة ومن حواشى شرح المسعود حاشية ابى الفتح السعيدى اولها الآداب لطريقة المتقرّبين اليك الخ وحاشية سنان الدين يوسف الرومى المعروف بشاعر سنان اولها حمدًا لمن منّ من فضله على من يشآء الخ ومن شروح المتن ايضا شرح الفاضل علآء الدين ابى العلآء محمد بن احمد البهشتى الاسفرائنى المعروف بفخر خراسان سمّاه المآب اوّله الحمد لله المتوحّد بوجوب الوجود الخ وهو شرح بالقول وشرح قطب الدين الكيلانى وهو شرح بقال اقول اوله الحمد لله الذى هدانا الى سوآء السبيل الخ وشرح ابى حامد وهو شرح مبسوط وشرح العلّامة الشاشى وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله العظيم حمدًا يليق بذاته الخ وشرح عبد اللطيف بن عبد المؤمن بن اسحق سمّاه كشف الابكار فى علم الافكار وشرح برهان

---

*din Elias Rumi*, *Khardhama Shojá'* cognominatus et mortuus anno 929 (inc. 20. Nov. 1522), qui opus *Imád-ed-din*i appendice auxit; — ejus filius *Lutfallah*, qui ad idem opus appendicem scripsit, cum scholas viri cujusdam docti adiret; — Sheikh *Ramadhán Biheshti Rumi*, qui anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) obiit; — vir meritissimus *Shah Hosein*, qui in appendice sua eleganti ad illas glossas multum contra *Jelál-ed-din* disputavit. — Glossas alias ad commentarium *Mesud*i ediderunt *Abu'lfath Sáïdi*, qui verbis orditur: Boni mores viam muniunt iis, qui ad te accedunt etc., et *Sinán-ed-din Yusuf Rumi*, *Sháïr* (poëta) *Sinán* cognominatus, qui incipit sic: Laus ei, qui ex copia sua benevole iis tribuit, quibus vult etc. — Ad textum ipsum vero porro commentarios composuerunt vir meritissimus *Alá-ed-din Abu'lalá Mohammed Ben Ahmed Biheshti Esferáïni*, *Fakhr Khorásan* (Gloria Khorasanae) cognominatus, qui opus suum, quod verbis incipit: Laus Deo, qui solus existentia absoluta fruitur etc., *Ma'ab* inscripsit et solum textus archetypi argumentum commentario immiscuit; — *Cotb-ed-din Kiláni*, qui formula utitur „*Cala*" — „*Acul*" et verbis incipit: Laus Deo, qui ad rectum tramitem ducit etc.; — *Abu Hámid*, cujus opus admodum latum est; — vir eruditissimus *Shashi*, qui textum commentario addidit et verbis incipit: Laus Deo talis qualis ejus essentiae convenit etc. — *Abd-el-letif Ben Abd-el-mumin Ben Is'hac*, qui commentarium suum inscripsit *Cashf el-abkár fi ilm el-afkár*; —

الدين ابرهيم ابن يوسف البلغاری وهو شرح بقال اقول اوله الحمد لله ذی الانعام الخ

٢٩٤ آداب العلّامة عضد الدين عبد الرحمن بن احمد الايجى المتوفى سنة ٧٥٦ وقد بيّن قواعدها كلّها فى عشرة اسطر اوله لك الحمد والمنّة الخ ولها شروح اشهرها شرح مولانا محمد الحنفى التبريزى المتوفى ببخارا فى حدود سنة ٩٠٠ وهو شرح لطيف ممزوج اوّله نحمد الله العظيم الخ وعليه حاشية المحقق مير ابى الفتح محمّد المدّعو بتاج السعيدى الاردبيلى اوّلها الحمد لله على افهام الخطاب الخ وحاشية محمد الباقر وحاشية مولانا شاه وغير ذلك ومن الشروح ايضا شرح محيى الدين محمد بن محمد البردعىّ المتوفى سنة ٧٢٧ وهو اقلّ من الحنفيّة وشرح المحقق عصام الدين ابرهيم بن محمد الاسفرائنى المتوفى سنة ٩٤٣ اوله نحمدك يا من لا ناقص لما اعطيت الخ وشرح مولانا احمد الجندى وهو كالحنفيّة ايضا اوله باسمك اللهمّ يا واجب الوجود الخ وشرح الفاضل عبد العلى بن محمد البرجندى وهو شرح ممزوج مبسوط اوله نحمدك يا مجيب دعوى السائلين الخ وشرح العلّامة السيّد الشريف

---

et denique *Borhán-ed-dín Ibrahim Ibn Yusuf Bulghári*, qui, formula usus „*Cala*“ — „*Acul*,“ sic orditur: Laus Deo beneficiorum auctori etc. — 294. Adáb, regulae viri doctissimi *Adhod-ed-din Abd-el-rahman Ben Ahmed Iji*, mortui anno 756 (inc. 16. Jan. 1355), qui illarum fundamenta omnia decem lineis descripsit, et sic incipit: Tibi sit laus et gratia etc. — Plures in hunc librum commentarii exstant, quorum celeberrimum scripsit Molla noster *Mohammed Hanefi Tebrízi*, qui Bokharae obiit circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494). Habet hic commentarius elegans textum admixtum, et incipit verbis: Laudamus Deum magnum etc. — Glossas ad eum ediderunt vir subtilissimus *Mir Abu'lfath Mohammed Ardebíli*, *Táj El-Saídi* cognominatus, qui verbis orditur: Laus Deo quod intellectum nobis largitus est sermonis ejus etc.; — *Mohammed El-Báckir;* — Molla noster *Shah* aliique. — Praeterea commentarios scripserunt *Moh'yi-ed-din Mohammed Ben Mohammed Berdaï*, anno 727 (inc. 27. Nov. 1326) defunctus, cujus liber minor est Hanefitico; — vir subtilissimus *Isám-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Esferáïni*, qui anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) obiit, et verbis incipit: Laudamus Te qui non imminuis, quae dedisti etc.; — Molla noster *Ahmed Jendi*, cujus commentarius ambitum Hanefitici habet, et verbis incipit: Tuo nomine, o Deus, qui absoluta existentia frueris etc.; — vir meritissimus *Abd-el-ali Ben Mohammed Berjendi*, qui textum additum admodum fuse tractavit, et verbis incipit: Laudamus Te qui preces rogantium exaudis etc.; — vir

على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦ وهو تعليقة على المتن قال الحنفى فى آخر شرحه اعلم ان الحواشى المنسوبة الى المحقق الشريف لمّا لاحظتها فى نسخ متعدّدة وجدت بعضها سقيما ولم يبق اعتماد عليها لم التزم نقلها انتهى ٢٩٥ آداب المولى شمس الدين احمد ابن سليمان المعروف بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ ٢٩٦ آداب المولى ابى الخير احمد بن مصطفى المعروف بطاشكبرى زاده المتوفى سنة ٩٦٣ اوله نحمدك اللهمّ الخ وله شرحه ايضا وهو جامع لمهمّات هذا الفنّ مفيد جدًّا ٢٩٧ آداب سنان الدين الكنجى ذكره ابو الخير فى الموضوعات وقال ولم يتّفق له شرح الآن ٢٩٨ آداب القاضى زكريا بن محمد الانصارى المصرى المتوفى سنة ٩١٠ ومن الكتب المؤلّفة فيه غاية الاختصار واحكام المناظرة ٢٩٩ آداب التعازى للشيخ ابى عبد الرحمن حسين بن محمد السلمى النيسابورى المتوفى سنة ٤١٢

---

eruditissimus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, mortuus anno 816 (inc. 3. Apr. 1413), cujus commentarius potius appendix est ad textum. — *Hanefi* in fine commentarii sui dicit: Scias, cum partem glossarum, quae viro subtilissimo *Sherif* tribuuntur, postquam eas in plurimis exemplaribus perspexi, corruptam invenissem ideoque iis fides habenda non esset, eas in usum meum vertere me non obstrictum fuisse. — 295. Adáb, regulae Mollae *Shems-ed-din Ahmed Ben Soleiman*, *Ibn Kemál Pasha* cognominati et mortui anno 940 (inc. 23. Jul. 1533). — 296. Adáb, regulae Mollae *Abu'lkheir Ahmed Ben Mustafa*, *Táshköprizadeh* cognominati et mortui anno 963 (inc. 16. Nov. 1555), qui verbis incipit: Laudamus Te, o Deus etc. Auctor ipse commentarium admodum utilem in hunc librum confecit, qui omnes hujus doctrinae difficultates explicat. — 297. Adáb *Sinán-ed-din Kenji*. Laudat hunc librum *Abu'lkheir* in *El-Maudhuát*, fatetur tamen, in eum ad hunc usque diem nondum commentarium compositum esse. — 298. Adáb *El-Cadhi Zakaríya Ben Mohammed Ansári Misri*, mortui anno 910 (inc. 14. Jun. 1504). — Praeterea inter libros, qui de arte disputandi scripti sunt, nominandi sunt *Ghayet el-ikhtisár* et *Ahkám el-monatzeret*. — 299. Adáb el-teázi, institutiones consolationis, auctore Sheikh *Abu Abd-el-rahman Hosein Ben Mohammed Solemi Nisaburi*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021).

### ٣٠٠ علم آداب تلاوة القرآن وآداب تاليه

ذكره من فروع علم التفسير وقال افرده بالتصنيف جماعة منهم النووى فى التبيان وتلك اثنان وثلثون ادبا

٣٠١ آداب الحمام مجلد للحافظ شمس الدين محمد بن على الدمشقى الحسينى المتوفى سنة ٧٦٥ ٣٠٢ آداب الحكماء للشيخ الاجل احمد بن عبدون الخاتمى اوله الحمد لله الذى جعلنا من الموحدين الخ ٣٠٣ آداب الحميدة والاخلاق النفيسة للامام محمد بن جرير الطبرى المتوفى سنة ٣١٠ ٣٠٤ آداب الخلوة للشيخ ركن الدين علاء الدولة احمد بن محمد السمنانى المتوفى سنة ٧٣٦

### ٣٠٥ علم آداب الدرس

وهو العلم المتعلق بآداب تتعلق بالتلميذ والاستاذ وعكسه وقد استوفى مباحث هذا العلم فى كتاب تعليم المتعلم

---

**300. Ilm adáb tiláwet El-Cor'an we adáb talíhi. Doctrina regularum in Corano recitando et ejus recitatori observandarum.**

*Táshköprizadeh* eam doctrinae *Tefsír* subjicit et dicit, multos illam separatim tractasse, ut *Newewi* in opere *Teb'yán*. Complectitur autem triginta duas regulas.

301. **Adáb el-hammám**, volumen de regulis in balneis observandis, auctore Hafitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Ali Dimeshcki Hoseini*, mortuo anno 765 (inc. 10. Oct. 1363). — 302. **Adáb el-hokamá**, regulae philosophorum, auctore Sheikh egregio *Ahmed Ben Abdun Khátimi*. Incipit verbis: Laus Deo, qui nos confessores unius Dei fecit etc. — 303. **El-Adáb El-Hamídet we El-Akhlác El-Nefíset**, regulae laudabiles et mores pretiosi, auctore Imám *Mohammed Ben Jerír Taberi*, mortuo anno 310 (inc. 1. Mai. 922). — 304. **Adáb el-khalwet**, regulae solitudinis, auctore Sheikh *Rokn-ed-dín Alá-ed-dewlet Ahmed Ben Mohammed Simnáni*, mortuo anno 736 (inc. 21. Aug. 1335).

**305. Ilm adáb el-dars. Doctrina regularum in studiis observandarum.**

Haec doctrina pertinet ad institutiones rationis, qua discipulus praeceptorem et praeceptor discipulum tractare debet. Quaestiones hujus doctrinae in libro *Talím el-moteallim* plane solvuntur.

٣٠٦ الآداب الروحانيّة للحسين بن الفضل السرخسى ٣٠٧ آداب السياسة لبعض المتقدّمين وملخّصه المسمّى بمصابيح ارباب الرياسة ومفاتيح ابواب الكياسة لابرهيم بن يوسف المعروف بابن الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٥٩ ٣٠٨ الآداب الشرعيّة والمصالح المرعية للشيخ شمس الدين محمد بن مفلح الحنبلى الدمشقى [المتوفى سنة ٧٦٣] ٣٠٩ آداب الصوفيّة للشيخ ابى عبد الرحمن حسين بن محمد السلمى النيسابورى المتوفى سنة ٤١٢ ٣١٠ آداب العرب والفرس للشيخ ابى على احمد بن مسكويه [المتوفى سنة ٤٢١] ٣١١ آداب العلم للشيخ الامام الحافظ ابى عمر يوسف بن عبد البرّ النمرى القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ ٣١٢ آداب الغرباء لابى الفرج على بن حسين الاصفهانى المتوفى سنة ٣٥٦ ٣١٣ آداب الفتوى للشيخ محمد بن محمد القدسى المتوفى سنة ٨٠٨ ولجلال الدين عبد الرحمن السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣١٤ آداب القراءة لابن قتيبة عبد الله بن مسلم النحوى المتوفى سنة ٢٦٧

---

306. **El-Adáb El-Ruhániyet**, institutiones spirituales, auctore *Hosein Ben-elfadhl Serakhsi*. — 307. **Adáb el-siyáset**, institutiones disciplinae publicae, auctore quodam vetere. Potiora hujus libri excerpsit *Ibrahim Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dictus et mortuus anno 959 (inc. 29. Dec. 1551), opusque suum inscripsit *Mesabíh arbáb el-riyáset we mefatíh abwáb el-kiyáset*. — 308. **El-Adáb El-Shar'íyet we El-Mesálih El-Mer'iyet**, canones lege constituti et negotia observanda, auctore Sheikh Hanbalita *Shems-ed-din Mohammed Ben Moflih Dimeshcki* [mortuo anno 763 (inc. 31. Oct. 1361)]. — 309. **Adáb El-Sufíyet**, institutiones Suforum, auctore Sheikh *Abu Abd-el-rahman Hosein Ben Mohammed Solemi Nisaburi*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021). — 310. **Adáb El-Arab we El-Fors**, institutiones gentis Arabum et Persarum, auctore Sheikh *Abu Ali Ahmed Ben Miskaweih* [mortuo anno 421 (inc. 9. Dec. 1030)]. — 311. **Adáb el-ilm**, institutiones doctrinae, auctore Sheikh Imam Hafitz *Abu Omar Yusuf Ben Abd-el-berr Nemiri Cordubi*, mortuo anno 463 (inc. 9. Oct. 1070). — 312. **Adáb-el-ghorabá**, institutiones peregrinorum, auctore *Abu'lfaraj Ali Ben Hosein Isfaháni*, mortuo anno 356 (inc. 17. Dec. 966). — 313. **Adáb el-fetwa**, institutiones ad responsa juridica reddenda, auctoribus Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Codsi*, mortuo anno 808 (inc. 29. Jun. 1405), et *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti*, mortuo anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). — 314. **Adáb el-ckiráët**, institutiones ad Coranum legendum, auctore *Ibn Coteiba Abdallah Ben Moslim* Grammatico, mortuo anno 267 (inc. 12. Aug. 880). —

### ٣١٥ علم آداب كتابة المصحف

ذكره من فروع علم التفسير وانت تعلم انّه اشبه منه فى كونه فرعًا لعلم الخطّ

٣١٦ آداب المتعلّمين لبعض المتقدّمين ٣١٧ آداب المحدّثين للامام الحافظ عبد الغنى بن سعيد الازدى المتوفى سنة ٤٠٩ ٣١٨ آداب المريدين للشيخ ابى النجيب عبد القاهر بن عبد الله السهروردى المتوفى سنة ٥٦٣ ٣١٩ آداب المعيشة

### ٣٢٠ علم آداب الملوك

وهو معرفة الاخلاق والملكات التى يجب ان يتحلّى بها الملوك لينتظم دولتهم وسيأتى تفصيله فى علم السياسة

٣٢١ آداب الملوك للسيوطى

---

**315. Ilm adáb kitábet el-mas'haf. Doctrina regularum in describendo Corano observandarum.**

*Abu'lkheir* eam exegesi Coranicae (*Ilm el-tefsír*) subjecit; scis vero, eam probabilius ad artem scribendi (*Ilm el-khatt*) referendam esse. —

316. Adáb el-moteallimín, institutiones discentium, auctore quodam vetere. — 317. Adáb el-mohaddithín, institutiones traditionariorum, auctore Imam Hafitz *Abd-el-ghani Ben Saïd Azdi*, mortuo anno 409 (inc. 20. Mai. 1018). — 318. Adáb el-moridín, institutiones novitiorum, auctore Sheikh *Abu'lnejíb Abd-el-cahir Ben Abdallah Soharawerdi*, mortuo anno 563 (inc. 17. Oct. 1167). — 319. Adáb el-maïshet, institutiones victus.

**320. Ilm adáb el-molúk. Doctrina de institutione regum.**

Haec est cognitio morum et facultatum, quibus reges ornati esse debent, ut eorum regna recte administrentur. Fusiorem hujus doctrinae explicationem invenies infra sub *Ilm el-siyáset.*

321. Adáb el-molúk, institutiones regum, auctore *Soyuti.*

### ٣٢٢ علم آداب الوزرآء

ذكره من فروع الحكمة العمليّة وهو مندرج فى علم السياسة فلا حاجة الى افرازه وان كان فيه تأليف مستقلّ كالاشارة وامثاله

٣٢٣ آداب الفضلآء فى اللغة لقاضى خان محمود الدهلوى من اجداد قطب الدين المكىّ الّفه لقدرى خان سنة ٨٢٣ متنوّعا بنوعين اورد فى اوّله الالفاظ الفارسيّة وفسّر بالعربىّ والهندىّ وفى الثانى اصطلاحات الشعرآء كلاهما بترتيب الحروف

### ٣٢٤ علم الادب

هو علم يحترز به عن الخطأ فى كلام العرب لفظا وخطّا قال المولى ابو الخير اعلم انّ فائدة التخاطب والمحاورات فى افادة العلوم واستفادتها لمّا لم يتبيّن للطالبين الّا بالالفاظ واحوالها كان ضبط احوالها ممّا اعتنى به العلمآء فاستخرجوا من احوالها علوما انقسم انواعها الى اثنى عشر قسما وسمّوها بالعلوم الادبيّة لتوقّف ادب الدرس عليها بالذات وادب النفس

---

**322. Ilm adáb el-wozará. Doctrina de institutione Wezirorum.**

*Abu'lkheir* eam inter partes philosophiae practicae recenset. Referenda potius est ad doctrinam *Siyáset*, neque opus est ei locum peculiarem attribuere, quamvis opera exstent, quae separatim et ex professo eam tractent, ut *Isháret* et similia.

323. **Adáb el-fodhalá**, institutiones virorum optime meritorum. Tractatus lexicologicus, quem *Cadhikhan Mahmud Dihlewi*, qui unus est ex majoribus *Cotb-ed-din* Mekkani, principi *Cadri Khan* anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) composuit, et in duas partes alphabetice dispositas divisit, in quarum priori vocabula persica profert eaque arabice et indice explicat; in posteriori terminologias poëtarum recenset.

**324. Ilm el-edeb. Philologia.**

Haec doctrina munit a vitiis in lingua arabica tam in loquendo quam in scribendo. Molla *Abu'lkheir* dicit: Scias, cum utilitas sermonum mutuorum et colloquiorum in docendis discendisque doctrinis studiosis non nisi verbis horumque mutationibus innotescat, curae virorum doctorum in constituendis regulis harum mutationum versatae sunt, ita ut ex illis doctrinas elicerent, quarum numerus duodecim genera explet, quae illi doctrinas philologicas (*edebiyet*) appellaverunt, quoniam recta ratio studiorum (*edeb el-dars*) immediate cultusque animi mediate inde pendet, item doctrinas arabicas,

بالواسطة وبالعلوم العربيّة ايضا لبحثهم عن الالفاظ العربيّة فقط لوقوع شريعتنا التى فى احسن الشرائع واولاها على افضل اللغات واكملها ذوقًا ووجدانًا انتهى اختلفوا فى اقسامه فذكر ابن الانبارى فى بعض تصانيفه انّها ثمانية وقسم الزمخشرى فى القسطاس الى اثنى عشر قسمًا كما اورده العلّامة الجرجانى فى شرح المفتاح وذكر القاضى زكريا فى حاشية البيضاوى انّها اربعة عشر وعدّ منها علم القرآات قال وقد جمعت حدودها فى مصنّف سمّيته اللؤلؤ النظيم فى روم التعلّم والتعليم لكن يردّ عليه انّ موضوع العلوم الادبيّة كلام العرب وموضوع القرآات كلام الله ثمّ انّ السيّد والسعد تنازعا فى الاشتقاق هل هو مستقلّ كما يقوله السيّد او من تتمّة علم التصريف كما يقوله السعد وجعل السيد البديع من تتمّة البيان والحقّ ما قاله السيّد فى الاشتقاق لتغاير الموضوع بالحيثيّة المعتبرة وللعلّامة الحفيد مناقشة فى التعريف والتقسيم اوردها فى موضوعاته حيث قال وامّا علم الادب فعلم يحترز به عن الخلل

---

quoniam in his doctrinis tantum in verba arabica inquisiverunt, cum lex nostra, quae legum omnium pulcherrima praestantissimaque est, scripta sit in linguarum praestantissima et tam ad aurium judicium quam ad internos sensus perfectissima. — Hucusque *Abu'lkheir.* — Viri docti de partibus philologiae in diversas abeunt sententias. *Ibn-elanbári* in libro quodam octo esse statuit, *Zamakhshari* vero in libro *Ckistás*, ut vir eruditissimus *Jorjáni* in commentario ad opus *Miftáh* indicat, duodecim admittit. Cadhi *Zakaríya* denique in glossis suis ad commentarium *Beidhawi*anum quatuordecim partes, ad quas et doctrinam recensionum coranicarum refert, commemorat, dicitque, se earum definitiones in libro, quem *Lulu netzím fi raum el-taallom we el-talím* inscripserit, collegisse. Attamen ei opponitur, objectum doctrinarum philologicarum esse sermonem Arabum, recensionum illarum vero objectum sermonem Dei. Deinde *Seyyid* et *Sa'd* inter se disputant in eo loco, ubi de doctrinarum nexu constituendo agitur, utrum illa sit doctrina absoluta, ut *Seyyid* statuit, an complementum doctrinae flexionum grammaticalium (*Ilm el-tesríf*), quod *Sa'd* contendit. *Seyyid* doctrinam ornate dicendi (*Ilm el-bedí'*) complementum esse dicit doctrinae expositionis (*Ilm el-be'yán*). Sed verum est, quod *Seyyid* in illo loco, ubi de doctrinarum nexu constituendo agitur, asserit propter objecti diversitatem modalitate insigni. — Vir eruditissimus *Hefíd* disputationem de definitione et divisione doctrinarum philologicarum suo libro *Maudhuát* insertam habet ibique dicit: Philologia est ea doctrina, quae contra vitia in sermone arabico tam loquendo quam scribendo munit.

فى كلام العرب لفظًا وكتابةً وهنا بحثان الاوّل انّ كلام العرب بظاهره لا يتناول القرآن وبعلم الادب يحترز عن خلله ايضا الّا ان يقال المراد بكلام العرب كلام يتكلّم العرب على اسلوبه الثانى ان السيّد رحمه الله تعالى عليه قال لعلم الادب اصول وفروع امّا الاصول فالبحث فيها امّا عن المفردات من حيث جواهرها وموادّها وهيئاتها فعلم اللغة او من حيث صورها وهيئاتها فقط فعلم الصرف او من حيث انتساب بعضها ببعض بالاصالة والفرعيّة فعلم الاشتقاق وامّا عن المركّبات على الاطلاق فامّا باعتبار هيئاتها التركيبيّة وتأديتها لمعانيها الاصليّة فعلم النحو وامّا باعتبار افادتها لمعانٍ مغايرة لاصل المعنى فعلم المعانى وامّا باعتبار كيفيّة تلك الافادة فى مراتب الوضوح فعلم البيان وعلم البديع ذيل لعلمى المعانى والبيان داخل تحتها وامّا عن المركّبات الموزونة فامّا من حيث وزنها فعلم العروض او من حيث اواخرها فعلم

---

Hic duo dissertationis capita exstant, primum, sermonem Arabum simplici notione acceptum non comprehendere Coranum, neque philologiam munire a vitiis Corani, nisi forte dicas, sub sermone Arabum hic intelligi sermonem eum, quo Arabes utuntur secundum regulas linguae coranicae; — secundum, *Seyyid*um, cujus Deus misereatur, dicere, doctrinas philologicas dividi in primarias et secundarias. Quod ad priores attineat, disquisitionem in iis versari vel circa dictiones singulas, quoad earum substantias, materiem et formas, hanc igitur esse doctrinam lexicologiae (*Ilm el-loghat*), vel quoad solos earum modos et formas, hanc esse doctrinam flexionis grammaticalis *(Ilm el-sarf)*, vel quoad earum inter se conditionem relativam tam primitivam quam derivatam, atque hanc esse doctrinam etymologiae *(Ilm el-ishticác)* — vel illam versari circa dictiones compositas in universum, vel respectu formarum compositiciarum et quatenus significationes *(meáni)* earum primitivas indicent, hanc igitur esse syntaxin *(Ilm el-nahw)*, vel quatenus exprimant significationes, quae differant a primitiva significatione, hanc esse doctrinam sententiarum *(Ilm el-meáni)*, vel quatenus ratio, qua significationes illae ex verbis eliciantur, diversos gradus perspicuitatis habeat, hanc esse doctrinam expositionis *(Ilm el-beyán)*, doctrinam ornatae orationis *(Ilm el-bedí')* vero comprehendi tanquam appendicem doctrinarum *Meáni* et *Beyán* — vel circa dictiones compositas numeris inclusas, quatenus aut metrum spectetur, hanc esse doctrinam prosodiae *(Ilm el-arúdh)*, aut exitus versuum, hanc esse doctrinam rhythmorum *(Ilm el-cawáfi)*. — Quod attineat ad doctrinas derivatas, disquisitionem in iis versari vel circa formas scripturae, et hanc esse doctrinam scripturae *(Ilm el-khatt)*,

القوافى وامّا الفروع فالبحث فيها امّا ان يتعلّق بنقوش الكتابة فعلم الخطّ او يختصّ بالمنظوم فالعلم المسمّى بقرض الشعر او بالنثر فعلم الانشآء او لا يختصّ بشىء فعلم المحاضرات ومنه التواريخ قال الحفيد هذا منظور فيه فاورد النظر بثمانية اوجه حاصلها انّه يدخل بعض العلوم فى المقسم دون الاقسام ويخرج بعضها منه مع انّه مذكور فيه وان جعل التأريخ واللغة علمًا مدوّنًا لمشكل اذ ليس مسائل كلّيّة وجواب الاخير مذكور فيه ويمكن الجواب عن الجميع ايضا بعد التأمّل الصادق

٣٢٥ ادب الاملآء لابن السمعانى ٣٢٦ ادب الجدل للامام ابى اسحق ابرهيم بن محمد الاسفرائنى الاستاد المتوفى سنة ٤١٨ ولابى القاسم احمد بن عبد الله البلخى المتوفى سنة ٣١٩

٣٢٧ ادب الاوصيآء فى الفروع للمولى على بن محمد الجمالى الحنفى المفتى بالروم المتوفى سنة ٩٣١ اوّله الحمد لله ربّ العالمين الخ جمعها فى قضائه بمكّة ورتّب على اثنين وثلاثين فصلًا وهو

---

vel spectare singulatim orationem poëticam, et hanc esse illam doctrinam, quae *Cardh el-shi'r* (doctrina poëtarum more verba fundendi) dicatur, aut orationem prosaïcam, hanc esse doctrinam pedestri oratione recte scribendi *(Ilm el-inshá)*, aut denique spectare nec hoc nec illud, et hanc esse doctrinam promte respondendi *(Ilm el-mohadherát*, anthologiam), cui historia accensenda sit. — *Hefíd* dicit, in hunc locum adhuc inquirendum esse. Ipse inquisitionem illam octuplam esse statuit, cujus summa haec est, alias doctrinas divisioni subjiciendas fuisse, quae tamen inter partes non recenseantur, alias inde excludendas, quanquam in iis recenseantur. Si autem historiam et lexicologiam doctrinas esse dicas libris peculiaribus tractatas, hanc esse rem difficultatibus oppletam, quia theoremata harum doctrinarum non sint universalia. — Ad posterius hoc quid respondendum sit, ipse *Hefíd* indicat, atque etiam ad ceteras objectiones, re bene considerata, responderi potest.

325. Edeb el-imlá, institutio de dictando, auctore *Ibn-elsem'áni.* — 326. Edeb el-jadl, institutio de topica, auctoribus Imam *Abu Is'hac Ibrahim Ben Mohammed Isferáïni El-Ostád* (praeceptore), mortuo anno 418 (inc. 11. Febr. 1027), et *Abu'l-cásim Ahmed Ben Abdallah Balkhi*, mortuo anno 319 (inc. 24. Jan. 931). — 327. Edeb el-ausiá, institutio mandatariorum. Pertinet hic liber ad partes jurisprudentiae secundarias et magni aestimatur. Collegit illum Molla *Ali Ben Mohammed Jomáli*, Mufti Rumeliae Hanefiticus, qui anno 931 (inc. 29. Oct. 1524) obiit, eo tempore, quo judex Meccae fuit, et per triginta duas sectiones divisit. Incipit ita: Laus sit

من الكتب المعتبرة ٣٢٨ ادب الخواصّ لابى القاسم الحسين بن على الوزير المغربى المتوفى سنة ٤١٢ ٣٢٩ ادب الدنيا والدين للامام ابى الحسن على بن محمّد الماوردى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠ رتّبت على خمسة ابواب الاول فى العقل والثانى فى العلم والثالث فى ادب الدين والرابع فى ادب الدنيا والخامس فى ادب النفس ٣٣٠ ادب السلوك مختصر لابى الفضل عبد المنعم بن عمر الجليانى المتوفى سنة ٦٠٢ اورد فيه مشارع الحكمة وذكره فى ديوانه المديح وللشيخ ابى عثمان المغربى ايضا وهو فارسى اوله سپاس وستايش مر خداوندرا الخ ٣٣١ ادب الشهود مختصر لابن سراقة ٣٣٢ ادب الصحبة للشيخ ابى عبد الرحمن حسين بن محمد السلمى المتوفى سنة ٤١٢ ٣٣٣ ادب الطبيب لاسحق بن على الرهاوى ٣٣٤ ادب العصفورين رسالة لابى العلآء احمد بن عبد الله المعرّى المتوفى سنة ٤٤٩ ٣٣٥ ادب الفضّ للشيخ ابى العباس احمد بن يحيى ابن ابى حجلة المتوفى سنة ٧٧٦ ٣٣٦ ادب القاضى على مذهب ابى

---

Deo mundorum domino etc. — 328. **Edeb el-khawáss**, institutio aulicorum interioris admissionis, auctore Weziro *Abu'lcásim Hosein Ben Ali Maghribi*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021). — 329. **Edeb el-dun'ya we el-dín**, institutio de mundo et religione, ab Imam Shafiita *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Mawerdi*, qui anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuus est, per quinque capita disposita. Agitur in primo de ratione, in secundo de scientia, in tertio de institutione religionis, in quarto de institutione mundi, in quinto de institutione animae. — 330. **Edeb el-solúk**, institutio de via mystica. Compendium, in quo *Abu'lfadhl Abd-el-mon'im Ben Omar Jul'yani*, qui anno 602 (inc. 18. Aug. 1205) obiit, vias demonstrat ad sapientiam. Commemorat hoc opus in *Diwán* suo panegyrico. De eadem re scripsit persice Sheikh *Abu Othman Maghribi*, qui sic orditur: Gratia atque laus domino etc. — 331. **Edeb el-shohúd**, compendium de institutione testium, auctore *Ibn Sorâca*. — 332. **Edeb el-sohbet**, institutio de vita sociali, auctore Sheikh *Abu Abd-el-rahman Hosein Ben Mohammed Solemi*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021). — 333. **Edeb el-tebíb**, institutio medici, auctore *Is'hac Ben Ali Rohâwi*. — 334. **Edeb el-osfuraini**, institutio duorum passerum. Tractatus, quem scripsit *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, mortuus anno 449 (inc. 10. Mart. 1057). — 335. **Edeb el-fadhdh**, institutio de epistolis solvendis, auctore Sheikh *Abu'labbas Ahmed Ben Yah'ya Ibn Abi Hejla*, mortuo anno 776 (inc. 12. Jun. 1374). — 336. **Edeb el-cadhi**, institutio judicis secundum doctrinam Imami *Abu Hanífa*.

حنيفة للامام ابى يوسف يعقوب بن ابرهيم القاضى المجتهد الحنفى المتوفى سنة ١٨٢ وهو اوّل من صنّف فيه املآء روى عنه بشر بن الوليد المريسى ولمحمد بن سماعة الحنفى المتوفى سنة ٢٣٣ وللقاضى ابى حازم عبد الحميد بن عبد العزيز الحنفى المتوفى سنة ٢٩٢ ولابى جعفر احمد بن اسحق الانبارى المتوفى سنة ٣١٧ ولم يكمّله وللامام ابى بكر احمد بن عمرو الخصاف الحنفى المتوفى سنة ٢٦١ رتّب على مائة وعشرين بابًا وهو كتاب جامع غاية ما فى الباب ونهاية مأرب الطلّاب ولذلك تلقّوه بالقبول وشرحه فحول ائمّة الفروع والاصول منهم الامام ابو بكر احمد بن على الجصّاص المتوفى سنة ٣٧٠ والامام ابو جعفر محمد بن عبد الله الهندوانى المتوفى سنة ٣٦٢ والامام ابو الحسين احمد بن محمد القدورى المتوفى سنه ٤٣٨ وشيخ الاسلام على بن الحسين السغدى المتوفى سنة ٤٦١ والامام شمس الائمّة محمد بن احمد السرخسى المتوفى سنة ٤٨٣ والامام شمس الائمّة عبد العزيز بن احمد الحلوانى المتوفى سنة ٤٥٦ والامام برهان الائمّة عمر بن عبد العزيز ابن مازه المعروف بالحسام الشهيد المتوفى

---

**Primus, qui de illa dictata *(Imlá)* composuit, fuit Imam *Abu Yusuf Yacub Ben Ibrahim*, judex summus Hanefiticus, qui anno 182 (inc. 22. Febr. 798) mortuus est. Laudat eum *Bishr Ben-elwelíd Mirrísi.* Illum secuti sunt *Mohammed Ben Simáa* Hanefita, mortuus anno 233 (inc. 17. Aug. 847) — *Abu Hazim Abd-el-hamíd Ben Abd-el-azíz*, judex Hanefiticus, mortuus anno 292 (inc. 13. Nov. 904) — *Abu Jafar Ahmed Ben Is'hac Anbári*, qui anno 317 (inc. 14. Febr. 929) opere nondum absoluto, obiit — Imam *Abu Bekr Ahmed Ben Amru Khassáf* Hanefita, qui anno 261 (inc. 16. Oct. 874) obiit et in libro suo per centum et viginti capita diviso partes praestantissimas hujus doctrinae, et summum quod studiosis necessarium esse potest, complexus est. Hinc illum honorifice exceperunt, et Imami doctrinarum juris tam primariarum quam secundariarum apprime gnari eum commentati sunt, ut Imam *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Jassás*, mortuus anno 370 (inc. 17. Jul. 980), Imam *Abu Jafar Mohammed Ben Abdallah Hondowáni*, mortuus anno 362 (inc. 12. Oct. 972), Imam *Abu'lhosein Ahmed Ben Mohammed Codúri*, mortuus anno 438 (inc. 8. Jul. 1046), Sheikh el-islám *Ali Ben-elhosein Soghdi*, mortuus anno 461 (inc. 31. Oct. 1068), Imam *Shems el-aïmmet* (sol Imamorum) *Mohammed Ben Ahmed Serakhsi*, mortuus anno 483 (inc. 6. Mart. 1090), Imam *Shems el-aïmmet Abd-el-azíz Ben Ahmed Holwáni*, mortuus anno 456 (inc. 25. Dec. 1063), Imam *Borhán el-aïmmet* (probatio Imamorum) *Omar Ben Abd-el-azíz Ibn Mazeh*, vulgo dictus *Hosám* Martyr,**

قتيلا سنة ٥٣٦ وهو المشهور المتداول اليوم من بين الشروح ذكر فى اوله انّه اورد عقيب كلّ مسئلة من مسائل الكتاب ما يحتاج اليه الناظر ولم يميّز بينهما بالقول ونحوه والامام ابو بكر ابن محمد المعروف بخواهر زاده المتوفى سنة ٤٨٣ والامام فخر الدين الحسن بن منصور الاوزجندى المعروف بقاضى خان المتوفى سنة ٥٩٢ والامام الخجندى   ٣٣٧ **ادب القاضى** على مذهب الشافعى صنّف فيه الامام ابو بكر محمد بن على القفال الشاشى المتوفى سنة ٣٦٥ وابو العباس احمد بن احمد المعروف بابن القاصّ الطبرى المتوفى سنة ٣٣٥ وابو سعيد حسن ابن احمد الاصطخرى المتوفى سنة ٣٢٨ وكتابه مشهور بين الشافعيّة ليس لاحد مثله وابو بكر محمد بن احمد المعروف بابن الحداد المتوفى سنة ٣٤٥ وابو عبيد القاسم بن سلام اللغوى المتوفى سنة ٢٢٤ وابو الحسن على بن احمد بن محمد الرتبلى بالرآء ذكره السبكى وابو عاصم محمد بن احمد العبادى الهروى المتوفى سنة ٤٥٨ ولتلميذه ابى سعيد بن احمد الهروى شرح ما الّفه فيه ومن الكتب المؤلّفة فيه ايضا كتاب ابى المعالى مجلى بن جميع قاضى

---

qui interfectus est anno 536 (inc. 6. Aug. 1141). Commentarius hujus viri nostro tempore admodum celeber est et prae ceteris in hominum manibus teritur. Dicit auctor in initio, se post quaestiones singulas hujus libri ea commemorasse, quibus lectori opus est, neque tamen textus et sui commentarii verba formula qualicunque distinxit. — Denique commentati sunt Imam *Abu Bekr Ben Mohammed*, vulgo *Khaherzadeh* dictus et mortuus anno 483 (inc. 6. Mart. 1090), Imam *Fakhr-ed-din Hasan Ben Mansur Auzajendi*, vulgo *Cadhi Khan* dictus et mortuus anno 592 (inc. 6. Dec. 1195), et Imam *Hojendi*. — 337. Edeb el-cadhi, institutio judicis secundum doctrinam Imami *Shafii*. Scripserunt de illa Imam *Abu Bekr Mohammed Ben Ali Caffál Shashi*, mortuus anno 365 (inc. 10. Sept. 975), *Abu'labbás Ahmed Ben Ahmed Taberi*, vulgo *Ibn-elcáss* dictus et mortuus anno 335 (inc. 2. Aug. 946), et *Abu Saíd Hasan Ben Ahmed Istakhri*, mortuus anno 328 (inc. 18. Oct. 939). Hujus viri liber inter Shafiitas usu receptus est, neque ullus alius similem scripsit. Illos porro secuti sunt *Abu Bekr Mohammed Ben Ahmed*, vulgo *Ibn-elheddád* dictus et mortuus anno 345 (inc. 15. Apr. 956), *Abu Obeid Cásim Ben Selám* Lexicologus, mortuus anno 224 (inc. 23. Nov. 838), *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Ben Mohammed Ratbeli*, quem *Sobki* laudat, *Abu Asim Mohammed Ben Ahmed Ibádi Herewi*, mortuus anno 458 (inc. 3. Dec. 1065), et discipulus ejus *Abu Saíd Ben Ahmed Herewi*, qui in opus suum ipse commentarium composuit. De eadem re libros composuerunt *Abu'lmeáli*

مصر المتوفى سنة ٥٥٠ وابى اسحق ابرهيم بن عبد الله المعروف بابن ابى الدم الحموى المتوفى سنة ٦٤٢ والقاضى زكريا بن محمد الانصارى المصرى المتوفى سنة ٩١٠ والسيوطى ورضى الدين الغزى وهو مرتّب على عشرة ابواب والقاضى ابو محمد حسن بن احمد المعروف بالحداد البصرى الشافعى المذكور فى كتاب الاقضية فى شرح الرافعى وكتابه دلّ على فضل كثير ذكره ابو اسحق الشيرازى

٣٣٨ ادب الكاتب لابى محمد عبد الله بن مسلم المعروف بابن قتيبة النحوى المتوفى سنة ٢٧٠ قيل هو خطبة بلا كتاب لطول خطبته مع انّه قد حوى من كلّ شىء اوله امّا بعد حمد لله بجميع محامده الخ وله شروح اجلّها شرح الفاضل الاديب ابى محمد عبد الله ابن محمد المعروف بابن السيد البطليوسى المتوفى سنة ٤٢١ وهو شرح مفيد جدّا اوله الحمد لله مولى البيان وملهمه الخ ذكر فيه انّ غرضه تفسير الخطبة وذكر اصناف الكتبة ومراتبهم وحمل ما يحتاجون اليه فى صناعتهم ثمّ الكلام على نكته والتنبيه على غلطه وشرح ابياته

---

*Mojalla Ben Jemi'*, judex Misrensis, mortuus anno 550 (inc. 7. Mart. 1155), *Abu Is'hac Ibrahim Ben Abdallah Hamawi*, vulgo *Ibn Abi'ldemm* dictus et mortuus anno 642 (inc. 9. Jun. 1244), Cadhi *Zakaríya Ben Mohammed Ansári Misri*, mortuus anno 910 (inc. 14. Jun. 1504), *Soyuti*, *Redhi-ed-din Ghazzi*, cujus opus per decem capita distributum est, Cadhi Shafiita *Abu Mohammed Hasan Ben Ahmed Basri*, vulgo *Heddád* dictus, et a *Rafii* in commentario in libro de judiciis laudatus. Liber ejus specimen est eruditionis multifariae, eumque celebrat *Abu Is'hac Shirázi*. —

338. Edeb el-kátib, institutio scribae, quod opus, ab *Abu Mohammed Abdallah Ben Moslim* Grammatico, vulgo *Ibn Coteiba* dicto et mortuo anno 270 (inc. 11. Jul. 882), compositum, praefatio dicitur libro destituta ob praefationis prolixitatem, quamquam res omnes complectitur. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo propter omnes ejus virtutes laude dignissimas etc. — Multi commentarii in hoc opus exstant, eorumque celeberrimum et ad discendum utilissimum scripsit philologus bene meritus *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Botoliusi*, vulgo *Ibn-elseyyid* dictus et mortuus anno 421 (inc. 9. Jan. 1030). Orditur sic: Laus Deo eloquentiae domino ejusque inspiratori etc. Declarat deinde, se praefationem explanare voluisse, recenset genera ordinesque scribarum, et profert quae iis in exercenda arte necessaria sunt. Tum transit sermo ad quaestiones libri subtiles ejusque errores deteguntur,

وقد قسم على ثلثة اجزآء الاول فى شرح الخطبة والثانى فى التنبيه على الغلط والثالث فى شرح ابياته وسمّاه الاقتضاب فى شرح ادب الكتّاب ومنها شرح ابى منصور موهوب بن احمد الجواليقى المتوفى سنة ٤٦٥ وسليمان بن محمد الزهراوى وابو على حسن بن محمد البطليوسى المتوفى سنة ٥٧٦ واحمد بن داود الجذامى المتوفى سنة ٥٩٨ واسحق بن ابرهيم الفارابى المتوفى سنة ٣٥٠ وشرح بعضهم خطبة خاصّة كابى القاسم عبد الرحمن بن اسحق الزجاجى المتوفى سنة ٣٣٩ ومبارك بن فاخر النحوى المتوفى سنة ٥٠٠ وبعضهم شرح ابياته كاحمد بن محمد الخارزنجى المتوفى سنة ٣٤٨ ٣٣٩ ادب الكاتب للامام الاديب ابى بكر محمد بن القاسم الانبارى المتوفى سنة ٣٢٨ وابى جعفر احمد بن محمد النحاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ وابى عبد الله محمد بن يحيى الصولى الكاتب المتوفى سنة ٣٣٥ وابن دريد محمد بن الحسن اللغوى المتوفى سنة ٣٢١ وصلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ ٣٤٠ ادب المريض والعائد لابى شجاع البسطامى [كان موجود سنة ٥٣٥] ٣٤١ ادب المفتى

---

et versus explicantur. Liber enim, quem ***Ictidháb fi sharh edeb el-kottáb*** inscripsit, in tres partes divisus est; prima continet commentarium in praefationem, in secunda manifestantur errores, et in tertia explicantur versus. Hunc in commentando secuti sunt ***Abu Mansur Mauhub Ben Ahmed Jewalícki***, mortuus anno 465 (inc. 17. Sept. 1072), ***Soleiman Ben Mohammed Zahráwi***, ***Abu Ali Hasan Ben Mohammed Botoliusi***, mortuus anno 576 (inc. 28. Mai. 1180), ***Ahmed Ben Davud Jodzámi***, mortuus anno 598 (inc. 1. Oct. 1201), ***Is'hac Ben Ibrahim Farabi***, mortuus anno 350 (inc. 20. Febr. 961). Alii separatim praefationem explicuerunt, ut ***Abu'lcasim Abd-el-rahman Ben Is'hac Zejjáji***, mortuus anno 339 (inc. 20. Jun. 950), et ***Mobárek Ben Fákhir*** Grammaticus, mortuus anno 500 (inc. 2. Sept. 1106), alii versus tantum, ut ***Ahmed Ben Mohammed Kharzenji***, mortuus anno 348 (inc. 14. Mart. 959). — 339. **Edeb el-kátib**, institutio scribae, auctoribus Imam ***Abu Bekr Mohammed Ben-elcásim Anbári*** Philologo, mortuo anno 328 (inc. 18. Oct. 939), ***Abu Jafar Ahmed Ben Mohammed Nehhás*** Grammatico, mortuo anno 338 (inc. 1. Jul. 949), ***Abu Abdallah Mohammed Ben Yah'ya Sauli*** Scriba, mortuo anno 335 (inc. 2. Aug. 946), ***Ibn Doreid Mohammed Ben-elhasan*** Lexicologo, mortuo anno 321 (inc. 1. Jan. 933), et ***Saláh-ed-din Khalíl Ben Ibec Safedi***, mortuo anno 764 (inc. 21. Oct. 1362). — 340. **Edeb el-merídh we el-áïd**, institutio aegroti et visitantis, auctore ***Abu Shojá Bestámi*** [qui vixit circa annum 535 (inc. 17. Aug. 1140)]. — 341. **Edeb**

والمستفتى للشيخ تقى الدين ابى عمرو عثمان بن عبد الرحمن المعروف بابن الصلاح الشهرزورى الشافعى المتوفى سنة ٦٤٣ وهو مختصر نافع وصنّف فيه ايضا الشيخ ابو القاسم عبد الواحد بن الحسين الصيمرى الشافعى المتوفى سنة ٣٨٦ ٣٤٢ ادب المفردة فى الحديث للامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن اسمعيل الجعفى البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ روى عنه احمد بن محمد بن الجليل بالجيم البزار وهو من تصانيفه الموجودة قاله ابن حجر ومنتقاه للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٣٤٣ ادب النديم لابى الفتح محمود بن الحسين المعروف بكشاجم المتوفى فى حدود سنة ٣٥٠ ٣٤٤ ادب النفس لابى العباس احمد بن محمد مروان السرخسى الطبيب المتوفى سنة ٢٨٦ صنّفه للمعتضد العباسى ٣٤٥ ادب الوزراء ٣٤٦ ادب فى استعمال الحسب للامام ابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى الحافظ المتوفى سنة ٥٦٢ ٣٤٧ الادراك للسان الاتراك للشيخ اثير الدين ابى حيان محمد بن يوسف الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٧٤٥

---

el-mufti we el-mustefti, institutio Muftii ejusque qui illum consulit. Compendium utile compositum a Sheikh Shafiita *Tacki-ed-din Abu Amru Othman Ben Abd-el-rahman Shahrezuri*, vulgo *Ibn-elsaláh* dicto et mortuo anno 643 (inc. 29. Mai. 1245). De eadem re scripsit quoque Sheikh Shafiita *Abu'lcásim Abd-el-wáhid Ben-elhosein Seimeri*, mortuus anno 386 (inc. 25. Jan. 996). — 342. **Edeb el-mofridet**, ad rem traditionariam pertinens, auctore Imam Hafitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismail Jofi Bokhári*, mortuo anno 256 (inc. 9. Dec. 869). Provocat ad ejus auctoritatem *Ahmed Ben Mohammed Ben-eljelíl Bezzár*, atque hic unus est ex libris auctoris, qui exstant, ut *Ibn Hajr* refert. Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, potiora ex eo separatim edidit. — 343. **Edeb el-nedím**, institutio compotoris, auctore *Abu'lfath Mahmud Ben-elhosein*, vulgo *Coshájim* dicto et mortuo circa annum 350 (inc. 20. Febr. 961). — 344. **Edeb el-nefs**, liber de cultu animae, ab *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Merwán Serakhsi* Medico, qui anno 286 (inc. 17. Jan. 899) obiit, Khalifae Abbasidico *Motedhed* compositus. — 345. **Edeb el-wozará**, institutio Wezirorum. — 346. **Edeb fi istimál el-haseb**, institutio de adhibenda majorum gloria, auctore Imam Hafitz *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni*, mortuo anno 562 (inc. 28. Oct. 1166). — 347. **El-idrák lilisán El-Atrác**, cognitio linguae Turcarum, auctore Sheikh *Athír-ed-din Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi* Grammatico, mortuo anno 745 (inc. 15. Mai. 1344). —

### ٣٤٨ علم الادعية والاوراد

وهو علم يبحث فيه عن الادعية المأثورة والاوراد المشهورة بتصحيحهما وضبطهما وتصحيح روايتهما وبيان خواصّهما وعدد تكرارهما واوقات قراءتهما وشرائطهما ومباديه مبيّنة في العلوم الشرعيّة والغرض منه معرفة تلك الادعية والاوراد على الوجه المذكور لينال باستعمالهما الى الفوائد الدينيّة والدنيويّة كذا في مفتاح السعادة وجعله من فروع علم الحديث بعلّة استمداده من كتب الاحاديث والكتب المؤلّفة فيه كثيرة جدًّا وها انا مورد لك ما وصل الىّ خبره على ترتيب هذا الكتاب اجمالًا الابتهاج باذكار المسافر الحاجّ ادعية الحجّ والعمرة الادعية المنتخبة اذكار الاذكار اذكار الحجّ اذكار الصلوة اوراد الشيخ بهآء الدين الاوراد الزينيّة وشروحها الاوراد الفتحيّة وشرحها الاوراد السبعة

٣٤٩ ادعية الحجّ والعمرة جمعها قطب الدين محمد المكى المتوفى سنة ٩٨٨ في كراسة

---

**348. Ilm el-ad'iyet we el-aurád. Doctrina precationum et pericoparum coranicarum.**

Haec est illa doctrina, quae quaerit de precationibus traditione commendatis et de pericopis coranicis usu receptis, et simul docet emendationem earum criticam, lectionis constitutionem, auctoritatum assertionem, virtutes peculiares, quoties repetendae sint, tempus, quo legendae sint, conditionesque, ex quibus earum efficacitas dependeat. Principia hujus doctrinae demonstrantur in doctrinis legalibus, ejusque finis est harum precationum et pericoparum coranicarum cognitio ea, quae modo describebatur, ita ut earum usu fructus hujus alteriusque vitae comparentur. Haec quidem e libro *Miftáh el-seádet* repetita sunt, ubi illa doctrina ideo doctrinae traditionali subjiciebatur, quoniam libros traditionales in usum suum vocat. Admodum multi hoc argumentum in scriptis tractarunt, tibique secundum ordinem hujus nostri operis alphabeticum ea, quorum notitia ad nos pervenit, summatim afferam: *El-Ibtiháj bi adzkár el-musáfir el-hájj* — *Ad'iyet el-hajj we el-umret* — *El-Ad'iyet El-Muntakhabet* — *Idzkár el-adzkár* — *Adzkár el-hajj* — *Adzkár el-salát* — *Aurád El-Sheikh Behá-ed-din* — *El-Aurád El-Zeiníyet*, hujusque libri commentarii — *El-Aurád El-Fat'híyet* et commentarius — *El-Aurád El-Seb'at.* — .

349. Ad'iyet el-hajj we el-umret, precationes in sacra peregrinatione et visitatione *Umret* dicta recitandae, quas *Cotb-ed-din Mohammed Mekki*, qui anno 988

اولها الحمد لله وكفى الخ انتقاها من منسكه الكبير ٣٥٠ الادعية المنتخبة فى الادوية المجربة للشيخ عبد الرحمن بن محمد البسطامى وهو مختصر وصف الدوآء الفه فى ليلة عيد الفطر سنة ٨٣٨ ورتب على خمسة ابواب كلها فى الطاعون اوله الحمد لله اللطيف لعبده الخ ٣٥١ ادل الكلام فى الفروع لبعض الحنفية ٣٥٢ الادلة الرسمية فى التعابى الحربية للامام محمد بن منكلى العلمى ٣٥٣ ادلة العيان والبرهان للشيخ شهاب الدين عمر بن محمد السهروردى المتوفى سنة ٦٣٢

٣٥٤ علم ادوات الخط

وسيأتى تحقيقه فى علم الخط

٣٥٥ علم الادوار والاكوار

ذكره من فروع علم الهيئة وقال والدور يطلق فى اصطلاحهم على ثلاثمائة وستين سنة

---

(inc. 17. Feb. 1580) obiit, ex libro suo *Mensik Kebír* in decem foliis selectas edidit. Incipit ita: Laus Deo ejusque auxilium sufficit etc. — 350. **El-Ad'iyet El-Muntakhabet**, precationes selectae, medicamenta probata continentes. Epitome libri *Wasf el-dewá*, quam Sheikh *Abd-el-rahman Ben Mohammed Bestámi* nocte festi *Fitr* (soluti jejunii) anno 838 (inc. 7. Aug. 1434) adornavit et per quinque capita, quae omnia de pestilentia agunt, disposuit. Incipit ita: Laus Deo qui servo suo propitius est etc. — 351. **Adall el-kelám**, sermo qui id quod docendum est, maxime docet, auctore quodam Hanefita. Pertinet ad partes jurisprudentiae secundarias. — 352. **El-Adillet El-Rasmíyet**, institutiones ex usu repetitae de gerendis bellis et exercitibus instruendis, auctore Imam *Mohammed Ben Mengüli Ilmi.* — 353. **Adillet el-iyán we el-borhán**, institutiones de scientia intuitiva et de scientia speculativa, auctore Sheikh *Shehâb-ed-din Omar Ben Mohammed Soharawerdi*, mortuo anno 632 (inc. 26. Sept. 1234). —

354. **Ilm edewát el-khatt.** Doctrina instrumentorum scriptoriorum. Clariorem expositionem hujus doctrinae invenies infra sub *Ilm el-khatt.*

355. **Ilm el-edwár we el-ekwár.** Doctrina periodorum et cyclorum. *Tashköprizadeh* eam doctrinis sphaerologiae secundariis annumerat, dicens, *Daur* in terminologia astronomorum in universum indicare periodum trecentorum sexaginta

شمسية والكور على مائة وعشرين سنة قمرية ويبحث فى العلم المذكور عن تبدل الاحوال الجارية فى كل دور وكور قال وهذا من فروع علم النجوم مع انه لم يذكره فى بابه

٣٥٦ الادوار فى احكام النجوم للشيخ ابى معشر جعفر بن محمد البلخى المنجم المتوفى سنة ٢٧٢ ٣٥٧ الادوار فى علم الحروف والاسرار للشيخ يوسف بن عبد الرحمن المغربى مختصر اوله الحمد لله الذى اناض على قلوب ذوى الالباب الخ ٣٥٨ الادوية الشافية بالادعية الوافية مختصر لنور الدين الروشانى الفها بحلب لقاضيها سنة ٩٩٩ ٣٥٩ الادوية الشافية فى الادعية الكافية ٣٦٠ الادوية القلبية للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ٣٦١ الادوية المفردة جمعها جمع من الاطباء قديما وحديثا منهم ابن واقد وابن سمحون وموفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادى المتوفى سنة [٦٢٩] اختصر ما جمعا ثم صنف كتابا كبيرا والشيخ ابو الفضل ابن مهندس صنفها على ترتيب

---

annorum solarium, et *Kaur* cyclum centum et viginti annorum lunarium. Illa doctrina igitur quaerit de commutationibus, quae in decursu cujusvis periodi et cycli obveniunt. Dicit autem *Abu'l-kheir*, eam pertinere ad doctrinas astronomiae secundarias, quamquam eam in capite de astronomia non commemoravit.

356. El-Edwár, de astrologia judiciaria, auctore Sheikh *Abu Ma'shar Jafar Ben Mohammed Balkhi* Astronomo, mortuo anno 272 (inc. 18. Jun. 885). — 357. El-Edwár, compendium de doctrina virtutum literarum et virium arcanarum, auctore Sheikh *Yusuf Ben Abd-el-rahman Maghribi.* — Incipit ita: Laus Deo qui animos virorum cordatorum abundanter implet etc. — 358. El-Edwiyet El-Sháfiyet, precationes efficientia sua probatae. Compendium, quod *Nur-ed-din Rusheni* Halebi judici hujus urbis anno 999 (inc. 20. Oct. 1590) composuit. — 359. El-Edwiyet El-Sháfiyet, precationes sufficientes. — 360. El-Edwiyet El-Calbíyet, medicamenta cordialia, auctore Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, mortuo anno 428 (inc. 25. Oct. 1036). — 361. El-Edwiyet El-Mufridet, medicamenta simplicia, quae multi medici prioris et posterioris aetatis collegerunt, ut *Ibn Wákid*, *Ibn Semhun*, *Mowaffic-ed-din Abd-el-latif Ben Yusuf Baghdádi*, mortuus anno [629 (inc. 29. Oct. 1231)], qui iis, quae viri illi duo collegerant, in compendium redactis, librum copiosiorem composuit, Sheikh *Abu'lfadhl Ibn Mohendis*, qui opus suum ad ordinem Abecedarii adornavit,

ابجد وابو الصلت اميّة بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٢٩ واسحق بن عمران البغدادى الطبيب ورشيد الدين ابى منصور بن ابى الفضل على المعروف بابن الصورى المتوفى سنة ٦٣٩ استقصى فى ذكرها واورد ما لم يطلع عليه المتقدّمون للملك المعظّم ثمّ الشيخ عبد الله بن احمد المعروف بابن بيطار المالقى المتوفى سنة ٦٤٦ جمع الجميع فى كتابه المسمّى بجامع الادوية المفردة فصار اجمع ما جمع فى هذا المعنى ويقال له مفردات ابن بيطار وكذا يطلق على الكلّ لفظ المفردات وسيأتى بقية الكلام فى ما لا يسع ٣٦٢ اذكار الاذكار وهو مختصر اذكار النووى وسيأتى ٣٦٣ اذكار الحجّ والعمرة سبق فى ادعية الحجّ للقطب المكّى ٣٦٤ اذكار الصلوة لزين المشائخ ابى الفضل محمد بن ابى القاسم البقّالى الخوارزمى الحنفى المتوفى سنة ٥٦٢ ٣٦٥ اذكار النووى المسمّى بحلية الابرار يأتى فى الحآء ٣٦٦ اذلال النكوس فى اضلال المكوس لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٣٦٧ ارآء المدينة

---

*Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, mortuus anno 529 (inc. 22. Oct. 1134), *Is'hac Ben Amrán Baghdádi* Medicus, *Reshíd-ed-din Abu Mansur Ben Abi'lfadhl Ali*, vulgo *Ibn-elsauri* dictus et mortuus anno 639 (inc. 12. Jul. 1241), qui in usum principis *El-Melik El-Moatztzem* omnem materiem effudit, et ea protulit, quae viri docti prioris aetatis non animadverterant, porro Sheikh *Abdallah Ben Ahmed Málacki*, vulgo *Ibn Beitár* dictus et mortuus anno 646 (inc. 26. Apr. 1248), qui omnia in libro suo *Jámi' el-edwiyet el-mufridet* colligavit, ita ut hoc opus omnium hanc materiam tractantium copiosissimum esset. Vulgo nomine *Mufridet Ibn Beitár* celebratur, eodemque modo omnes libri, in quibus de remediis simplicibus agitur, *Mufridet* inscripti sunt. Cetera, quae hic afferenda sunt, vide sub *Ma la yasao.* — 362. **Idzkár el-adzkár**, commemoratio cogitationum piarum. Epitome operis *Adzkár El-Newewi*, de quo statim dicetur. — 363. **Adzkár el-hajj we el-umret**, cogitationes piae in sacra peregrinatione et visitatione *Umret* dicta, auctore *Cotb-ed-din Mekki.* Vide de hoc libro antea sub *Ad'iyet el-hajj.* — 364. **Adzkár el-salát**, cogitationes piae precationis, auctore *Zein el-meshäikh* (ornamento Sheikhorum) *Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli Khowarezmi* Hanefita, mortuo anno 562 (inc. 28. Oct. 1166). — 365. **Adzkár El-Newewi**, cogitationes piae, auctore *Newewi*, vulgo *Hil'yet el-abrár* dictae, quem titulum vide in litera *Ha.* — 366. **Idzlál el-nokús**, de vectigalibus intervertendis, auctore *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, mortuo anno 788 (inc. 2. Febr. 1386). — 367. **Ará el-medínet**

الفاضلة لابى نصر محمد الفارابى [المتوفى سنة ٣٣٩] ذكره فى موضوعات العلوم ٣٦٨ ارادات الاخيار واختيارات الابرار مختصر فى المواعظ اوله الحمد لله حمدًا يوافى نعمه الخ تأليف الشيخ شمس الدين محمد بن السراج عمر العمهينى الواسطى ٣٦٩ ارادة الطالب وافادة الواهب وهو فرش القصيدة المنجدة فى القرآآت لسبط الخياط ٣٧٠ اربعينات فى الحديث وغيره امّا الحديث فقد ورد من طرق كثيرة بروايات متنوّعة انّ رسول الله صلعم قال من حفظ على امّتى اربعين حديثًا فى امر دينها بعثه الله تعالى يوم القيامة فى زمرة الفقهآء والعلمآء واتّفقوا على انّه حديث ضعيف وان كثرت طرقه وقد صنّف العلمآء فى هذا الباب ما لا يحصى من المصنّفات واختلف مقاصدهم فى تأليفها وجمعها وترتيبها فمنهم من اعتمد على ذكر احاديث التوحيد واثبات الصفات ومنهم من قصد ذكر احاديث الاحكام ومنهم من اقتصر على ما يتعلّق بالعبادات ومنهم من اختار حديث المواعظ والرقائق ومنهم من قصد

---

**el-fádhilet**, sententiae de urbe praestante (Medina), auctore *Abu Nasr Mohammed Farábi* [mortuo anno 339 (inc. 20. Jun. 950)]. Laudatur hoc opus in *Maudhuát el-olúm*. — 368. **Iradát el-akh'yár**, vota optimorum et arbitria justorum. Compendium argumenti paraenetici, quod Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben-elserráj Omar Ommaheini Wasiti* composuit. Incipit ita: Laus Deo talis qualis gratiam ipsius aequat etc. — 369. **Irádet el-tálib we ifádet el-wáhib**, voluntas quaerentis et largitio datoris, stratum (i. e. explanatio) Casidae instructae de recensionibus Corani, auctore *Sibt el-Khayyát*. — 370. **Arba'ínát**, quadragenariae, quo titulo scripta ad rem traditionariam aliasque doctrinas pertinentia inscribuntur. Quod illam spectat, viis multis per auctoritates varias traditum est, Mohammedem legatum Dei dixisse: „Qui quadraginta traditiones fidem muslemicam spectantes retinet easque asseclas meos docet, hunc resuscitabit Deus die resurrectionis in coetu jurisconsultorum et virorum doctorum“, quae traditio quamquam multis viis ad nos propagata est, consentiunt tamen, eam sublestae fidei esse. Viri docti innumerabilem fere scriptorum numerum de hoc argumento exararunt, discesserunt autem inter se in consilio, quod in componendo, colligendo et ordinando secuti sunt. Alii sibi proposuerunt, traditiones de cultu unius Dei attributorumque ejus comprobatione laudare, alii id egerunt, ut traditiones de praeceptis practicis afferrent, alii in commemorandis traditionibus acquieverunt, quae sacros ritus spectant, alii elegerunt traditiones de admonitionibus severis et de commerciis, quae Deum hominemque intercedunt, alii eas elicere studuerunt, quarum auctoritas

اخراج ما صحّ سنده وسلم من الطعن ومنهم من قصد ما علا اسناده ومنهم من احبّ تخريج ما طال متنه وظهر لسامعه حسنه حين يسمعه الى غير ذلك وسمّى كلّ واحد منهم كتابه بكتاب الاربعين وسنورد لك ما وصل الينا خبره او رأيناه باعتبار حروف المضاف اليه ٣٧١ اربعين فى لفظ الاربعين للشيخ الامام شمس الدين محمد بن احمد المعروف بابن البطال اليمنى المتوفى سنة ٦٣٠ ٣٧٢ اربعين ابى بكر الآجرى هو محمد بن الحسين المتوفى بمكة سنة ٣٦٠ ٣٧٣ اربعين ابى بكر الاصفهانى هو محمد بن ابرهيم المتوفى سنة ٤٦٦ ٣٧٤ اربعين ابى بكر الكلاباذى هو تاج الاسلام ٣٧٥ اربعين ابى بكر الجوزقى هو الشيخ الامام محمد بن عبد الله ٣٧٦ اربعين ابى بكر البيهقى فى الاخلاق وهو الامام شمس الدين احمد بن على الشافعى المتوفى سنة ٤٥٨ وهو مشتمل على مائة حديث مرتّب على اربعين بابًا اوله الحمد لله كفاء حقّه الخ ٣٧٧ اربعين ابى الخير زيد بن رفاعة ٣٧٨ اربعين ابى سعيد البالينى هو احمد بن محمد بن احمد المتوفى سنة ٤١٢ ٣٧٩ اربعين ابى

---

certa et ab omni infirmatione tuta est, alii eas afferre laborarunt, quarum auctoritates ad ultimam originem revocari possunt, alii denique illas traditiones elicere praetulerunt, quarum textus et prolixus est, et pulchritudo audientibus inter audiendum comprobatur, et quae sunt alia. Illi viri omnes tractatus suos Quadragenarias (*Arba'un*) appellarunt, et jam tibi tam illos, quorum notitia ad nos pervenit, quam illos, quos ipsi inspeximus, recensebimus ita ut literas initiales genitivi sequentis respiciamus. — 371. Arba'ín, de verbo *El-Arba'ín*, auctore Sheikh Imam *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Yemeni*, vulgo *Ibn-elbettál* dicto et mortuo anno 630 (inc. 18. Oct. 1232). — 372. Arba'ín, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elhosein Ajorri*, mortuo Meccae anno 360 (inc. 5. Nov. 970). — 373. Arba'ín, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Isfaháni*, mortuo anno 466 (inc. 6. Sept. 1073). — 374. Arba'ín, auctore *Táj-el-islám Abu Bekr Kelabádzi*. — 375. Arba'ín, auctore Sheikh Imam *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Jewzecki*. — 376. Arba'ín, quadragenariae de moribus, auctore Imam *Shems-ed-din Abu Bekr Ahmed Ben Ali Beihacki* Shafiita, mortuo anno 458 (inc. 3. Dec. 1065). Hic liber in quadraginta capitibus continet centum traditiones. Incipit ita: Laus Deo tanta quantam meretur etc. — 377. Arba'ín, auctore *Abu'lkheir Zeid Ben Refáa*. — 378. Arba'ín, auctore *Abu Saïd Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Balíni*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021). —

سعيد المهرانى هو احمد بن ابرهيم المصرى ٣٨٠ اربعين ابى عبد الرحمن محمد بن حسين السلمى المتوفى سنة ٤١٢ ٣٨١ اربعين ابى عثمان الصابونى النيسابورى المتوفى سنة ٤٤٩ ٣٨٢ اربعين ابى نصر محمد بن على بن ودعان الموصلى [المتوفى سنة ٤٩٤] ٣٨٣ اربعين ابى نعيم الاصفهانى وهو احمد بن عبد الله المتوفى سنة ٤٣٠ ٣٨٤ اربعين اوقجى زاده سمّاه احسن الحديث وقد سبق ٣٨٥ اربعين ابن البطال فى اذكار المساء والصباح وهو محمد بن احمد اليمنى المتوفى سنة ٦٣٠ ٣٨٦ اربعين ابن الجزرى هو الشيخ شمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ اختار فيه ما هو اصحّ وافصح واوجز ٣٨٧ اربعين ابن حجر امّا العسقلانى فهو من المتباينة وامّا المكى فسيأتى فى العدليّة ٣٨٨ اربعين ابن طولون شمس الدين محمد الدمشقى جمع فيه من مسموعاته كلّ حديث منها من اربعين حديثًا مفردة بالتصنيف عن اربعين صحابيًا فى اربعين بابًا من العلم اوله الحمد لله البرّ اللطيف الخ وله اربعين حديثا آخر انتقاها من كتاب فضائل القرآن

---

379. Arba'ín, auctore *Abu Saïd Ahmed Ben Ibrahim Mihráni Misri.* — 380. Arba'ín, auctore *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben Hosein Solemi*, mortuo anno 412 (inc. 17. Apr. 1021). — 381. Arba'ín, auctore *Abu Othman Sabuni Nisaburi*, mortuo anno 449 (inc. 10. Mart. 1057). — 382. Arba'ín, auctore *Abu Nasr Mohammed Ben Ali Ben Wed'án Mausili* [mortuo anno 494 (inc. 6. Nov. 1100)]. — 383. Arba'ín, auctore *Abu Naïm Ahmed Ben Abdallah Isfaháni*, mortuo anno 430 (inc. 3. Oct. 1038). — 384. Arba'ín, auctore *Ocjizadeh.* Vide de hoc libro, *Ahsan el-hadíth* inscripto, antea. — 385. Arba'ín, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ibn-elbettál Yemeni*, mortuo anno 630 (inc. 18. Oct. 1232). Continet hic tractatus laudationes Dei matutinas et vespertinas. — 386. Arba'ín, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, vulgo *Ibn-eljezeri* dicto et mortuo anno 833 (inc. 30. Sept. 1429). Selegit hic traditiones certissimas et facundissime brevissimeque dictas. — 387. Arba'ín, auctore *Ibn Hajr* tam *Ascaláni* quam *Mekki.* Collegit ille traditiones, quae et verbis et sensu differunt; de hoc autem vide sub *Arbaïn Adlíyet.* — 388. Arba'ín, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ibn Tulun Dimeshcki.* Collegit ille in hoc tractatu traditiones, quas ipse audiverat, ita ut singulae ex quadraginta Quadragenariis separatim compositis et auctoritate quadraginta sociorum prophetae stabilitis depromtae essent et in iis de quadraginta capitibus doctrinae traditionalis ageretur. Incipit ita: Laus Deo benigno et clementi etc. — Praeterea *Ibn Tulun* quadraginta alias traditiones

للضياء المقدسى اوله الحمد لله على نعمه التى لا تحصى الخ ٣٨٩ اربعين ابن عساكر هو الحافظ ابو القاسم على بن الحسن الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ جمع اربعينات منها الاربعون الطوال والاربعون فى الابدال العوال والاربعون فى الاجتهاد فى اقامة الجهاد والاربعون البلدانيّة وسيأتى كلّ منها ٣٩٠ اربعين ابن كمال پاشا شمس الدين احمد بن سليمان المتوفى سنة ٩٤٠ جمع ثلاث اربعينات وشرحها واختار ما جزل لفظه وحسن فقرته وليس كلّ منها اربعون حديثًا بل بعضها ثلثون وبعضها عشرون ٣٩١ اربعين ابن المجير هو ابو عبد الله القاضى محمد بن احمد بن ابرهيم ابن المجير ٣٩٢ اربعين ابرهيم بن الحسن المالكى القاضى المتوفى سنة ٧٣٤ ٣٩٣ اربعين احمد بن حرب النيسابورى المتوفى سنة ٢٣٤ ٣٩٤ اربعين الباخرزى ذكره ابن حجر فى المعجم ٣٩٥ اربعين البركلى هو الشيخ محمد بن پير على الرومى المتوفى سنة ٩٨١ ٣٩٦ اربعين بدر الدين بدل بن ابى المعمر اسمعيل

---

edidit, e libro *Fedhäïl El-Cor'an*, cujus auctor *Dhiyá ed-din Mocaddesi* est, selectas. Incipit verbis: Laus Deo pro innumerabili beneficiorum suorum multitudine etc. — 389. Arba'ín, auctore Hafitz *Abu'lcásim Ali Ben-elhasan Dimeshcki*, vulgo *Ibn Asákir* dicto et mortuo anno 571 (inc. 22. Jul. 1175). Collegit hic plures *Arbaïnát*, ut *El-Arba'un El-Tiwál* (Quadragenarias longas), *El-Arba'un fi el-abdál el-awál* (Q. de virorum sanctorum praestantissimis), *El-Arba'un fi el-ijtihád fi icámet el-jihád* (Q. de studio summo in bello sacro gerendo), *El-Arba'un El-Buldaniyet* (Q. urbanae s. in quadraginta urbibus collectae), quae omnes deinceps recensebuntur. — 390. Arba'ín, auctore *Shems-ed-din Ahmed Ben Soleiman*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dicto et mortuo anno 940 (inc. 23. Jul. 1533). Adornavit hic tres Quadragenarias easque commentario instruxit. Elegit eas traditiones, quae et brevitate dictionis et elegantia argumenti ingeniosi excellebant, neque tamen omnes numerum quadragenarium explent, imo potius aliae triginta, aliae viginti sunt numero. — 391. Arba'ín, auctore Cadhi *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Ibrahim* vulgo *Ibn-elmujír* dicto. — 392. Arba'ín, auctore *Ibrahim Ben-elhasan* judice Malikitico, mortuo anno 734 (inc. 12. Sept. 1333). — 393. Arba'ín, auctore *Ahmed Ben Harb Nisaburi*, mortuo anno 234 (inc. 5. Aug. 848). — 394. Arba'ín, auctore *Bakherzi*. Laudat hunc tractatum *Ibn Hajr* in *El-Mojem*. — 395. Arba'ín, auctore Sheikh *Mohammed Ben Pir Ali Rumi*, vulgo *Birgeli* dicto et mortuo anno 981 (inc. 3. Mai. 1573). — 396. Arba'ín, auctore *Bedr-ed-din Bidl Ben Abi'lmamar Ismaïl Tebrízi*. Dictavit

التبريزى املاءها سنة ٦٠١ ٣٩٧ اربعين البلدانيّة لشيخ الجماعة والمتقدّم فى الصناعة ابى طاهر احمد بن محمد السلفى الاصفهانى المتوفى سنة ٥٧٦ جمع اربعين حديثا عن اربعين شيخا فى اربعين مدينة ابان بها عن رحلة واسعة واظهر فيها رتبة عالية ثمّ الشيخ الامام محدّث الشام ابو القاسم على بن حسن ابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ اقتدى بسنته وزاد على ما أتى به من الغرابة بان جعلها عن اربعين من الصحابة فصار اربعين من اربعين لاربعين فى اربعين عن اربعين اذا اعتبرت يخرج فى اربعين بابًا كلّ حديث اذا جمع اليه ما يناسبه صار كتابًا اوله الحمد لله القادر القاهر القوى المتين الخ وتبعه شرف الدين عبد الله بن محمد الوانى المتوفى سنة ٧٤٩ فى جمع اربعين بلدانيّة والحافظ ابو القاسم حمزة ابن يوسف السهمى ايضا لكنه فى فضائل العباس كلّها والشيخ ابو العباس احمد بن محمد الظاهرى الحلبى المتوفى سنة ٦٩٦ ٣٩٨ اربعين الثقفى هو الحافظ ابو عبد الله الاصفهانى [المتوفى سنة ٤٨٩] ٣٩٩ اربعين الجرجانى وهو ابو محمد اخرجه من الصحيحين من

---

eas anno 601 (inc. 29. Aug. 1204). — 397. **El-Arba'ín El-Buldaníyet**, quadraginta traditiones urbanae, quas Sheikh communionis moslemicae et antesignanus theologiae *Abu Táhir Ahmed Ben Mohammed Silefi Isfaháni*, qui mortuus est anno 576 (inc. 28. Mai. 1180), ex auctoritate quadraginta virorum doctorum in quadraginta urbibus collegit. His dictis probavit, se longe progressum et ad altum gradum in eruditione evectum esse. Ejus exemplum imitatus est traditionarius Syriae famosus Sheikh Imam *Abu'lcásim Ali Ben Hasan Ibn Asákir Dimeshcki*, qui anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) obiit, et mirum viri illius institutum superavit eo quod suas traditiones ex ore quadraginta sociorum prophetae derivavit, ita ut illae quadraginta essent numero, a quadraginta viris doctis acceptae, quadraginta hominibus scriptae, in quadraginta urbibus collectae et a quadraginta sociis prophetae traditae. Si rem consideras, continet hic liber quadraginta capita, et singulae traditiones, adjectis iis, quae analoga sunt, librum peculiarem efficiunt. Incipiunt ita: Laus Deo potenti, victori, forti, firmo etc. — Illum in colligendis quadraginta traditionibus urbanis secuti sunt *Sheref-ed-din Abdallah Ben Mohammed Wani*, qui anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) obiit, item Hafitz *Abu'lcásim Hamza Ben Yusuf Sahmi*, cujus traditiones tamen omnes nonnisi virtutes *Abbási* laudant, et Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Tzáhiri Halebi*, qui anno 696 (inc. 30. Oct. 1296) obiit. — 398. **Arba'ín**, auctore Hafitz *Abu Abdallah Isfaháni*, vulgo *Thacafi* dicto [et mortuo anno 489 (inc. 31. Dec. 1095)]. — 399. **Arba'ín**, auctore *Abu Mohammed*, vulgo *Jorjáni* dicto. Sumsit eas traditiones ex duobus libris

حديث ابى بكر احمد بن منصور المغربى ٤٠٠ اربعين فى الجهاد لابن عساكر المذكور سمّاه الاجتهاد فى اقامة فرض الجهاد ٤٠١ اربعين الحاكم هو الامام الحافظ ابو عبد الله محمد ابن عبد الله النيسابورى المتوفى سنة ٤٠٥ ٤٠٢ اربعين فى الحجّ لمحبّ الدين احمد بن عبد الله الطبرى المكى المتوفى سنة [٦٩٤] ٤٠٣ اربعين حسن بن سفيان النسوى المتوفى سنة ٣٠٣ ٤٠٤ اربعين للخجندى هو ابرهيم بن عبد الله بن عبد اللطيف سمّاه المآء المعين ٤٠٥ اربعين خويشاوند وهو الامام ابو سعيد احمد بن الحسن الطوسى المتوفى سنة جمعها فى مناقب الفقرآء والصالحين ٤٠٦ اربعين الدارقطنى هو ابو الحسن على بن عمر الحافظ البغدادى المتوفى سنة ٣٨٥ ٤٠٧ اربعين الدلجى هو الحافظ شمس الدين محمد بن محمد ٤٠٨ اربعين الرهاوى هو الحافظ عبد القادر ٤٠٩ اربعين سعد الدين مسعود ابن عمر التفتازانى المتوفى سنة [٧٩٢] ٤١٠ اربعين السيوطى وهو جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى جمع اربع اربعينات احدها فى فضائل الجهاد والثانى فى رفع اليدين فى

---

*Sahíh* inscriptis, quas *Abu Bekr Ahmed Ben Mansur Maghrebi* tradiderat. — 400. Arba'ín fi el-jihád, de sacro bello gerendo, auctore *Ibn Asákir* modo laudato. Inscripsit librum: *El-Ijtihád fi icámet fardh el-jihád.* — 401. Arba'ín, auctore Imam Hafitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Nisaburi*, vulgo *El-Hákim* dicto et mortuo anno 405 (inc. 2. Jul. 1014). — 402. Arba'ín fi el-hajj, de sacra peregrinatione, auctore *Mohibb-ed-din Ahmed Ben Abdallah Taberi Mekki*, mortuo anno [694 (inc. 21. Nov. 1294)]. — 403. Arba'ín, auctore *Hasan Ben Sof'yan Nisewi*, mortuo anno 303 (inc. 17. Jul. 915). — 404. Arba'ín, auctore *Ibrahim Ben Abdallah Ben Abd-el-letif*, vulgo *Khojendi* dicto. Inscriptae sunt *El-Má El-Maín.* — 405. Arba'ín, auctore Imam *Abu Saíd Ahmed Ben-elhasan Tusi*, vulgo *Khíshâwend* dicto et mortuo anno .... Collegit eas de meritis monachorum *(Focará)* et Sanctorum. — 406. Arba'ín, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Omar El-Hafitz El-Baghdádi*, vulgo *Daracotni* nominato et mortuo anno 385 (inc. 5. Febr. 995). — 407. Arba'ín, auctore Hafitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Deleji.* — 408. Arba'ín, auctore Hafitz *Abd-el-cádir Rohávi.* — 409. Arba'ín, auctore *Sa'd-ed-din Mes'ud Ben Omar Teftazáni*, mortuo anno [792 (inc. 20. Dec. 1389)]. — 410. Arba'ín, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti.* Edidit hic quatuor Quadragenarias, primam de laude belli sacri, secundam de manibus inter precandum tollendis, tertiam simul cum effatis *Máliki* interpositis, quartam de

الدعا والثالث مع رواية مالك والرابع المتباينة . ٤١١ اربعين شيخ الاسلام ابى اسمعيل عبد الله بن محمد الانصارى الهروى المتوفى سنة ٤٨١ ٤١٢ اربعين الصحيحة ليوسف بن محمد العبادى الحنبلى المتوفى سنة ٧٧٦ ٤١٣ اربعين طاشكبرى زاده احمد بن مصطفى الرومى المتوفى سنة ٩٦٢ جمع فيه ما يصدر عنه عليه الصلوة والسلام من المزاح والمطايبة اوله احمد الله تعالى حمدًا يليق بجناب جلاله الخ ٤١٤ اربعين الطائية لابى الفتوح محمد بن محمد بن على الطائى الهمدانى المتوفى سنة ٥٥٥ ذكر فيه انّه املا اربعين حديثًا من مسموعاته عن اربعين شيخا كلّ حديث عن واحد من الصحابة فذكر ترجمته وفضائله واورد عقيب كلّ حديث بعض ما اشتمل عليه من الفوائد وشرح غريبه واتبع بكلمات مستحسنة وسمّاه الاربعين فى ارشاد السائرين الى منازل اليقين اوّله الحمد لله على سوابغ الآئه الخ وهو من احسن الكتب واجلاها يرجع الى نصيب من العلوم حديثًا وفقهًا وادبًا ووعظًا كما قاله ابن السمعانى وتبعه جمال الدين ابو عبد الله محمد بن سعيد الدبيثى المتوفى سنة ٦٣٧

---

iis, quae neque verbis neque sensu congruunt. — 411. Arba'ín, auctore Sheikh-el-islám *Abu Ismaïl Abdallah Ben Mohammed Ansári Herewi*, mortuo anno 481 (inc. 27. Mart. 1088). — 412. El-Arba'ín El-Sahíhet, quadraginta traditiones genuinae, auctore *Yusuf Ben Mohammed Ibádi* Hanbalita, mortuo anno 776 (inc. 12. Jun. 1374). — 413. Arba'ín, auctore *Ahmed Ben Mustafa Rumi*, vulgo *Táshköprizadeh* dicto et mortuo anno 962 (inc. 26. Nov. 1554). Collegit hic eas traditiones, ex quibus prophetam joco et facetiis usum esse apparet. — Incipit verbis: Laudo Deum Excelsum, sicuti majestati dignitatis ejus convenit etc. — 414. El-Arba'ín El-Tá'iyet, auctore *Abu'lfatuh Mohammed Ben Mohammed Ben Ali Táï Hemdáni*, mortuo anno 555 (inc. 12. Jan. 1160). — Dicit, se quadraginta traditiones ex ore quadraginta praeceptorum perceptas, quae singulae auctoritate unius sociorum prophetae nitantur, calamo excepisse simul cum vitae eorum et meritorum descriptione. Traditionibus singulis praecepta nonnulla, quae illae complectuntur, subjunxit, dictiones peregrinas explicuit et dicta elegantia addidit. Hoc opus, quod inscriptum est *El-Arbaïn fi irshád el-sáïrín ila menázil el-yeckín* i. e. quadraginta traditiones, quibus euntes recta diriguntur ad domicilia certae persuasionis, et verbis incipit: Laus Deo pro amplis ejus beneficiis etc., elegantissimum et praestantissimum est, et lectorem ad magnam partem doctrinarum deducit, ad traditiones, jurisprudentiam, philologiam et artem concionandi, ut *Ibn-elsem'áni* monuit. Eum secutus est *Jemál-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Saïd Dobeithi*, qui anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) obiit. —

٤١٥ اربعين الطاوسى وهو الشيخ الامام برهان الدين ابرهيم بن محمد بن ابى المكارم القزوينى المتوفى سنة وهو مشتمل على اربعين فصلا سمّاه شرح الاستقامة للمقبلين على الله تعالى وعلى دار الاقامة اوله الحمد لله الحاكم الآمر الذى امر عباده بالاستقامة الخ ٤١٦ اربعين الطوال لابن عساكر هو الحافظ ابو القاسم على بن الحسن الدمشقى الشافعى المتوفى سنة ٥٧١ اوّله الحمد لله العظيم الخ جمع فيه اربعين حديثًا من الطوال ممّا يدلّ على نبوّته وينبئ عن فضائل صحابته وبيّن الصحّة والسقم وهو مجلّد وسط ٤١٧ اربعين عبد الله بن المبارك المروزى المتوفى سنة ١٨١ قال الامام النوويّ هو اوّل من علمته صنّف فيه ٤١٨ اربعين العدليّة للشيخ شهاب الدين احمد بن حجر الهيثمى المكى المتوفى سنة [٩٧٣] جمع باسانيده ما يتعلّق بالعدل والعادل واهداها الى السلطان سليمان خان اوله الحمد لله مالك الملك ذى الجلال والاكرام الخ ٤١٩ اربعين العلويّة للحافظ ابى بكر بن ياسر الجيّانى ٤٢٠ اربعين عشاريّات الاسناد للقاضى جمال الدين ابرهيم بن على القلقشندى

---

415. **Arba'ín**, auctore Sheikh Imám *Borhán-ed-dín Ibrahim Ben Mohammed Ben Abi'lmekárim Cazwíni*, vulgo *Tawosi* dicto et mortuo anno ..... Hic liber quadraginta sectiones complectitur, inscriptusque est *Sharh el-isticámet lilmocbilín ala Allah Taála we ala dár el-icámet.* Incipit verbis: Laus Deo judici dominatori, qui cultoribus suis viam rectam praecipit etc. — 416. **El-Arba'ín El-Tiwál**, quadraginta longae, auctore Hafitz Shafiita *Abu'lcásim Ali Ben-elhasan Dimeshcki*, vulgo *Ibn Asákir* dicto et mortuo anno 571 (inc. 22. Jul. 1175). — In hoc volumine, quod verbis incipit: Laus Deo glorioso etc., et mediocris ambitus est, collegit quadraginta illarum longiorum traditionum, quae prophetiam Mohammedis demonstrant, et merita sociorum ejus ostendunt. Praeterea, quae certae sint traditiones et quae sublestae fidei, docet. — 417. **Arba'ín**, auctore *Abdallah Ben-elmobárek Merwezi*, mortuo anno 181 (inc. 5. Mart. 797). Hic, teste *Newewi*, primus fuit, qui *Arbaín* edidit. — 418. **El-Arba'ín El-Adlíyet.** Sheikh *Shehább-ed-dín Ahmed Ben Hajr Heithemi Mekki*, qui anno [973 (inc. 29. Jul. 1565)] obiit, collegit hic traditiones eas, quae justitiam (*adl*) et justum (*ádil*) respiciunt, ita ut earum auctores commemoraret. Dedicavit librum, qui verbis incipit: Laus Deo regni gubernatori glorioso et generoso etc., Sultano *Soleimán Khán.* — 419. **El-Arba'ín El-Olowwíyet**, quadraginta traditiones altae, auctore Hafitz *Abu Bekr Ben Yásir Jayyáni.* — 420. **Arba'ín Osháríyát**, quadraginta traditiones, quarum origo per seriem decem auctorum ad prophetam refertur.

الشافعى المتوفى سنة ٩٦٠. اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ اخرجه من عوالى مروياته وان لم يبلغ درجة الحسن وله اربعين اخرى من عوالى مروياته ايضا جمعها البرهان ابرهيم بن عبد اللطيف الباعونى ٤٢١ اربعين الفراوىّ هو الامام ابو عبد الله محمد بن الفضل الشهرستانى المتوفى سنة [٥٤٨] ٤٢٢ اربعين فى فضائل عثمان رضى الله عنه للامام رضى الدين ابى الخير اسمعيل بن يوسف القزوينى الحاكم المتوفى سنة وله الاربعون فى فضائل علىّ رضى الله عنه وفى فضائل العبّاس للحافظ ابى القاسم حمزة بن يوسف السهمىّ ٤٢٣ اربعين فى فضائل الائمّة الاربعة لعبيد الله بن محمد الخجندى ٤٢٤ اربعين قره جعفر ٤٢٥ اربعين القشيرى هو الامام ابو القاسم عبد الكريم بن هوازن النيسابورى المتوفى سنة ٤٦٥ ٤٢٦ اربعين الكازرونى وهو الامام عفيف الدين ٤٢٧ اربعين المتباينة لشيخ الاسلام ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وملخّصه للقاضى عزّ الدين محمد بن جماعة وجمعها ايضا جلال الدين عبد الرحمن السيوطى وابن

---

*Jemál-ed-din Ibrahim Ben Ali Calacshendi*, judex Shafiiticus, qui anno 960 (inc. 18. Dec. 1552) obiit, hunc tractatum, qui verbis incipit: Laus Deo mundorum domino etc., ex iis traditionibus depromsit, quae tanquam auctoritate altissima nixae ab ipso relatae erant, neque tamen gradum pulchritudinis supremum adeptus est. Idem alias quadraginta traditiones ejusdem generis protulit, quas *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Abd-el-letif Bá'úni* collegit. — 421. Arba'ín, auctore Imám *Abu Abdallah Mohammed Ben-elfadhl Shahrestáni*, vulgo *Feráwi* dicto et mortuo anno [548 (inc. 29. Mart. 1153)]. — 422. Arba'ín de meritis Khalifae *Othmán*, cui Deus propitius sit, auctore Imam *Radhi-ed-din Abu'lkheir Ismaíl Ben Yusuf Cazwini* Judice, mortuo anno .... Idem alias quadraginta collegit de meritis Khalifae *Ali*, cui Deus faveat. De virtutibus *Abbási* scripsit Hafitz *Abu'lcásim Hamza Ben Yusuf Sahmi.* — 423. Arba'ín, de virtutibus quatuor Imamorum, auctore *Obeidallah Ben Mohammed Hojendi.* — 424. Arba'ín, auctore *Carah Jafar.* — 425. Arba'ín, auctore Imam *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Hewázin Nisaburi*, vulgo *Cosheiri* dicto et mortuo anno 465 (inc. 17. Sept. 1072). — 426. Arba'ín, auctore Imam *Afíf-ed-din Kázruni.* — 427. El-Arba'ín El-Motebáïnet, quadraginta traditiones, quae neque verbis neque sensu congruunt, auctore Sheikh-el-islám *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, mortuo anno 852 (inc. 7. Mart. 1448). — Summarium earum edidit Cadhi *Izz-ed-din Mohammed Ben Jemáa.* Collegerunt etiam ejusmodi traditiones *Jelál-ed-din Abd-*

سند محمد بن موسى الحافظ ٤٢٨ اربعين محمد بن اسلم الطوسى المتوفى سنة ٢٤٢ ٤٢٩ اربعين محمد بن ابرهيم بن على المقرى ٤٣٠ اربعين محمد بن محمد ابى الفتح البخارى الحافظ ومحمد بن محمود بن جمال الدين الاقسرائى شرحها على مشرب الصوفية ٤٣١ اربعين محيى الدين محمد بن على بن عربى جمعها بمكة سنة ٥٩٩ بشرط ان تكون من المسندة الى الله تعالى وربّما اتبعها اربعين عن الله تعالى مرفوعة اليه غير مسندة الى رسول الله صلعم ثمّ اردفها باحد وعشرين حديثا فجاءت واحد ومائة حديث الهيّة ٤٣٢ اربعين المختارة فى فضل الحجّ والزيارة للحافظ جمال الدين ابى بكر محمد ابن يوسف بن المسدى الاندلسى المتوفى سنة [٧٦٣] ٤٣٣ اربعين الملك المظفر صاحب اليمن ٤٣٤ اربعين المهذّبة بالاحاديث الملقبة ٤٣٥ اربعين المؤذن وهو ابو سعد اسمعيل بن ابى صالح الكرمانى ٤٣٦ اربعين نصر بن ابرهيم المقدسى الحافظ المتوفى سنة [٤٩٠] ٤٣٧ اربعين النووى وهو الامام محدّث الشام محيى الدين يحيى بن شرف

---

*el-rahman Soyuti* et Hafitz *Ibn Sind Mohammed Ben Musa.* — 428. Arba'ín, auctore *Mohammed Ben Aslam Tusi*, mortuo anno 242 (inc. 10. Mai. 856). — 429. Arba'ín, auctore *Mohammed Ben Ibrahim Ben Ali*, Lectore (Corani). — 430. Arba'ín, auctore Hafitz *Mohammed Ben Mohammed Abu'lfath Bokhári*, et *Mohammed Ben Mahmud Ben Jemál-ed-din Acserâï* eas commentatus est ad mentem Suforum. — 431. Arba'in, quas *Moh'yi-ed-din Mohammed Ben Ali Ben Arabi* Meccae anno 599 (inc. 20. Sept. 1202) ea conditione collegit, ut ex iis essent, in quibus Deus ipse loquens inducitur et saepe dicitur illis subjunxisse quadraginta, quarum origo a Deo ipso derivatur, nulla legati divini auctoritate interposita. Deinde viginti unam iis addidit, ita ut tota summa centum et unam traditionem divinam complecteretur. — 432. El-Arba'ín El-Mokhtáret, traditiones quadraginta selectae de meritis peregrinationis et visitationis sacrae, auctore Hafitz *Jemál-ed-din Abu Bekr Mohammed Ben Yusuf Ben-elmesdi Andalusi*, mortuo anno [763 (inc. 31. Oct. 1361)]. — 433. Arba'ín, auctore *Melik Motzaffer* Yemanae domino. — 434. El-Arba'ín El-Mohadzdzebet, quadraginta politae traditionibus cognominatis — 435. Arba'ín el-mowadzdzin, quadraginta sacri praeconis, auctore *Abu Sa'd Ismaïl Ben Abi Sálih Kermáni*, vulgo *El-Mowadzdzin* dicto. — 436. Arba'ín, auctore Hafitz *Nasr Ben Ibrahim Mocaddesi*, mortuo anno [490 (inc. 19. Dec. 1096)]. — 437. Arba'ín El-Newewi, auctore Imam Shafiita *Moh'yi-ed-din Yah'ya Ben Sheref Newewi*,

النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ قال فيه ومن العلمآء من جمع الاربعين فى اصول الدين وبعضهم فى الفروع وبعضهم فى الجهاد وبعضهم فى الزهد وبعضهم فى الآداب وبعضهم فى الخطب وكلّها مقاصد صالحة وقد رأيت جمع اربعين اعمّ من هذا كلّه وهى اربعون حديثا مشتملة على جميع ذلك وكلّ حديث منها قاعدة عظيمة من قواعد الدين وقد وصفه العلمآء بان مدار الاسلام عليه او هو نصف الاسلام او ثلثه ونحو ذلك والتزم فيه ان يكون صحيحة معظمها من صحيح البخارى ومسلم محذوفة الاسانيد ثمّ اتبعها بباب فى ضبط خفى الفاظها انتهى اوله الحمد لله ربّ العالمين قيّوم السموات والارضين الخ وقد اعتنى العلمآء بشرحه وحفظه فكثر شروحه منها شرح الامام الحافظ زين الدين عبد الرحمن ابن احمد المعروف بابن رجب البغدادى المتوفى سنة ٧٩٥ وهو شرح كبير سمّاه جامع العلوم والحكم فى شرح اربعين حديثا من جوامع الكلم اوّله الحمد لله الذى اكمل لنا الدين الخ قال

---

Syriae traditionario, mortuo anno 676 (inc. 4. Jun. 1277). — Alii viri docti, ait, *Arbaïn* collegerunt de religionis principiis, alii de ejus praeceptis secundariis, alii de sacro bello, alii de vita ascetica, alii de regulis vitae, alii de sententiis homoeoteleutis finitis, quibus omnibus argumenta laudabilia insunt. Jam visum est mihi quadraginta gravioris argumenti colligere, quam his omnibus insit, quadraginta scilicet traditiones, quae illas res omnes complectuntur, ita ut quaevis harum traditionum fundamentum conspicuum sit religionis, idque tale, quale viri docti tanquam centrum descripserunt, circum quod fides Islamica movetur, vel tanquam dimidiam vel tertiam partem Islamismi, et quae sunt ejusmodi. Deinde quoque mihi legem scripsi, ut tantum traditiones deligerem fide dignas, easque maximam partem ex operibus *Sahíh* a *Bokhári* et *Moslim* compositis, ita tamen ut auctores non commemorarem. — Denique iis caput subjunxi de recta vocum in iis obviarum, quae minus notae erant, scriptione. — Haec ille. — Incipit liber ita: Laus Deo, mundorum domino, qui in coelis terrisque aeternus est etc. — Viri docti magnam operam posuerunt in his traditionibus commentandis et memoriae tradendis, ita ut multi commentarios ederent, ut Imam Hafitz *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ibn Ahmed Baghdádi*, vulgo *Ibn Rejeb* dictus et mortuus anno 795 (inc. 17. Nov. 1392), qui commentarium suum inscripsit: *Jámi' el-olúm we el-hikem* i. e. commentarius quadraginta traditionum ex dictis prophetae gravissimis. Liber hic magnus est et incipit verbis: Laus Deo, qui nobis religionem perfecit etc. — Dicit

وقد جمع العلمآء جموعا من كلمات النبىّ صلعم الجامعة كابن السنى فى الايجاز والقضاعى فى الشهاب واملا الحافظ ابو عمرو ابن الصلاح مجلسا سمّاه الاحاديث الكلّيّة يقال ان مدار الدين عليها وما كان فى معناها من الكلمات الوجيزة الجامعة فاشتمل مجلسه هذا على تسعة وعشرين حديثا ثمّ انّ النووى اخذ هذه الاحاديث وزاد عليها اثنين واربعين حديثا وسمّاه بالاربعين فاشتهرت ونفع الله تعالى بها ببركة نيّة جامعها انتهى وشرح نجم الدين سليمان ابن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ وتاج الدين عمر بن على الفاكهى المتوفى سنة ٧٣١ وجمال الدين يوسف بن الحسن التبريزى المتوفى سنة ٨٠٤ والشيخ الامام ابو العباس احمد بن فرج الاشبيلى المتوفى سنة ٦٩٩ وابو حفص عمر البليسى الشافعى فرغ عنه فى ربيع الآخر سنة ٨٥٥ وسمّاه فيض المعين وبرهان الدين ابرهيم بن احمد الخجندى المدنى المتوفى سنة ٨٥١ والشهاب احمد بن محمد بن ابى بكر الشيرازى الكازرونى شرحه ممزوجا وسمّاه هاديا للمرشدين اوله الحمد لله الذى صحّح بصحاح حديث من لا ينطق

---

auctor: Viri docti collegerunt fasciculos dictorum prophetae gravissimorum, ut *Ibn-elsonni* in opere *El-Ijáz*, et *Codháï* in *El-Shiháb*. Hafitz *Abu Amru Ibn-elsaláh* dictavit *Mejlis* (consessum), quem *El-Ahadíth El-Kolliyet* i. e. traditiones universales inscripsit. Circum eas dicitur cardo religionis verti. Addidit quoque dicta brevia quidem at multum complectentia, quae eandem significationem habebant, ita ut consessus ille viginti novem traditiones comprehenderet. Postea *Newewi* traditiones has retractavit, easque ad numerum quadraginta duarum auxit et *Arbaïn* inscripsit. Quo facto non sine gloria divulgatae sunt, Deusque eas prospero successu juvare voluit, quo consilium auctoris ornavit. — Haec ille. — Deinde scripserunt commentarios Hanbalita *Nejm-ed-din Soleimán Ibn Abd-elcawi Taufi*, qui anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) obiit — *Táj-ed-din Omar Ben Ali Fákihi*, qui 731 (inc. 15. Oct. 1330) obiit — *Jemál-ed-din Yusuf Ben-elhasan Tebrízi*, qui anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) obiit — Sheikh Imam *Abu'labbás Ahmed Ben Faraj Ishbíli*, mortuus anno 699 (inc. 28. Sept. 1299) — *Abu Hafs Omar Belísi* Shafiita, qui opus suum mense Rebiu'lakhir anni 855 (inc. 3. Febr. 1451) absolvit illudque inscripsit *Faidh El-Maïn* — *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Ahmed Hojendi Medeni*, mortuus anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) — *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Abi Bekr Shirázi Kázruni*, qui textum commentario admiscuit, librumque, quod verbis incipit: Laus Deo, qui veritatem veritate loquelae eorum, qui non loquuntur, confirmavit etc., inscripsit *Hadi lilmor-*

الخ والشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطىّ المتوفى سنة ٧٨٨ وسمّاه نثر فرائد المربعين المنوية فى نشر فوائد الاربعين النواويّة اربعة اجزآء والشيخ ولى الدين سمّاه الجواهر البهيّة والحافظ مسعود بن منصور بن الامير سيف الدين عبد الله العلوى ايضا شرحه ممزوجا وسمّاه الكافى اوله الحمد لله الذى نور تسبيحات انواره الخ ومعين بن صفى شرحه بالقول شرحًا صغيرًا اوله لله الحمد والمنّة على ان اتمّ علينا النعمة الخ وشرح العلّامة مصلح الدين محمد السعدى العبادى اللارى [المتوفى سنة ٩٧٩] وهو افضل ما دوّنوا فى بيانها والحقّ انّه بالنسبة اليه سائر الشروح كالابدان الخالية عن الروح اوله انّ احسن حديث ينطق به الناطقون بالحقّ المبين الخ الّفه للوزير على پاشا وشرح الامام الحافظ شهاب الدين احمد ابن حجر الهيثمى المكى المتوفى سنة ٩٧٣ وهو شرح ممزوج اسمه الفتح المبين اوله الحمد لله الذى وفق طآئفة من علمآء كلّ عصر الخ وشرح نور الدين محمد بن عبد الله الايجى

---

*shedín* — Sheikh *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, mortuus anno 788 (inc. 2. Febr. 1386), qui suos quatuor fasciculos inscripsit: *Nathr Ferâïd el-morabbiín el-menwiyet fi nashr fewâïd el-arbaín el-newawiyet* — Sheikh *Welí-ed-din*, qui commentarium suum inscripsit *El-Jewâhir El-Behíyet* — Hafitz *Mes'ud Ben Mansur Ben-elemír Seif-ed-din Abdallah Alewi* (Alida), qui item commentario suo, qui verbis incipit: Laus Deo, qui laudationes luminum suorum illustravit etc., textum admiscuit illumque inscripsit: *El-Káfi* — *Mo'ín Ben Safi*, cujus commentarius parvus tantummodo textus argumentum admixtum habet, et ita incipit: Deo laus et gratia, quod beneficentiam super nos complevit etc. — vir eruditissimus *Moslih-ed-din Mohammed Sa'di Ibâdi Lári* [mortuus anno 979 (inc. 26. Mai. 1571)], cujus commentarius, in usum Veziri *Ali Pasha* conscriptus, praestantissimum opus est eorum, quae ad illarum traditionum explicationem composita sunt, verumque est quod dicunt, ceteros commentarios, cum illo comparatos, similes esse corporibus anima destitutis. Incipit ita: Pulcherrima loquela, quam loquentes enunciant, est ea, quae veritatem perspicuam continet etc. — Traditiones illas porro commentati sunt Imam Hafitz *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Hajr Heithemi Mekki*, mortuus anno 973 (inc. 29. Jul. 1565), cujus commentarius, *El-Fath El-Mobín* inscriptus, textum admixtum habet et ita incipit: Laus Deo, qui multitudinem virorum doctorum omnis temporis secundavit etc. — *Nur-ed-din Mohammed Ben Abdallah Iji*, cujus commentarius, uno volumine

المسمّى بسراج الطالبين ومنهاج العابدين وهو شرح فارسى فى مجلّد اوله الحمد لله بجميع محامده على جميع نعمه الخ [وشرح ايضا المولى على القارى المكى الهروى الحنفى المتوفى سنة ١٠٤٤ شرحًا لطيفًا جامعا بانواع الفوائد واظنّه انّه فاق الجميع] وشرح اخر ممزوج ايضا اوله الحمد لله رافع اعلام الملّة الزهرآء الخ وتخريجه للامام شهاب الدين احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ خرّجه بالاسانيد العالية وممّن شرح الشيخ سراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ ٤٣٨ اربعين الودعانى وهو القاضى ابو نصر محمد بن على بن عبيد الله ابن ودعان حاكم الموصل المتوفى سنة [٥٩٤] جمع فيه اربعين خطبة ٤٣٩ اربعين الهروى اخذه من اربعين كتابا ٤٤٠ اربعين اليمانيّة للشيخ محمد ابن عبد الحميد القرشى جمعها فى فضائل اليمن ٤٤١ اربعين فى اصول الدين للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ الّفه لولده محمد ورتّب على اربعين مسئلة من مسائل الكلام ثمّ لخّصه القاضى سراج الدين ابو الثنا محمود بن ابى بكر الارموى

---

comprehensus et persice exaratus, inscriptus est *Siráj el-talibín we minháj el-abidín*, et ita incipit: Laus deo cum omnibus ejus virtutibus, pro omnibus ejus beneficiis etc. — [Molla *Ali Cari Mekki Herewi* Hanefita, mortuus anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634), cujus commentarius tam venustus et ad discendum fructuosus est, ut mea quidem sententia omnes ceteros praestantia superet]. — Exstat praeterea commentarius alius textum admixtum habens, qui sic incipit: Laus Deo, qui vexilla sectae splendentis sustulit etc. — Imam *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, qui anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) obiit, extraxit eum sic, ut auctoritates quas poterat primarias afferret. Denique etiam Sheikh Shafiita *Siráj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolckin*, qui anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus est, commentarium edidit. — 438. Arba'ín. Cadhi *Abu Nasr Mohammed Ben Ali Ben Obeidallah Ibn Wed'án* judex Mosulensis, vulgo *Wed'áni* dictus et anno [594 (inc. 13. Nov. 1197)] mortuus, collegit in hoc opere quadraginta dicta homoeoteleutis finientia. — 439. Arba'ín. *Herewi* has traditiones ex quadraginta libris repetiit. — 440. El-Arba'ín El-Yemaníyet. Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-hemíd Coreshi* eas de virtutibus Yemanae collegit. — 441. Arba'ín de principiis religionis. Composuit hoc opus Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Razi*, qui anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) obiit, in usum filii sui *Mohammed*, illudque per quadraginta quaestiones metaphysicas disposuit. Deinde potiora ejus separatim ediderunt Cadhi *Siráj-ed-din Abu'lthená Mahmud Ben Abi Bekr*

المتوفى سنة ٦٨٢ وسمّاه اللباب والشيخ جمال الدين ابن واصل المتوفى سنة [٦٣٧]
٤٤٢ اربعين الغزالى وهو قسم من كتابه المسمّى بجواهر القرآن وسيأتى ذكره فى الجيم وقد
اجاز ان يكتب مفردًا فكتبوه وجعلوه كتابًا مستقلًّا ٤٤٣ ارتجال فى اسمآء الرجال مجلّدات
لابى الحجاج يوسف بن محمد الجاهرى التنوخى الشافعى المتوفى سنة ٥٥٨ استدرك فيه على
ما لم يذكر فى الاستيعاب ٤٤٤ ارتضآء فى شروط الحكم والقضآء ٤٤٥ ارتضآء فى الضاد
والظآء للشيخ اثير الدين ابى حيّان محمد بن يوسف الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٧٤٥
٤٤٦ ارتشاف الضرب من لسان العرب فى النحو مجلّدين لاثير الدين ابى حيّان المذكور
اوله الحمد لله ربّ العالمين وصلوته وسلامه على سيّدنا محمد خاتم النبيّين الخ ذكر فيه ان
المتقدّمين ربّما اهملوا كثيرًا من الابواب واغفلوا ما فيه الصواب ولمّا كان كتابه شرح التسهيل
جامعا جرّد احكامه عن الاستدلال والتعليل ليكون هذا مختصًّا بزوائد فصارت معانيه تدرك

---

*Ormewi*, qui anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) obiit et summarium suum inscripsit *Lobáb*, et Sheikh *Jemál-ed-din Ibn Wásil*, qui anno [637 (inc. 3. Aug. 1239)] decessit. — 442. Arba'ín, auctore *Ghazáli.* Est hic tractatus pars libri auctoris *Jewáhir El-Cor'an* inscripti, de quo in litera *Iím* sermo erit. Permisit autem discipulis eam separatim describere, quod et fecerunt, unde hoc opusculum peculiare enatum est. — 443. Irtijál, plura volumina de nominibus traditionariorum, auctore *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Jáhiri Tenukhi* Shafiita, mortuo anno 558 (inc. 10. Dec. 1162). — Studuit auctor hic supplere, quae in libro *Istiáb* omissa fuerant. — 444. Irtidhá, placitum de conditionibus muneris praetoris et judicis. — 445. Irtidhá, de literis *Dhád* et *Tzá*, auctore *Athír-ed-din Abu Hayyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi* Grammatico, mortuo anno 745 (inc. 15. Mai. 1344). — 446. Irtisháf el-dharab, sorbitio mellis albi ex lingua Arabum, opus grammaticum duorum voluminum, quod *Athír-ed-din Abu Hayyán* modo laudatus composuit. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino, gratia et favor ejus contingat domino nostro Mohammed, prophetarum sigillo etc. Dicit auctor in hoc opere, viros doctos prioris aetatis interdum plura capita grammaticae minus diligenter tractasse, quidque in ea verum certumque esset, non animadvertisse. — Cum autem commentarius auctoris in librum *Teshíl* latior et copiosior esset, propositiones simplices ejus argumentatione et comprobatione exuit, ut ille additamenta quaedam sibi propria haberet; quo factum est, ut sententiae

بلمح البصر لا يحتاج الى اعمال فكر وجعله فى جملتين الاولى فى احكام الكلم قبل التركيب والثانية فى احكامها حالة التركيب قيل هو نسختان كبرى وصغرى وذكر انّه استقرا جميع حروف الهجآء بفروعه المستحسنة والمستقبحة فبلغت سبعة واربعين حرفا فاستخرج ذلك الكتاب من ملخّصه قال السيوطى فى [طبقات] النحاة لم يؤلّف فى العربيّة اعظم من هذين الكتابين ولا اجمع ولا احصى للخلاف والاقوال قال وعليهما اعتمدت فى جمع الجوامع واعترض عليه ابن الوصى شارح مغنى اللبيب بان المغنى لابن فلاح اعظم واكثر فائدة منهما

۴۴۷ ارتفاع الرتبة باللباس والصحبة مختصر لقطب الدين محمد القسطلانى المتوفى سنة [۶۸۶]

۴۴۸ ارتنك هو اسم كتاب مانى النقاش ويقال له دستور المانى فيه صور غريبة ونقوش عجيبة

۴۴۹ ارتياح الاكباد بارباح فقد الاولاد مجلّد للشيخ شمس الدين محمّد بن عبد الرحمن السخاوى الّفه فى رمضان سنة ۸۶۴ اوّله الحمد لله الذى اتقن فعله الخ وهو مشتمل على

---

vel strictim inspectae percipi possent, neque jam mentis contentionem requirerent. Disposuit hunc librum auctor in duas complexiones, priorem de iis, quae de verbis ante compositionem dicenda sunt, posteriorem de iis, quae post compositionem dicenda sunt. Nonnulli has duas esse dicunt recensiones majorem et minorem. Aït etiam auctor, se omnes literas alphabeti singulatim cum speciebus earum derivatis tam probandis quam improbandis persecutum esse, unde effectam esse summam quadraginta septem literarum; materiem autem hujus libri se ex epitome sua (*Molakhkhas*) commentarii, quem ipse auctor in opus suum scripserat, repetiisse. *Soyuti* in opere suo *Tabacát el-nuhát* dicit, nullum librum his duobus voluminibus majorem de lingua arabica conscriptum esse, neque ullum extare, qui contradictionem et obloquendi studium magis praecidat. Fatetur quoque se ipsum in libro *Jam'o eljewámi'* illa volumina in usum suum vocasse. *Ibn-elwesi* tamen, qui *Moghni el-lebíb* commentatus est, objicit ei, opus *El-Moghni* ab *Ibn Felláh* editum, amplius illis utiliusque esse. — 447. Irtifá' el-rotbet, compendium de augmento dignitatis ope vestitus et societatis, auctore *Cotb-ed-din Mohammed Castelání*, mortuo anno [686 (inc. 16. Febr. 1287)]. — 448. Ertenk, quod nomen libri Manetis pictoris est. Inscripitur *Destur El-Mani* et figuras raras picturasque mirabiles continet. — 449. Irtiyáh el-akbád, placatio jecorum, quam lucrum liberorum perditorum affert. Volumen prologo, quinque capitibus et conclusione constans, quod Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi* mense Ramadhan anni 864 (inc. 28. Oct. 1459) composuit. Incipit

مقدّمة وخمسة ابواب وخاتمة ٤٥٠ ارتياض الارواح فى رياض الافراح للشيخ عبد الرحمن ابن محمد البسطامى رسالة على خمسة ابواب اوله لحمد لله الذى اطلعنى على درّة اخباره الخ الّفه سنة ٨٤٣

٤٥١ علم الارثماطيقى

وهو علم يبحث فيه عن خواصّ العدد

٤٥٢ ارج الارجآء فى شرح لخوف والرجآء ليوسف بن سليمان لجذامى ٤٥٣ الآرج فى الموعظة لابى الفرج ابن لجوزى ٤٥٤ الآرج فى الفرج للشيخ جلال الدين السيوطى لخّص فيه كتاب الفرج بعد الشدّة لابن ابى الدنيا وزاد عليه ٤٥٥ ارجاع العلم الى نقطه لمحمد بن عادل المعروف بحافظ عجم الرومى المتوفى بها فى حدود سنة ٩٠٠ ٤٥٦ ارجوزة فى اسمآء النبىّ صلعم لابى عبد الله القرطبى ثمّ شرحها فذكر فيها ما زاد على ثلثمائة والارجوزة بضمّ الهمزة افعولة من الرجز وهو البحر المشهور فى العروض ٤٥٧ . ارجوزة فى تعبير الرؤيا على صفة خلق الانسان للشيخ ابى لحسن على بن السكن المعافرى

---

ita: Laus Deo qui opera sua scite perficit etc. — 450. **Irtiyádh el-arwáh**, exercitatio spirituum in hortis gaudiorum. Tractatus, quinque capitibus constans, quem Sheikh ***Abd-el-rahman Ben Mohammed Bestámi*** anno 843 (inc. 14. Jun. 1439) composuit. Incipit sic: Laus Deo, qui mihi margaritam notitiarum suarum patefecit etc. —

451. **Ilm El-Arithmatícki.** Arithmetica.

Haec est ea doctrina, quae de virtutibus peculiaribus numerorum agit.

452. **Araj el-arjá**, explicatio metus et spei, auctore ***Yusuf Ben Soleimán Jodzámi.*** — 453. **El-Araj**, liber argumenti paraenetici, auctore ***Abu'lfaraj Ibn-eljauzi.*** — 454. **El-Araj**, de gaudio. Sheikh ***Jelál-ed-din Soyuti*** in hac epitome potiora libri ***El-Faraj bada el-shiddet***, ab ***Ibn Abi'ldunya*** compositi, additamentis aucta edidit. — 455. **Irjá' el-ilm ila nocatihi**, reductio scientiae ad puncta sua, auctore ***Mohammed Ben Adil Rumi***, vulgo ***Háfitz ajem*** dicto, et in Rumelia mortuo circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494). — 456. **Orjúzet**, (vox a ***Rejez***, quod est genus metri in prosodia notum, derivata) poëma metro ***Rejez*** compositum de nominibus prophetae. Auctor ***Abu Abdallah Cordubi*** illud deinde ipse commentatus est, et amplius trecenta nomina recensuit. — 457. **Orjúzet** de interpretatione somniorum secundum modum naturae hominis, auctore Sheikh ***Abu'lhasan Ali Ben-elsakan***

٤٥٨ ارجوزة فى الجبر والمقابلة لابى محمد عبد الله بن حجاج المعروف بابن الياسمين المتوفى سنة اوله الحمد لله على ما انعما الخ ولها شروح منها شرح الشيخ الامام ولى الدين ابى زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى المتوفى سنة وسمّاه المعين على فهم ارجوزة ابن الياسمين وشرح الشيخ شهاب الدين احمد بن الهائم ألّفه بمكة سنة ٧٨٩ ٤٥٩ ارجوزة فى حساب العقود لابن الحرب ٤٦٠ ارجوزة فى الخطّ لعون الدين ابى المظفر يحيى بن محمد الوزير المتوفى سنة ٥٦٠ [٤٦١ ارجوزة فى الدرياق الفاروق للحكيم عماد الدين محمد بن عباس ابن احمد الدنيسرى المتوفى سنة ٦٨٦] ٤٦٢ ارجوزة فى الظآت للشيخ رضى الدين محمد ابن محمد الغزى جمعها من كلام خليل بن احمد ثمّ شرحها ولده بدر الدين محمد بن محمد اوله الحمد لله الحفيظ العليم الخ ٤٦٣ ارجوزة فى الطبّ للشيخ الرئيس ابى على حسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ اوله الطبّ حفظ صحّة برء مرض الخ ولها شروح منها شرح ابى الوليد محمد بن احمد ابن رشد المالكى المتوفى سنة ٥٩٥

---

*Meáfiri.* — 458. Orjúzet de reductione per aequationem, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Hejjáj* vulgo *Ibn-elyasmín* dicto et mortuo anno .... Incipit sic: Laus Deo pro beneficiis, quae contulit etc. — Commentarios in illam scripserunt Sheikh *Imam Weli-ed-din Abu'lzar'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki*, qui anno .... obiit et commentarium suum inscripsit: *El-Maín ala fahm Orjúzet Ibn-elyasmín*, et Sheikh *Shehâb-ed-din Ahmed Ben-elhâïm*, qui Meccae scripsit anno 789 (inc. 22. Jan. 1387). — 459. Orjúzet de arte articulis digitorum computandi, auctore *Ibn-elharb*. — 460. Orjúzet de arte scribendi, auctore Weziro *Aun-ed-din Abu'lmotzaffer Yahya Ben Mohammed*, mortuo anno 560 (inc. 18. Nov. 1164). — [461. Orjúzet de theriaca praestantissima *Fárúc* dicta, auctore medico *Imád-ed-din Mohammed Ben Abbás Ben Ahmed Doneiseri*, mortuo anno 686 (inc. 16. Febr. 1287)]. — 462. Orjúzet de literis *Ta* et *Tza*, quam Sheikh *Redhi-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ghazzi* e doctrina *Khalíli Ben Ahmed* congessit, et postea filius ejus *Bedr-ed-dín Mohammed Ben Mohammed* commentatus est. Incipit ita: Laus Deo conservatori scienti etc. — 463. Orjúzet de medicina, auctore Sheikh Reyís *Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, mortuo anno 428 (inc. 25. Oct. 1036). Incipit sic: Medicina id efficit, ut morbi semper recte curentur etc. Inter alios commentarium in eam scripsit *Abu'lwelid Mohammed Ben Ahmed Ibn Roshd* Malikita,

اوله امّا بعد حمد الله المنعم بحيات النفوس الخ ۴۶۴ ارجوزة فى الطبّ ايضا لاحمد ابن الحسن الخطيب القسطنطينى نظمها سنة ۷۱۲ وعدد ابياتها شكك ۴۶۵ ارجوزة فى العروض لامين الدين محمد بن على المحلى العروضى المتوفى سنة ۶۷۳ ۴۶۶ ارجوزة فى الفرائض لمحمد ابن على ابن هانى المتوفى سنة ۷۳۳ . ۴۶۷ ارجوزة فى الفصد لابن الرفيعة الطبيب ۴۶۸ ارجوزة فى مخارج الحروف لابى المرجان محمد بن حرب النحوى الحلبى المتوفى سنة ۵۸۱ ۴۶۹ ارجوزة فى النجاسات المعفو عنها للشيخ شهاب الدين احمد بن عماد الاقفهسى وشرحها له ايضا ۴۷۰ ارخاء الستور والكلل فى كشف المدكّات والحيل وهو مذكور فى كتب الجفر ۴۷۱ ارسال الدمعة فى بيان ساعة الاجابة يوم الجمعة لشمس الدين محمد ابن طولون الدمشقى رسالة اولها الحمد لله الذى رفع بعض الاوقات على بعض الخ ۴۷۲ ارشاد الالبّاء الى معرفة الادباء مجلّدات للشيخ ياقوت بن عبد الله الحموى البغدادى المتوفى سنة ۶۲۶ ذكر فيه عن اخبار النحاة واللغويّين والقرّاء وعلماء الاخبار والانساب والكتّاب

---

qui anno 595 (inc. 3. Nov. 1198) obiit. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo, qui vitis animarum se benignum praestitit etc. — 464. Orjúzet alia de medicina, trecentis et viginti versibus constans, quam *Ahmed Ibn-elhasan El-Khatíb El-Costantíni* (concionator Constantinopolitanus) anno 712 (inc. 9. Mai. 1312) contexuit. — 465. Orjúzet de prosodia, auctore *Emín-ed-din Mohammed Ben Ali Mahalli Arúdhi*, mortuo anno 673 (inc. 7. Jul. 1274). — 466. Orjúzet de hereditatum partitione, auctore *Mohammed Ben Ali Ibn Hani*, mortuo anno 733 (inc. 22. Sept. 1332). — 467. Orjúzet de sanguinis missione, auctore *Ibn Rafía* Medico. — 468. Orjúzet de organis, quibus literae pronunciantur, auctore *Abu'lmerján Mohammed Ben Harb Halebi* Grammatico, mortuo anno 581 (inc. 4. Apr. 1185). — 469. Orjúzet de impuritatibus, quae ignoscuntur, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Imád Acfahesi.* Idem eam commentatus est. — 470. Irkhá el-sotur we el-kilel, de detectione technarum et machinationum. Laudatur hoc opus inter libros *Ilm el-jefr* tractantes. — 471. Irsál el-dam'at, tractatus de explicatione horae, qua preces die Veneris audiuntur, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ibn Tulún Dimeshcki.* Incipit ita: Laus Deo, qui alia temporis momenta prae aliis elevavit etc. — 472. Irshád el-alibbá, directio cordatorum ad cognitionem philologorum, auctore Sheikh *Yacút Ben Abdallah Hamawi Baghdádi*, mortuo anno 626 (inc. 30. Nov. 1228). — Profert ille in hoc libro e pluribus voluminibus constante et ab *Ibn Khallekán* laudato

وكلّ من صنّف فى الادب ذكره ابن خلكان ۴۷۳ ارشاد الاخوان الى الفرق بين القدم بالذات وبين القدم بالزمان للشيخ شهاب الدين احمد بن محمد الغنيمى الانصارى المتوفى سنة [۱۰۴۴] مختصر اوله امّا بعد حمد الله الموجود قبل الزمان الخ ذكر فيه انه استشكل بعضهم وارسل يسأله من ثغر رشيد فكتب اليه ۴۷۴ ارشاد اولى الالباب الى معرفة الصواب فى الفرائض لشمس الدين محمود بن احمد اللارندى الحنفى المتوفى فى حدود سنة ۷۲۵ ثمّ ضمّ اليه السراجيّة وزاده ابوابًا وذكر فيه المذاهب الاربعة وسمّاه ارشاد الراجى لمعرفة فرائض السراجى ۴۷۵ ارشاد الحائر الى معرفة وضع خطوط فضل الدائر لابى العباس احمد ابن رجب ابن المجدى [المتوفى سنة ۸۰۵] رسالة على ثلثة اقسام وخاتمة ثمّ لخّصه على ثلثة ابواب وخاتمة وسمّاه زاد المسافر ۴۷۶ ارشاد الراجى المذكور ۴۷۷ ارشاد الراغب الى فهم هداية الطالب يأتى فى الهآء ۴۷۸ ارشاد السالك الى افضل المسالك فى فروع الحنابلة

---

notitias grammaticorum, lexicologorum, lectorum Corani, historicorum, genealogistarum, scribarum et omnium eorum, qui opera philologica composuerunt. — 473. **Irshád el-akhwán**, directio fratrum, compendium de discrimine inter aeternitatem Dei, quae essentia Dei ipsius nititur et quae tempore spectatur, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ghaními Ansári*, mortuo anno [1044 (inc. 17. Jun. 1634)]. Incipit verbis: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus ante tempus existens etc. Narrat auctor, quendam in difficultates de hac materia incurrisse misisseque ad se, rogatum ut ei viam consilii pararet; se igitur ad interrogata respondisse. — 474. **Irshád uli el-albáb**, directio cordatorum ad cognitionem veritatis de jure hereditatis, auctore *Shems-ed-dín Mahmud Ben Ahmed Larendi* Hanefita, mortuo circa annum 725 (inc. 18. Dec. 1324). Postea huic libro statuta Imami *Siráj-ed-din* pluribus capitibus aucta inseruit, et simul praecepta quatuor sectarum orthodoxarum affert, illumque inscripsit *Irshád el-ráji limarifet feraïdh El-Siráji*. — 475. **Irshád el-háïr**, directio errantis ad notitiam delineationis praestantiae arcus *Däïr*. Tractatus in tres partes et conclusionem divisus, quem *Abu'labbás Ahmed Ben Rejeb Ibn-elmejdi* [mortuus anno 805 (inc. 29. Mart. 1446)] composuit. Postea potiora ejus in tribus capitibus et conclusione excerpsit hancque epitomen inscripsit *Zád el-mosáfir*. — 476. **Irshád el-raji**, de quo modo dictum est. — 477. **Irshád el-raghib**, directio cupidi ad intellectum operis *Hidáyet el-tálib*, de quo in litera *Há* dicetur. — 478. **Irshád el-sálik**, directio euntis ad vias praestantissimas, compendium de

مختصر اوله الحمد لله الهادى الى سبيل الرشاد الخ ذكر مؤلّفه انّه الّفه لولده ۴۷۹ ارشاد السامع والقارئ المنتقى من صحيح البخارى لابن حبيب يأتى ذكره فى الصاد ۴۸۰ ارشاد الصديق ۴۸۱ ارشاد الطائف الى علم اللطائف لولى الدين ابى عبد الله محمد الديباجى الشافعى المتوفى سنة وهو مختصر اوله الحمد لله خلق الانسان فى احسن تقويم الخ ۴۸۲ ارشاد الطالبين فى شرح وصايا المهتدين لارشد بن احمد البرسوى المتوفى سنة شرح فيه وصايا الشيخ شهاب الدين فى العوارف اوّله الحمد لله الذى خلق الانسان بقدرته الخ ۴۸۳ ارشاد الطالبين تركى للشيخ عبد المجيد بن نصوح الرومى ترجم فيه كتاب تعليم المتعلّم فزاد ونقص ورتّب على ثلثة عشر بابًا ۴۸۴ ارشاد العباد ۴۸۵ ارشاد العقل السليم الى مزايا الكتاب الكريم فى تفسير القرآن على مذهب النعمان لشيخ الاسلام ومفتى الآنام المولى ابى السعود بن محمد العمادى المتوفى سنة ۹۸۲ ولمّا بلغ تسويده الى سورة ص وطال العهد بيّضه فى شعبان سنة ۹۷۲ وارسله الى السلطان سليمان خان مع ابن المعلول فاستقبل الى الباب

---

praeceptis juris Hanbalitici derivatis, quod incipit ita: Laus Deo, qui ad viam rectitudinis ducit etc. Auctor se hunc librum in usum filii sui composuisse narrat. — 479. **Irshád el-sámi' we el-cári**, directio audientis et legentis, epitome ex *Sahíh Bokhári*co, de quo in litera *Sád* dicetur, ab *Ibn-hebíb* adornata. — 480. **Irshád el-sadíc**, directio amici. — 481. **Irshád el-táïf**, directio circumvagantis ad scientiam subtilitatum, auctore *Welí-ed-din Abu Abdallah Mohammed Dibáji* Shafiita, mortuo anno . . . . Compendium, quod incipit ita: Laus Deo, qui hominem in optima constitutione creavit etc. — 482. **Irshád el-talibín**, directio studiosorum, commentarius operis *Wesáya el-mohtedín*, in quo *Arshad Ben Ahmed Borsewi* monita (*Wesáya*) Sheikhi *Sheháb-ed-din* in opere *Awárif* explicuit. Incipit ita: Laus Deo, qui hominem potentia sua creavit etc. — 483. **Irshád el-talibín**, versio turcica libri *Talím el-moteallim*, quam Sheikh *Abd-el-mejíd Ben Nasúh Rumi*, archetypo hic illic vel aucto vel amputato, adornavit et per tredecim capita disposuit. — 484. **Irshád el-ibád**, directio servorum Dei. — 485. **Irshád el-acl el-selím**, directio sanae mentis ad praestantias libri nobilis, commentarius in Coranum secundum disciplinam Imami *Abu Hanifa Nomán*, auctore Sheikh el-islám et generis humani Mufti Molla *Abu'lsa'úd Ben Mohammed Imádi*, mortuo anno 982 (inc. 23. Apr. 1574). — Cum hic commentarium usque ad Suratam *Sád* primis lineis descripsisset et jam multum temporis in eo consumsisset, illam partem mense Shabán anni 972 (inc. 9. Aug. 1564) in charta pura consignavit, eamque cum genero suo *Ibn el-malúl* Sultano *Soleiman*

وزاد فى وظيفته وتشريفاته اضعافًا وقال مولانا محمد المنشى مؤرخا بالتركى تاج تفسير كلام معجز ثمّ بيّضه الى تمامه بعد سنة فقال فى تأريخه تفسير اكبر فاشتهر صيته وانتشر نسخه فى الاقطار ووقع التلقّى بالقبول من الفحول والكبار لحسن سبكه ولطف تعبيره فصار يقال له خطيب المفسّرين ومن المعلوم انّ تفسير احد سواه بعد الكشاف والقاضى لم يبلغ الى ما بلغ من رتبة الاعتبار والاشتهار والحقّ انّه حقيق به مع ما فيه من المنافى لدعوى التنزيه ولا شكّ انّه ممّا رواه طالع سعده كما قال الشهاب المصرى فى خبايا الزوايا ومن التعليقات فى بعض مواضعه تعليقة الشيخ احمد الرومى الاقحصارى المتوفى سنة ١٠٤١ من الروم الى الدخان ولهذا التفسير الشريف ديباجة طويلة شرحها محمد بن محمد الحسينى المدّعو بزيرك زاده سنة ثلث والف اول الديباجة سبحان من ارسل رسوله بالهدى ودين الحقّ الخ واول الشرح سبحان من اطلع شمس كتابه الخ ومنها تعليقة عظيمة للشيخ رضى الدين

---

*Khán* misit. Hic usque ad portam illi obviam ivit, ejusque stipendium et vestes honorarias duplicavit. Molla noster *Mohammed Munshi* tempus, quo hoc accidit, turcice verbis his consignavit *Taji tefsiri kelámi mojiz.* Tum *Imádi* post annum totum opus nitide exscripsit, tempusque hoc verbis indicavit *Tefsír Ekber* i. e. anno 973 (inc. 29. Jul. 1565). Iam fama ejus divulgabatur et exemplaria per tractus dispergebantur, et principes virorum eruditorum librum honorifice receptum probabant propter eximiam ejus compositionem et elegantem orationem, ita ut auctor *Khatíb el-mofassirín* (orator inter interpretes) appellaretur. Constat quoque, commentarium nullius viri docti praeter eum post *Kesshúf*, cujus auctor *Zamakhsheri* est, et *Anwár el-tenzíl* a Cadhi *Beidháwi* compositum ad illum gradum auctoritatis et celebritatis pervenisse, eique haec aestimatio summo jure debetur, licet multa ei insint, quae prohibeant, quominus auctor immunitatem ab omni errore sibi arroget. Neque dubium est, quin iis, quae ab aliis auctoribus depromsit, interpres evaserit fortuna singulari ornatus, ut *Shehâb-ed-din Misri* in *Khabáya el-zewáya* dicit. Inter appendices ad nonnullos hujus commentarii locos illa laudatur, quam Sheikh *Ahmed Rumi Ac'hisári*, qui anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631) obiit, usque ad Suratam *Dukhán* confecit. *Abu Sa'úd* commentario suo praestanti praefationem quoque longam praemisit, in quam *Mohammed Ben Mohammed El-Hoseini*, *Zeirekzadeh* cognominatus, anno 1003 (inc. 6. Sept. 1594) commentarium composuit. Praefatio incipit sic: Celebratus sit, qui legatum suum cum directione et religione veritatis ablegavit etc., et commentarius sic: Celebratus sit, qui solem libri sui oriri jussit etc. — Appendicem quoque magnam ad dimidiam paene commentarii partem

ابن يوسف المقدسى علّقها الى قريب من النصف واهداها الى المولى اسعد بن سعد الدين
حين دخل القدس زائرًا وكان دأبه فيه نقل كلام العلّامتين وكلام ذلك الفاضل بقوله قال
الكشاف وقال القاضى وقال المفتى ثمّ المحاكمة فيما بينهم اوله الحمد لله الذى انزل على عبده
الكتاب الخ ٤٨٦ ارشاد العقول السليمة الى الاصول القويمة بابطال البدع السقيمة للشيخ
محمد بن محمد المعروف بقاضى زاده المتوفى سنة ١٠٤٤ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى
ارسل الرسل بفصل الخطاب الخ ذكر فيه انّه لمّا طالع رسالة فى جواز الرقص منسوبة الى
المفتى المعروف بعلى چلبى كتب فى ابطالها واثبات مدّعاه ورتّب على اربعة ابواب الاول فى ردّ
الرسالة والثانى فى وجوب الاتباع والثالث فى اقوال العلماء فى مذمّة المبتدعين والرابع فى
وجوب التقوى ومجاريها ٤٨٧ ارشاد العوامّ للشيخ شمس الدين السيواسى ٤٨٨ ارشاد
القاصد الى اسنى المقاصد للشيخ شمس الدين محمد بن ابرهيم ابن ساعد الانصارى
الاكفانى السخاوى المتوفى سنة ٧٤٩ مختصر اوله الحمد لله الذى خلق الانسان وفضّله الخ

---

concinnavit Sheikh *Redhi-ed-din Ben Yusuf Mocaddesi*, eamque Mollae *As'ad Ben Sa'd-ed-din*, cum peregrinaturus Hierosolymam intraret, obtulit. Rationem in hoc libro sequitur eam, ut verba illorum duorum virorum eruditissimorum illiusque docti optime meriti ad literam afferat, adhibitis formulis „*Dicit Kesshâf*" — „*Dicit Cadhi*" — „*Dicit Mufti*", eaque deinde inter se conferat. Incipit ita: Laus Deo, qui librum servo suo patefecit etc. — 486. **Irshád el-ocúl el-selímet**, directio sanarum mentium ad principia recta abolitione novationum vitiosarum, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed*, *Cadhizadeh* cognominato et mortuo anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634). Monet auctor in hoc compendio, quod sic incipit: Laus Deo, qui legatos misit cum scientia eloquentiae etc., cum tractatum de permissione saltationis Derwishorum, qui Muftio, *Ali Jelebi* cognominato, attribuatur, perlegerit, se ad illum refutandum et id quod ipse statuat stabiliendum, scripsisse. Disposuit autem refutationem in quatuor capita, primum de refutatione tractatus, secundum de necessitate auctoritatem virorum doctorum sequendi, tertium de effatis virorum doctorum de vituperatione hominum novarum rerum studiosorum, quartum de necessitate pietatis ejusque modis. — 487. **Irshád el-awámm** directio vulgi, auctore Sheikh *Shems-ed-din Siwási*. — 488. **Irshád el-cásid**, directio petentis ad proposita maxime ardua. Compendium, quod a Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Ibn Sáïd Ansári Akfáni Sekhâwi*, qui anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) obiit, compositum est et ita incipit: Laus Deo, qui hominem creavit

ذكر فيه انواع العلوم واصنافها وهو مأخذ مفتح السعادة لطاشكبرى زاده وجملة ما فيه ستون علمًا منها عشرة اصليّة سبعة نظريّة وهى المنطق والالهى والطبيعىّ والرياضىّ باقسامه وثلثة عمليّة وهى السياسة والاخلاق وتدبير المنزل وذكر فى جملة العلوم اربعمأئة تصنيف ٤٨٩ ارشاد الماهر لنفائس الجواهر على مسائل الفقه للشيخ تاج الدين ابى نصر عبد الوهاب ابن محمد الحسينى المتوفى سنة ٨٧٥ ٤٩٠ ارشاد المبتدى وتذكرة المنتهى فى القرآت العشر للشيخ ابى العزّ محمد بن الحسين بن پندار القلانسى الواسطى المتوفى سنة ٥٢١ ولابى الطيّب عبد المنعم بن محمد ابن غلبون الحلبى المتوفى سنة ٣٨٩ ٤٩١ ارشاد المحتاج الى توجيه المنهاج الفرعىّ يأتى ذكره ٤٩٢ ارشاد المريدين فى حكايات الصالحين للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن بن على ابن الجوزى المتوفى سنة ٥٩٧ ٤٩٣ ارشاد المعرب فى نصرة المذهب لابن ابى عصرون عبد الله بن محمّد الشافعى المتوفى سنة ٥٨٥ ولم يكمله ٤٩٤ ارشاد

---

et praetulit etc. — Recenset auctor genera et species doctrinarum, ejusque liber fons est, unde *Tashköprizadeh* opus *Miftáh el-seádet* hausit. Commemorat omnino sexaginta doctrinas, quarum decem fundamentales sunt, septem speculativae, scilicet Logica, Metaphysica, Physica et Mathematica cum suis speciebus, et tres practicae, *Siyáset* (doctrina salutem publicam bona reipublicae constitutione adjuvandi), Ethica et administratio rei domesticae (*Tedbír el-menzil*). Praeterea quadraginta opera de omnibus doctrinis recenset. — 489. Irshád el-máhir, directio ingeniosi ad pretiosissimas margaritas supra quaestionibus juridicis, auctore Sheikh *Táj-ed-din Abu Nasr Abd-el-wehháb Ben Mohammed Hoseini*, mortuo anno 875 (inc. 30. Jun. 1470). — 490. Irshád el-mubtedi, directio tironis et memoriae adminiculum in usum perfectioris de decem recensionibus Corani, auctoribus Sheikh *Abu-izz-ed-din Mohammed Ben-elhosein Ben Pindár Calánisi Wásiti*, mortuo anno 521 (inc. 17. Jan. 1127), et *Abu'ltayyib Abd-el-mon'im Ben Mohammed Ibn Ghaliún Halebi*, mortuo anno 389 (inc. 23. Dec. 998). — 491. Irshád el-mohtáj, directio ejus, cui comprobatione operis *Minháj* de praeceptis juris secundariis, quod infra describetur, opus est. — 492. Irshád el-moridín, directio tironum in historiis sanctorum, auctore *Abu'l-faraj Abd-el-rahman Ben Ali Ibn-eljauzi,* mortuo anno 597 (inc. 12. Oct. 1200). — 493. Irshád el-mo'rib, directio ejus qui sectam Shafiiticam diserte defensurus est, cujus auctor est *Ibn Abi Osrún Abdallah Ben Mohammed* Shafiita, qui anno 585 (inc. 19. Febr. 1189), opere nondum absoluto, obiit. — 494. Irshád el-mogh-

المغفلين من الفقهاء والفقراء الى شروط صحبة الامراء مجلد للشيخ عبد الوهاب بن احمد الشعرانى ثم اختصر فى نحو مائة ورقة وجعل قسمين الاول فى صحبة العالم مع الامير والثانى فى صحبة الامير معهم وفرغ منه فى رمضان سنة ٩٧٩ ‏٤٩٥ ارشاد المفيد لخالص التوحيد منظومة للشيخ عبد الوهاب بن احمد المعروف بابن عربشاه الشامى المتوفى سنة ٩٠١ ‏٤٩٦ ارشاد المهتدى فى الفروع لابى الحسن على بن سعيد الرستغفنى الحنفى ٤٩٧ ارشاد المهتدين الى نصرة المجتهدين رسالة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى بين فيه شروط الاجتهاد المطلق ٤٩٨ ارشاد الناسك المتضرع الى مناسك المتمتع للشهاب احمد بن محمد المعروف بابن عبد السلام الشافعى ولد سنة ٨٤٧ ‏٤٩٩ ارشاد النظار الى لطائف الاسرار للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ ‏٥٠٠ ارشاد الهادى فى النحو للعلامة سعد الدين مسعود بن عمر التفتازانى الفه ٧٧٨ بخوارزم لولده المكرم وجعله على مقدمة

---

filín, directio negligentium inter Jurisconsultos et Fackiros ad conditiones, quibus ad societatem Emirorum admittuntur. Volumen, quod Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Sharáni* composuit. Postea epitomen ex eo concinnavit centum foliorum, duabus partibus constantem, quarum prior de societate literati cum Emiro, posterior de societate Emiri cum literatis agit. Absolvit illam mense Ramadhan anni 979 (inc. 26. Mai. 1571). — 495. El-Irshád el-mofíd, directio fructuosa ad sincerum monotheismum, carmen, quod Sheikh *Abd-el-wehháb Ben Ahmed Shámi*, vulgo *Ibn Arabshah* dictus, condidit. Obiit ille anno 901 (inc. 21. Sept. 1495). — 496. Irshád el-mohtedi, directio bene edocti de praeceptis juris derivatis, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Saïd Rastaghfini* Hanefita. — 497. Irshád el-mohtedín, directio bene instructorum ad defensionem summorum Jurisconsultorum (*Mujtehidún*). Tractatus in quo *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti* conditiones exposuit, quibus ad gradum *Ijtihád* in jurisprudentia, qui in universum dicitur, perveniri potest. — 498. Irshád el-násik, directio devoti verecundi ad ceremonias ei observandas, qui in visitatione sacra *Umret* dicta versatur, auctore *Shehâb-ed-dín Ahmed Ben Mohammed* Shafiita, vulgo *Ibn-abd-elselám* dicto. Natus hic est anno 847 (inc. 1. Mai. 1443). — 499. Irshád el-notztzár, directio studiosorum ad subtilitates secretorum, auctore Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, mortuo anno 606 (inc. 6. Jul. 1209). — 500. Irshád el-hádi, directio dirigentis. Opus grammaticum, quod vir eruditissimus *Sa'd-ed-din Mes'ud Ben Omar Teftazáni* filio suo *Mokerrem* anno 778 (inc. 21. Mai. 1376) in Khowarezmia composuit. Divisum est in

وثلثة اقسام المقدّمة فى تعريف النحو والكلمة القسم الاول فى الاسم والثانى فى الفعل والثالث فى الحرف فصار متنا لطيفا جامعا متداولا فى ايدى اصحابه فشرحوه ممزوجا وغير ممزوج منهم تلميذه شاه فتح الله الشروانى والشيخ علآء الدين على البخارى وعلآء الدين على ابن محمد البسطامى المعروف بمصنفك الّفه سنة ٨٢٣ وسنّه عشرين سنة وهو اوّل تأليفه وشرف الدين على الشيرازى ومحمد المدعو باميرخان التبريزى شرح شرحا ممزوجًا بيّن اعرابه اوّلا ثمّ ابرز معناه وسمّاه توضيح الارشاد اوله اولى الالفاظ الموضوعة بالتقديم الخ ومحمد ابن شريف الحسينى ولد السيد الشريف الجرجانى صنّف شرحًا لطيفًا ممزوجًا وفرغ من تأليفه بشيراز سنة ٨٢٣ اوله نحوك تصريف النواظر الخ وشمس الدين محمد بن محمد البخارى وسمّاه المرشد اوله ان احرى ما يفتتح به تيمّنًا كلّ كتاب الخ   ٥٠١ ارشاد الى اصابة الصواب لعبيد الله بن محمد الاندلسى   ٥٠٢ ارشاد والتطريز فى فضل ذكر الله وتلاوة كتابه العزيز للامام ابى السعادات عبد الله بن اسعد اليافعى اليمنى المتوفى سنة ٧٧١

---

introductionem et tres partes. Illa docet, quid sit *Nahw* (syntaxis) et *Kelimet* (vox), pars autem prima agit de nomine, secunda de verbo, tertia de particulis. Textus evadebat venustus et uber, multumque in manibus discipulorum ejus versabatur. Itaque illum commentati sunt ita, ut eum vel commentariis suis adderent vel omitterent, ut discipulus auctoris *Shah Fathallah Shirwáni* — Sheikh *Alá-ed-din Ali Bokhári* — *Alá-ed-din Ali Ben Mohammed Bestámi*, vulgo *Mosannifec* dictus, qui commentarium suum, inter omnia ipsius opera primum, viginti annos natus anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) composuit — *Sheref-ed-din Ali Shirázi* — *Mohammed Tebrízi*, *Emirkhán* cognominatus, qui commentario suo textum admiscuit, et primum analysin grammaticam ejus proposuit, deinde sententias illustravit. Inscriptus ille est *Taudhíh el-irshád* et incipit sic: Ea vocum inventarum, quae maxime meret ut reliquis anteponatur etc. — *Mohammed Ben Sheríf Hoseini*, filius *El-Seyyid*i *El-Sheríf Jorjáni*, qui commentarium elegantem, cui textum addidit, composuit, illumque in urbe Shiráz anno 823 (inc. 17. Jan. 1420) absolvit. Incipit ita: Versus te oculi se convertunt etc. — et denique *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Bokhári*, qui commentarium suum inscripsit *El-Murshid* et ita orditur: Optimum, quo liber quivis bono omine aperitur etc. — 501. Irshád ila isábet el-sewáb, directio ad attingendum verum, auctore *Obeidallah Ben Mohammed Andalusi*. — 502. Irshád we el-tetríz, directio et exornatio de meritis ejus, qui Deum celebrat et librum ejus eximium recitat, auctore Imam *Abu'lseádát Abdallah Ben As'ad Yafii Yemeni*, mortuo anno 771 (inc. 5. Aug.

وله مختصره   ٥٠٣ ارشاد للاولاد مختصر فى الاكسير للوزير ابى اسمعيل الحسين بن على
الطغرائى المتوفى سنة ٥١٥   ٥٠٤ ارشاد لمصالح الانفس والاجساد فى الطبّ مجلّد للشيخ
موفق الدين اسمعيل بن هبة الله ابن جميع رتّب على اربع مقالات الاولى فى القوانين الكلّيّة
والثانية فى الادوية والاغذية والثالثة فى حفظ الصحّة والمداواة والرابعة فى الادوية المركّبة
٥٠٥ ارشاد فى النحو ايضا للشيخ ابى محمد عبد الله بن جعفر المعروف بابن درستويه
النحوى المتوفى سنة ٣٤٧ وللشيخ الفاضل شهاب الدين احمد بن شمس الدين بن عمر
الهندى الدولت آبادى شارح الكافية وهو متن لطيف تعمّق فى تهذيبه كلّ التعمّق وتأنّق
فى ترتيبه حقّ التأنّق اوله الحمد لله كما يجب ويرضى الخ وعلى متن الهندى شرح ممزوج
للفاضل العلّامة ابى الفضل الخطيب الكازرونى المحشى   ٥٠٦ ارشاد فى اللغة لمحمد بن عبد ربّه
القرطبى   ٥٠٧ ارشاد فى الكلام للامام ابى المعالى عبد الملك بن عبد الله الجوينى الشهير
بامام الحرمين المتوفى سنة ٤٧٨ شرحه تلميذه ابو القاسم سليمان بن ناصر الانصارى المتوفى

---

1369). Idem hoc opus suum in epitomen redegit. — 503. Irshád lilauläd, directio in usum filiorum, compendium de pulvere philosophico, auctore Weziro *Abu Ismaïl El-Hosein Ben Ali Toghrâï*, mortuo anno 515 (inc. 22. Mart. 1121). — 504. Irshád limesálih el-anfos we el-ajsád, directio ad commoda animorum et corporum. Opus medicum volumine comprehensum, quod Sheikh *Mowaffic-ed-din Ismaïl Ben Hibatallah Ibn Jemi'* edidit. Disposuit illud in quatuor dissertationes, quarum prima de canonibus universalibus agit, secunda de remediis et victu, tertia de conservatione sanitatis et medela, quarta de remediis compositis. — 505. Irshád fi el-nahw, opus grammaticum simile, auctoribus Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Jafar* Grammatico, vulgo *Ibn Durostaweih* dicto et anno 347 (inc. 25. Mart. 958) mortuo, et Sheikh bene merito *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Shems-ed-din Ben Omar Hindi Dewletabâdi*, interprete operis grammatici *Alfiya.* Textus elegans, in quo tam perpoliendo altissimam comprobavit eruditionem quam in eam disponendam omni qua par est cura animum intendit. Incipit ita: Laus Deo talis qualis debetur et placet etc. — Ad textum *Hindii* vir bene meritus et eruditissimus *Abu'lfadhl Khatib Kâzruni Mohshi* (glossator) commentarium scripsit, cui textum addidit. — 506. Irshád, opus lexicologicum, auctore *Mohammed Ben Abd-rabbihi Cordubi.* — 507. Irshád fi el-kelám, opus metaphysicum, auctore Imam *Abu'lmeáli Abd-el-melik Ben Abdallah Joweini*, vulgo *Imam-el-haramein* dicto et mortuo anno 478 (inc. 29. Apr. 1085). Commentatus illud est discipulus ejus *Abu'lcâsim Soleiman Ben Nasir Ansâri*, qui

سنة ٥١٢ ٥٠٨ ارشاد فى التعبير للشيخ جابر بن حيّان المغربى ٥٠٩ ارشاد فى شرح الفقه الاكبر وسيأتى فى الفآء ٥١٠ ارشاد فى علم الخلاف والجدل للشيخ ركن الدين ابى حامد محمد بن محمد العميدى السمرقندى الحنفى المتوفى سنة ٦١٥ [وهو اول من افرده بالتصنيف] وله شروح منها شرح شمس الدين احمد بن خليل الجوينى قاضى دمشق الشافعى المتوفى سنة ٦٣٧ وشرح القاضى اوحد الدين الدولى قاضى منبج سنة ٦٥٨ وشرح بدر الدين المراغى المعروف ببدر الطويل وشرح نجم الدين المرندى وغير ذلك ٥١١ ارشاد فى معرفة الاعداد فارسىّ فى علم الوفق لمحمد بن محمد المشتهر بهام الطبيب التبريزى ألّفه لشروان شاه ورتّب على اربعة ابواب ٥١٢ ارشاد فى فروع الشافعيّة لشرف الدين اسمعيل بن ابى بكر ابن المقرى اليمنى الشافعى المتوفى سنة ٨٣٦ واختصر فيه الحاوى الصغير للقزوينى وعمل عليه شرحا فى مجلّدين وممّن شرح الارشاد العلّامة المحقّق الكامل محمّد بن ابى شريف المقدسى المتوفى سنة ٩٣٠ وتداوله الفضلآء والعلّامة شمس الدين محمد بن عبد

---

anno 512 (inc. 24. Apr. 1118) obiit. — 508. **Irshád fi el-tabír**, opus oneirocriticum, auctore Sheikh *Jábir Ben Hayyán Maghribi*. — 509. **Irshád**, commentarius operis *El-Fic'h El-Ekber*, de quo in litera *Fá* sermo erit. — 510. **Irshád**, de dialectica et topica, auctore Sheikh *Rokn-ed-din Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Omeidi Samarcandi* Hanefita, mortuo anno 615 (inc. 30. Mart. 1218). [Primus hic est, qui de illa doctrina separatim scripsit]. Plures in hoc opus commentarios scripserunt, ut *Shems-ed-din Ahmed Ben Khalíl Joweini*, Cadhi Damasci Shafiiticus, qui anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) obiit. — Cadhi *Auhad-ed-din Duli*, qui anno 658 (inc. 18. Dec. 1259) judicio Manbegae praefuit — *Bedr-ed-din Merághi*, vulgo *Bedr Tewíl* cognominatus — *Nejm-ed-din Marnedi* et alii. — 511. **Irshád fi marifet el-adád**, directio ad cognitionem numerorum. Liber persicus de doctrina quadratorum talismanicorum, quem *Mohammed Ben Mohammed* Medicus Tebriziensis, vulgo *Hámm* cognominatus, *Shirwanshaho* composuit et in quatuor capita disposuit. — 512. **Irshád fi foru' El-Shafiíye**, compendium de praeceptis juris Shafiitici secundariis, quod *Sheref-ed-din Ismaïl Ben Abi Bekr Ibn-elmocri Yemeni* Shafiita, qui anno 836 (inc. 28. Aug. 1432) obiit, ex libro *Háwi Saghír*, cujus auctor *Cazwíni* est, concinnavit, et commentario duobus voluminibus constante instruxit. Deinde opus *Irshád* commentati sunt vir doctissimus et subtili et perfecta eruditione instructus *Mohammed Ben Abi Sheríf Mocaddesi*, mortuus anno 930 (inc. 10. Nov. 1523), cujus opus in literatorum manibus teritur — vir doctissimus *Shems*

المنعم الجوجرى المتوفى سنة ٨٨٩ وكذا شرحه الحافظ شهاب الدين ابو الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ بشرحين عظيمين وشرح ايضا الفاضل المحقّق مصلح الدين محمد بن الصلاح اللارى الشافعى المتوفى سنة ٩٧٩ ونظمه برهان الدين ابرهيم بن محمد الحلبى القباقبى الشافعى المتوفى فى حدود سنة ٨٥٠ ونظمه احمد بن صدقة ابن الصيرفى المصرى المتوفى سنة ٩٠٠ ولخّصه الشيخ ابو العبّاس احمد بن محمد الخطيب القسطلانى المتوفى سنة ٩٢٣ الى اثناء الطهارة وسمّاه الاشعار ٥١٣ ارشاد فى فروع الحنبليّة للشيخ ابى على محمد ابن احمد بن محمد الهاشمى ٥١٤ ارشاد فى تفسير القرآن للشيخ الامام ابى الحكم عبد السلام بن عبد الرحمن المعروف بابن برجان اللخمى الاشبيلى المتوفى سنه ٥٣٦ وهو تفسير كبير فى مجلّدات ذكر فيه من الاسرار والخواصّ ما هو مشهور فيما بين اهل هذا الشأن وقد استنبطوا من رموزاته امورا فاخبروا بها قبل الوقوع ٥١٥ ارشاد فى اصول الحديث للشيخ الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى المتوفى سنة ٦٧٦ وهو مختصر لخّصه

---

ان يكتب محاكمة بينهما فكتب ورجح كلام الامام فى كثير منها فنال الامام بذلك اكرامًا وتشريفًا برتبة قضاء العسكر المسئلة الاولى كيف التوفيق بين قوله سبحانه وتعالى وذكّر فانّ الذكرى تنفع المؤمنين وقوله تعالى يا ايّها الذين آمنوا عليكم انفسكم لا يضرّكم من ضلّ اذا اهتديتم قال المعيد فى جوابه لا تنافى بين الآيتين حتّى يحتاج الى التوفيق فانّ الآية الاولى خطاب للرسول صلعم وهو مبعوث للانذار والوعظ فأمر بالعظة بعد ترك المجادلة والآية الثانية خطاب للمؤمنين والمراد منها سائر المؤمنين وهم ليسوا بمأمورين بالتذكير والعظة بل بصلاح انفسهم والاهتداء مع ان البيضاوى صرّح بان الاهتداء شامل للامر بالمعروف والنهى عن المنكر فيدخل فيهما التذكير ايضا فكيف يكون التنافى وقال الامام لا يخفى انّ خطاب الله تعالى للرسول صلعم بخصوصه يتناول الامّة عند الحنفيّة وافراده بالخطاب تشريفًا له صلعم والمراد اتباعه معه كما فى كتب اصولنا كيف وقد قال صلعم من رأى منكم منكرًا فاستطاع ان يغيّره فليغيّره بيده فان لم يستطع فبلسانه فان لم يستطع فبقلبه الحديث وامّا قوله

---

Hic scripsit igitur, verbisque Imami magnam partem palmam dedit; unde factum est, ut Sultanus Imamum benevole et munifice exciperet, eique munus judicis castrensis deferret. Prima autem quaestio fuit haec: Quomodo sunt illi duo versus coranici conciliandi „Et commonefac (i. e. ne cesses legere Coranum), nam haec commonitio proderit fidelibus“ et „O qui crediderunt, super vos animae vestrae. Non nocebit vobis, qui erraverit, dum directi fueritis?“ *Muíd* hos duos versus statuit sibi non repugnare, ut conciliatione egerent. In priore enim compellari legatum, missum ad homines monendos et dehortandos, ita ut versus ille commonitionem, altercatione missa, commendet. In posteriore vero Deum alloqui fideles i. e. ceteros fideles praeter prophetam, quibus non mandatum est, ut admoneant et hortentur, at vero ut de salute consulant animumque ad frugem applicent, quamvis *Beidháwi* diserte dixerit, applicationem hanc comprehendere praecepta recte faciendi et injuria abstinendi, ita ut monitio his etiam includatur. Quomodo igitur hi versus sibi repugnant? — Imam contra statuit, nullum esse dubium, quin oratio Dei Excelsi ad legatum, cui Deus faveat, singulatim conversa, ut Hanefitis quidem placet, sectam Muhammedanam simul comprehendat, et quod ille solus a Deo compelletur, id factum sit ad eum prae ceteris honorandum, ita ut quo ille affectus sit honore, simul ejus sectatores ornentur, ut in libris principiorum nostrorum traditur. Quid? Nonne dixit etiam propheta „Quicunque vestrum hominem impium videt, quem corrigere possit, hic eum corrigat manu

سبحانه وتعالى يا ايّها الذين آمنوا عليكم انفسكم فقد اخبر الصادق الامين ان محلّها آخر الزمان حيث سئل صلعم عن تفسير هذه الآية فقال بل ائتمروا بالمعروف وتناهوا عن المنكر حتى اذا رأيت شحًّا مطاعًا وهوى متبعا ودنيا مؤثرة واعجاب كلّ ذى رأى برأيه فعليك بخاصّة نفسك الحديث هكذا ينبغى ان يكون التوفيق وقال المفتى هذا الكلام حسن موافق لما فى كتب الاصول نقل عن عبد الله بن المبارك انّ قوله تعالى يا ايّها الذين آمنوا عليكم انفسكم الآية اكد آية فى وجوب الامر بالمعروف والنهى عن المنكر وبه يظهر ما فى كلام المجيب وكان ينبغى ان يقتصر فى الجواب على كون الاهتداء شاملا للامر بالمعروف والنهى عن المنكر وامّا ما ذكر الامام بقوله وامّا قوله تعالى يا ايها الذين آمنوا الخ فقد اخبر الصادق الخ يصلح ان يكون توفيقًا لكن الامام فخر الدين الرازى قال فى تفسيره هذا القول عندى ضعيف الخ انتهى وقس عليه غيرها ٧٤٣ الاشارات والتنبيهات فى المنطق والحكمة

---

sua, et si hac ratione non possit, lingua sua, et si sic quoque nihil proficiat, corde suo“ et quae porro. Quod autem verba divina attinet „O qui crediderunt, super vos animae vestrae“ jam *El-Sádic El-Emín* tradidit, ea ad ultima tempora transferenda esse, ubi propheta de explicatione hujus versus interrogatus respondit: Rursus mandatum vobis ibi est, ut solliciti sitis de recto et abstineatis inter vos injuria, ita ut, quando conspicis avaritiam cultam, cupiditatem expletam, mundum ceteris rebus praehabitum et hominis cujusque cordati admirationem sui ipsius, tum praecipue anima tua tibi curae sit,“ et quae sunt reliqua traditionis verba. Ita conciliari hi duo versus possunt. — Deinde Mufti: Haec pulchre, inquit, dicta sunt et iis convenienter, quae in libris de principiis docentur. Traditum est auctoritate *Abdallae Ben-el-mobárek*, verba coranica „O qui crediderunt, super vos animae vestrae etc.“ inculcare fortius versum de necessitate rectum jubendi et injuriam prohibendi, eoque clarius apparet, quod in verbis respondentis latet. Convenit igitur in dato responso in eo acquiescere, quod applicatio illa ad viam rectam comprehendat mandatum, ut recte faciamus, et interdictum, ne injuriam exerceamus. Quod vero ad alterum illud attinet, quod dixit Imam „Quod autem verba divina attinet: O qui crediderunt, super vos animae vestrae, jam *El-Sádic* tradidit etc.“ commode his versus illi conciliari possunt. Dicit tamen *Fakhr-ed-din Rází* in commentario suo Corani, ex sua sententia illud effatum prophetae sublestae esse fidei. — Hucusque ille. — Dijudica jam cetera ex hujus quaestionis analogia. — 743. El-Ishárát we El-Tenbihát, theoremata logica

للشيخ الرئيس ابى على الحسين بن عبد الله الشهير بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ وهو كتاب صغير الحجم وكثير العلم مستصعب على الفهم منطو على كلام اولى الالباب مبيّن للنكت العجيبة والفوائد الغريبة التى خلت عنها اكثر المبسوطات اورد المنطق فى عشرة مناهج والحكمة فى عشرة انماط الاول فى الاجسام والثانى فى الجهات والثالث فى النفوس. والرابع فى الوجود والخامس فى الابداع والسادس فى الغايات والمبادى والسابع فى التجريد والثامن فى السعادة والتاسع فى مقامات العارفين والعاشر فى اسرار الآيات قال فى اوله الحمد لله على حسن توفيقه ايها الحريص على تحقيق الحق انى مهدت اليك فيه اصولا من الحكمة ان أخذت الفطانة بيدك سهل عليك تفريعها وتفصيلها انتهى ولها شروح منها شرح الامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ اوله امّا بعد الحمد لمن يستحقّ الحمد لذاته الخ وهو شرح بقال اقول طعن فيه بنقص او معارضة وبالغ فى الرّد على صاحبه ولذلك سمّى بعض الظرفاء

---

et philosophica, auctore Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah*, vulgo *Ibn Sína* dicto et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. Hic liber parvi quidem est ambitus sed eruditionis plenus, difficilis intellectu, refertus doctrina virorum intelligentium, et sententias subtiles et miras et praecepta singularia explicat, quibus maxima pars librorum latorum caret. Tradit autem in decem methodis (*Menáhij*) logicam, et in decem rationibus (*Anmát*) philosophiam, in earumque prima disputat de corporibus, in secunda de superficiebus, in tertia de animis, in quarta de existentia, in quinta de formatione, in sexta de summis finibus et de principiis, in septima de gradu Suforum *Tejríd* (sejunctio) dicto, in octava de felicitate, in nona de stationibus spiritualium, in decima de mysteriis versuum Corani. Orditur sic: Laus Deo pro auxilio ejus propitio. O tu qui flagras desiderio accuratae Dei cognitionis, explanavi tibi hic principia philosophica; quodsi intellectum manu tua prehendis, facilis tibi erit illarum rerum singularum cognitio accurata et distincta, et quae sequuntur. — Multi librum hunc commentati sunt, ut Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, qui anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) obiit. Orditur sic: Praemissis praemittendis. Laus Deo qui propter essentiam suam meretur gloriam etc., et adhibet formulam „*Cála*“ (dixit ille) — „*Acúl*“ (dico ego), et tam obtrectando quam repugnando vehementer invehitur in auctorem, eumque acriter studet confutare. Hanc ob causam vir quidam ingeniosus commentarium ejus (*Sharh*) vulnerationem (*Jarh*) appellavit. Idem

شرحه جرحًا وله لباب الاشارات لخّصه منها بالتماس بعض السادات فى جمادى الاولى سنة ٥٩٧ ورتّب على ترتيبه فى المنطقيّات والطبيعيّات والآلهيّات ومنها شرح العلّامة المحقّق نصير الدين محمد بن الحسن الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ اوله الحمد لله الذى وفقنا لافتتاح المقال بتحميده الخ ذكر فيه انّ الرئيس كان مؤيدًا بالنظر الثاقب وانّ كتابه هذا من تصانيفه كاسمه وقد سأله بعض الاجلّآء ان يقرّر ما عنده من معانيه المستفادة من المعلّمين ومن شرح الامام الرازى وغيره فاجاب واشار الى اجوبة بعض ما اعترض به الفاضل المذكور وسمّاه بحلّ مشكلات الاشارات وفرغ من تأليفه فى صفر سنة ٦٤٤ والمحاكمة بين الشارحين الفاضلين المذكورين للمحقّق قطب الدين محمد بن محمد الرازى المعروف بالتحتانى المتوفى سنة ٧٦٦ كتبها باشارة من العلّامة قطب الدين الشيرازى لمّا عرض عليه ما له من الابحاث والاعتراضات على كلام الامام فقال له العلّامة التعصّب على صاحب الكلام الكثير يسير وانّما اللآئق بك ان تكون حكمًا بينه وبين النصير فصنّف الكتاب المشهور بالمحاكمات وفرغ فى اواخر جمادى الآخر

---

potiora archetypi in singulari libro, *Lobáb el-ishárát* inscripto, petente quodam viro spectato, Jomadzi primo anni 597 (inc. 12. Oct. 1200) excerpsit eodem ordine servato, ita ut illum in logica, physica et metaphysica divideret. Deinde commentarium composuit vir eruditissimus et subtilissimus *Nasír-ed-din Mohammed Ben-elhasan Tusi*, qui anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) decessit. Incipit ita: Laus Deo qui nos benigne disposuit ad sermonem ab ipsius laude ordiendum etc. et monet, Sheikh *Reyís* (i. e. princeps) adjutum esse mente acuta, et hunc librum inter ceteros nomini ipsius plane respondere. Quidam enim ex optimatibus ab eo petierat, ut notiones e doctrina virorum eruditorum, e commentario Imami *Rázi* aliisque libris captas, quae ipsi praesto essent, confirmaret. Petenti igitur satisfecit, seque ad nonnulla respondisse monet, quae illi viro docto et bene merito objecta fuerint. Librum hunc, qui inscribitur *Hell mushkilát el-ishárát*, absolvit mense Safar anni 644 (inc. 19. Mai. 1246). Inter sententias horum duorum interpretum bene meritorum qui modo laudabantur dijudicavit *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Rázi*, *Tehtáni* cognominatus et anno 766 (inc. 28. Sept. 1364) mortuus, disputator subtilis, qui a viro doctissimo *Cotb-ed-din Shirázi* ad scribendum excitabatur, cum quae explorasset et quae disputationi Imami objicienda essent, ei monstrasset. Dixit enim illi vir doctissimus *Shirázi:* Condemnare quidem causam viri qui multum disputat facile est, at te solum decet inter illum et *Nasír* dijudicare. Hinc factum est, ut *Tehtáni* librum vulgo *Muhakimát* dictum componeret. Perfecit illum in fine Jomadzi secundi anni 755 (inc.

سنة ٧٥٥ وللشيخ بدر الدين محمد بن اسعد اليمانى ثمّ التسترى كتاب ايضا فى المحاكمة بينهما وعلى اوائل شرح النصير حاشية للمولى شمس الدين احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا. المتوفى سنة ٩٤٠ وله حاشية على محاكمات القطب ايضا وللفاضل حبيب الله الشهير بميرزاخان الشيرازى المتوفى سنة ٩٩٤ حاشية على شرح النصير ايضا ومن شروحها شرح الفاضل سراج الدين محمود بن ابى بكر الارموى المتوفى سنة ٦٨٢ وشرح الامام برهان الدين محمد بن محمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٦٨٨ وشرح عزّ الدولة سعد بن منصور المعروف بابن كمونة المتوفى سنة [٦٧٦] اوله الحمد لله على حسن توفيقه الخ الّفه لولد شمس الدين صاحب ديوان الممالك ممزوجًا اتى فيه بجميع الفاظ الرئيس من غير اخلال الّا بما هو لضرورة اندراج الكلام ومزج ما التقطه من كتب الحكمآء ومن شرح العلّامة نصير الدين وما استنبطه بفكره مزجًا غير مميّز فصار كتابًا كالشرح للاشارات وسمّاه شرح الاصول والجمل من مهمّات العلم والعمل ومنها شرح رفيع الدين الجبلى المتوفى سنة ونظم الاشارات لابى نصر

---

26. Jan. 1354). Sheikh *Bedr-ed-din Mohammed Ben As'ad Yemáni* quoque, qui postea *Tusteri* appellabatur, librum controversiae inter illos viros dirimendae causa edidit. In initium commentarii Nasirici Molla *Shems-ed-din Ahmed Ben Soleiman*, vulgo *Ibn Kemálpasha* dictus et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, ut et in librum *Cotbeddini*, *Muhakimát* inscriptum, glossas composuit. Tum vir bene meritus *Hebíballah Shirázi*, qui vulgo *Mirzakhán* nominatur et anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) defunctus est, glossas in commentarium *Nasir-ed-din*i composuit. — Commentarios ad librum *Ibn Sina*e scripserunt alii, ut bene meritus *Siráj-ed-din Mahmud Ben Abi Bekr Ormawi*, qui anno 682 (inc. 1. Apr. 1283) decessit — *Borhán-ed-din Mohammed Ben Mohammed Nesefi* Imam Hanefiticus, anno 688 (inc. 25. Jan. 1283) defunctus, et *Izz-ed-dewlet Sa'd Ben Mansur*, *Ibn Kemmunet* cognominatus et anno [676 (inc. 4. Jun. 1277)] mortuus, qui librum suum incipientem sic: Laus Deo pro ejus auxilii pulchritudine etc., in commodum filii autoris *Diwán*i *El-Memálik* composuit, ita ut textum adderet, nullo verbo *Ibn Sina*e omisso aut imminuto, nisi ubi sermonis contextus id flagitabat. Admiscuit etiam sine ullo discrimine, quae vel ex libris philosophorum exque commentario *Nasir-ed-din*i sibi exscripserat, vel propria meditatione invenerat, ita ut liber ejus quasi commentarius in opus *Ishárát* evaderet. Inscripsit illum *Sharh el-osúl we eljomal min muhimmát el-ilm we el-amal.* Exstat praeterea commentarius *Refi'-ed-din*i *Jebeli*, qui anno ... obiit. Metrice opus *Ishárát*

فتح بن موسى الحضراوى المتوفى سنة ٦٦٣ ومختصرها لنجم الدين ابن اللبودى [محمد بن عبدان الدمشقى الحكيم المتوفى سنة ٦٢١] ٧٤٤ الاشارات والتنبيهات فى المعانى لمحمد بن على الجرجانى المتقدم صنّفه فى صفر سنة ٧٢٩ ورتّب على مقدّمة وثلثة فنون وخاتمة اوله الحمد لله الذى غرقت فى بحار الوهيّته عقول العقلآء الخ ٧٤٥ اشارات الاسرار للامام ركن الدين ابى الفضل عبد الرحمن بن محمد الكرمانى الحنفى المتوفى سنة ٥٤٣ ٧٤٦ الاشارات الخفيّة فى المنازل العليّة للشيخة عآئشة بنت يوسف الدمشقيّة اختصرتها من منازل السآئرين وماتت سنة ٧٤٧ الاشارات المرشدة فى الادوية المفردة للشيخ نجم الدين ابى العباس احمد بن اسعد المعروف بابن العالمة الطبيب المتوفى سنة ٦٥٢ ٧٤٨ اشارات الى ما وقع فى المنهاج من الاسمآء واللغات يأتى فى الميم ٧٤٩ اشارات الى السنة الحيوانات للشيخ سعيد بن مبارك المعروف بابن الدهّان النحوى المتوفى سنة ٥٦٩ ٧٥٠ اشارات الى معرفة الزيارات مختصر

---

exaravit *Abu Nasr Fat'h Ben Musa Hadhráwi*, qui anno 663 (inc. 24. Novb. 1264) decessit, illudque in epitomes formam redegit *Nejm-ed-din Ibn-ellobúdi* [*Mohammed Ben Abdán Dimeshcki* Medicus, anno 621 (inc. 24. Jan. 1224) defunctus]. — 744. El-Ishárát we El-Tenbihát, indicia et excitationes de sententiis. *Mohammed Ben Ali Jorjáni* supra laudatus composuit hoc opus mense *Safar* anni 729 (inc. 5. Oct. 1328), illudque in introductionem, tres classes et conclusionem digessit. Incipit sic: Laus Deo qui mentes intelligentium in maria divinitatis suae immergit etc. — 745. Ishárát el-asrár, indicia arcanorum, auctore *Rokn-ed-din Abu'lfadhl Abd-el-rahman Ben Mohammed Kermáni* Imam Hanefitico, mortuo anno 543 (inc. 22. Mai. 1148). — 746. El-Ishárát El-Khafíyet, indicia occulta de stationibus altis. Hanc epitomen *Aïsha* Damascena, filia *Jusuf*i doctissima e libro *Menázil el-saïrín* adornavit et obiit anno ... — 747. El-Ishárát El-Murshidet, indicia dirigentia de medicamentis simplicibus, auctore Sheikh *Nejm-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Es'ad* Medico, *Ibn-elálimet* cognominato et anno 652 (inc. 21. Febr. 1254) mortuo. — 748. Ishárát, indicia nominum propriorum et dictionum ceterarum, quae in libro *Minháj* occurrunt. Vide literam *Mím*. — 749. Ishárát ila elsinet el-haiwánát, indicia de linguis bestiarum, auctore Sheikh *Saíd Ben Mobárek* Grammatico, *Ibn-eldehhán* cognominato et anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) defuncto. 750. Ishárát ila marifet el-ziyárát, indicia ad cognitionem visitationum sacrarum.

للشيخ ابى الحسن على بن ابى بكر السائح الهروى المتوفى بحلب سنة ٦١١ ابتدا فيه من مدينة حلب وكتب ما رآه برًّا وبحرًا من المزارات والمشاهد المتباركة وذكر انّه لم ير كثيرًا ممّا ذكره اصحاب التواريخ ببلاد الشام والعراق وخراسان والمغرب واليمن وجزائر البحر ولا شكّ انّ قبورهم اندرست وذكر انّ الانكتار ملك الفرنج اخذ كتبه ورغب فى وصوله اليه فلم يجب ومنها ما غرق فى البحر وانّه زار اماكن ودخل بلادًا من سنين كثيرة فنسى اكثر ما رآه واعتذر عنه مع انّه ذكر فيه زيارات الشام وبلاد الفرنج والارض المقدسة وديار مصر والصعيدين والمغرب وجزائر البحر وبلاد الروم والجزيرة والعراق واطراف الهند والحرمين واليمن وبلاد العجم وهذا مقام لا يدركه احد من السائحين والزهّاد الّا رجل كال الارض بقدمه واثبت ما ذكره بقلبه وقلمه ٧٥١ اشارات الى بيان الاسماء المبهمات للشيخ الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ اوله الحمد لله بارئ المصنوعات الخ اورد فيه ما وقع فى

---

Compendium Sheikhi *Abu'lhasan Ali Ben Abi Bekr Sáïh Herewi*, qui Halebi anno 611 (inc. 13. Mai. 1214) obiit. Incipit ab hac urbe et omnia visitationis sacrae loca atque sepulcra martyrum, quae terra marique viderat, describit. Se multa dicit loca non vidisse, quae historiarum auctores in Syria, Iráck, Khorasán, Mauritania, Yemen et in insulis maris commemorent, neque dubium esse, quin sepulcra eorum deleta sint. Narrat deinde, *Inkitár* (Richardum animosum) Francorum regem scripta sua sumsisse et ut ad ipsum veniret optasse, attamen se voto non satisfecisse, librorum vero partem undis immersam esse. Se loca visitasse et ex pluribus annis terras peragrasse, ita ut multa eorum, quae vidisset, oblitus esset. Qua de re deinde se excusat, nihilominus tamen loca sacra commemorat, quae in Syria, in terris Francorum, in terra sancta (Palaestina), in Aegypto (*Misr*) et duabus Aegypti superioris partibus (*Saïdein*), in tractu Africae occidentali, in insulis maris, in terris Graecorum, Mesopotamia, Iráck, in Indiae oris, Meccae et Medinae, in Yemen et in terris Persarum visitaverat. Nemo peregrinatorum et devotorum eundem gradum assequetur, nisi qui terram pede suo dimentitur et, quae narrat, memoria et calamó suo firme continet. — 751. **Ishárát ila beyán el-asmá el-mubhimát**, indicia ad explicationem nominum incertorum, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Yahya Ben Sheref Newewi* Imam Shafiitico, anno 676 (inc. 4. Jun. 1277) mortuo. Incipit ita: Laus Deo rerum creatarum auctori etc. Affert hic nomina incerta, quae in textibus traditionum

متون الاحاديث من الاسمآء المبهمة ملخّصا كتاب للخطيب مع زيادات عليه ] ٧٥٢ اشارات الى اماكن الزيارات لابن الجورانى ذكر انّ سألنى بعض اصحابى ان اجمع مؤلّفا فى ذكر زيارات دمشق وما هو لها من قبور الصحابة والتابعين والعلمآء والصالحين والمعابد المباركة الشريفة والاماكن العظيمة المنيفة فجمعت هذا المؤلّف وابتدأت فيه بذكر مدينة دمشق وما فيها الى آخره لم اقف على ترجمته لكنّه الّف بعد التسعمائة لمّا ذكر من اعيان القرن العاشر ] ٧٥٣ اشارات فى ضبط المشكلات للقاضى نجم الدين ابرهيم بن على الطرسوسى الحنفى المتوفى سنة ٧٥٨ ٧٥٤ اشارات فى علم العبارات يعنى تعبير الرؤيا فى مجلّدين لخليل بن شاهين الظاهرى المتوفى سنة رتّب على ثمانين بابًا واورد فى خطبته اسمآء الانبيآء عليهم السلام ٧٥٥ الاشارات فى العمل بربع المقنطرات رسالة لبدر الدين محمد بن محمد سبط المارديني الشافعى ثمّ علّق عليها وسمّاه ايضاح الاشارات ٧٥٦ اشارات فى التصوّف لسعد الدين مسعود

---

occurrunt, duce libro *Khatíbi*, ex quo potiora elegit et quem additamentis auxit. — [752. **Ishárát ila amákin el-ziyárát**, indicia ad loca visitationum sacrarum, auctore *Ibn-el-jauráni.* Unus, inquit, discipulorum meorum a me petiit, ut librum colligerem, in quo loca sacra Damasci et quae ibi essent sepulcra sociorum prophetae horumque discipulorum, et virorum doctorum atque Sanctorum, quae sacella benedicta et nobilia locaque insignia et eminentia, commemorarentur. Composui igitur hunc librum et incepi in eo a descriptione urbis Dimesck rerumque memorabilium in illa conspicuarum, et quae porro dicit. Nihil quidem de auctoris vita inveni; attamen post seculum nonum scripsit, quoniam nonnullos viros insignes seculi decimi commemorat]. — 753. **Ishárát fi dhabt el-mushkilát**, indicia de verborum difficilium scriptione et pronunciatione, auctore *Nejm-ed-din Ibrahim Ben Ali Tarsúsi* judice Hanefitico, mortuo anno 758 (inc. 25. Dec. 1356). — 754. **Ishárát fi ilm el-ibárát**, indicia de scientia interpretationum sc. somniorum. Duo volumina, quae *Khalíl Ben Shahín Tzahiri*, anno . . . defunctus, per octoginta capita disposuit. Commemorat in sua praefatione nomina prophetarum, quibus Deus propitius sit. — 755. **El-Ishárát**, tractatus de usu quadrantis circulorum horizonti parallelorum, auctore *Bedr-ed-din Mohammed Ben Mohammed Sibt El-Maridíni* Shafiita. Postea appendices ad illum edidit, opusque inscripsit *Idháh el-ishárát.* — 756. **Ishárát fi el-tesawwof**, compendium de Sufismo, auctore *Sa'd-ed-din Mes'ud Ben Ahmed*, mortuo

ابن احمد المتوفى سنة مختصر اوله الحمد لله الذى هدانا لهذا الخ ٧٥٧ اشارات الجامع الكبير
فى فقه الحنفيّة ويقال له اتضاح نكت الجامع الكبير ايضا لابى الفضل الكرمانى ٧٥٨ اشارات
اثير الدين مفضل بن عمر الابهرى والحاكم الشهيد ٧٥٩ الاشارة والرمز الى تحقيق الوقاية
وفتح الكنز فى الفروع للقاضى عبد البرّ بن محمد المعروف بابن الشحنة الحلبى الحنفى
المتوفى سنة ٩٢١ ٧٦٠ اشارة الى علم العبارة اى التعبير لابى عبد الله محمد بن احمد بن
عمر السالمى المتوفى سنة اوله الحمد لله خالق الارواح الخ اعتمد فيه على كتاب ابى اسحق
الكرمانى ورتّب على خمسين بابًا ٧٦١ الاشارة والاعلام ببناء الكعبة البيت الحرام للشيخ
تقى الدين احمد بن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ ٧٦٢ الاشارة المعنويّة والاسرار الحرفيّة
للامام الغزالى مختصر اوله بعد حمد الله تعالى هو اهله الخ ٧٦٣ الاشارة الوفية الى الخصائص
الاشرفيّة منظومة فى ذيل فرائد السلوك يأتى فى الفاء ٧٦٤ اشارة الى آداب الوزارة للشيخ
الامام لسان الدين محمد بن الخطيب الغرناطى المتوفى سنة [٧٧٦] اوله امّا بعد

---

anno .... Incipit verbis: Laus Deo, qui nos dirigit ad hoc etc. — 757. **Ishárát El-Jámi' El-Kebír**, indicia ad librum ***El-Jámi' El-Kebír*** de jure Hanefitarum, auctore ***Abu'lfadhl Kermáni.*** Idem liber appellatur ***Ittidháh noket El-Jámi' El-Kebír.*** — 758. **Ishárát**, indicia ***Athír-ed-dini Mofadhdhel Ben Omar Abahri*** et ***Hákimi*** martyris. — 759. **El-Isháret we El-Remz**, indicium et nutus ad accuratam cognitionem librorum ***Wicáyet*** et ***Fat'h el-kenz*** de praeceptis juris derivatis, auctore ***Abd-el-berr Ben Mohammed Halebi*** judice Hanefitico, vulgo ***Ibn-el-shehne*** nominato et mortuo anno 921 (inc. 15. Febr. 1515). — 760. **Isháret ila ilm el-ibáret**, indicium ad scientiam interpretationis sc. somniorum, auctore ***Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Omar Salimi***, mortuo anno .... Incipit ita: Laus Deo spirituum creatori etc. Ille librum ***Abu Is'hacki Kermáni*** in usum vocavit, opusque per quinquaginta capita disposuit. — 761. **El-Isháret we El-Ilám**, indicium et institutio de condita Ka'ba delubro Meccae sancto, auctore Sheikh ***Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi***, mortuo anno 845 (inc. 22. Mai. 1441). — 762. **El-Isháret El-Ma'newíyet**, indicium solo sensu nixum et mysteria literarum, auctore Imam ***Ghazáli.*** Compendium quod ita incipit: Post laudem Dei excelsi qua ille dignus est etc. — 763. **El-Isháret El-Wefiyet**, indicium integrum de virtutibus peculiaribus ***Eshrefi.*** Continuatur in hoc poëmate liber ***Feráïdh el-solúk***, de quo vide in litera ***Fá.*** — 764. **Isháret ila adáb El-Wizáret**, indicium ad institutiones Wesiratus. Sheikh Imam ***Lisán-ed-din Mohammed Ben-elkhatib Gharnáti***, qui anno [776 (inc. 12. Jun.

حمد الله الذى جلّ ملكه ان يوازره الوزير الخ صنّفه لبعض الوزرآء ٧٦٥ اشارة فى الفروع للشيخ الامام ابى الفتح السليم بن ايوب الرازى الشافعى المتوفى سنة ٤٤٧ شرحه نصر بن ابرهيم المقدسى الشافعى المتوفى سنة ٤٩٠ ٧٦٦ اشارة فى تسهيل العبارة لابى الحسن شيث ابن ابرهيم القبادى المتوفى سنة ٥٩٩ ٧٦٧ اشارة فى غريب القران لابى بكر محمد بن الحسن المعروف بالنقاش الموصلى المتوفى سنة ٣٥١ ٧٦٨ اشارة فى النحو للشيخ ابى البقآء عبد الله ابن الحسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ وللشيخ تاج الدين عمر بن العلى الفاكهى المتوفى سنة ٧٣١ ٧٦٩ اشارة الى علم المنطق للشيخ الرئيس ابى على الحسين بن عبد الله الشهير بابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ وله اشارة فى اثبات النبوّة ايضا ٧٧٠ اشارة فى اخبار الشعرآء [فى المائة السابعة] لابى احمد عبيد الله بن عبد الله بن طاهر المتوفى سنة ٧٧١ الاشارة الى سيرة المصطفى وتأريخ من بعده من الخلفآء للشيخ علآء الدين مغلطاى بن قليج المصرى المتوفى

---

1374)] obiit, hunc librum in Vesiri cujusdam commodum scripsit. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo, cujus imperium sublimius est, quam ut illud pro eo Wesirus administret etc. — 765. Isháret, de praeceptis juris derivatis, auctore Sheikh Imam *Abu'lfat'h Selím Ben Eyub Rázi* Shafiita, mortuo anno 447 (inc. 2. Apr. 1055). Hunc librum commentatus est *Nasr Ben Ibrahim Mocaddesi* Shafiita, qui anno 490 (inc. 19. Dec. 1096) obiit. — 766. Isháret fi tes'híl el-ibáret, indicium de sublevanda interpretatione sc. somniorum, auctore *Abu'lhasan Sheith Ben Ibrahim Cobádi*, mortuo anno 599 (inc. 20. Sept. 1202). — 767. Isháret, de raris et obscuris dictionibus Corani, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-el-hasan Mausili*, vulgo *Neccásh* appellato et anno 351 (inc. 9. Febr. 962) mortuo. — 768. Isháret. Dederunt hunc titulum scriptis suis grammaticis Sheikh *Abu'lbeckà Abdallah Ben-el-hosein Akberi*, qui anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) obiit, et Sheikh *Táj-ed-din Omar Ben-elali Fákihi*, qui anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) decessit. — 769. Isháret ila ilm el-mantac, indicium ad scientiam logicae, auctore Sheikh *Reyís Abu Ali Hosein Ben Abdallah* vulgo *Ibn Sina* appellato et anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) defuncto. Idem scripsit „Indicium *(Isháret)*" de confirmatione prophetiae. — 770. Isháret, biographiae poëtarum (seculi septimi), auctore *Abu Ahmed Obeidallah Ben Abdallah Ben Táhir*, mortuo anno . . . . — 771. Isháret ila siret El-Mustafa, biographia prophetae electissimi (*Mohammed*) et historia Khalifarum ei succedentium. Compendium, quod Sheikh *Alá-ed-din Maghletái Ben Ckilij Misri*, qui

سنة ٧٦٢ وهو مختصر اوله بعد حمد الله القهّار الخ لخّصه من سيرة الكبير المسمّى بزهر الباسم ٧٧٢ اشارة الى القرآآت العشرة للشيخ ابى نصر منصور بن احمد العراقى المتوفى سنة [كان من مشائخ القرن الرابع] ٧٧٣ اشارة فى قصص الانبيآء يأتى فى القاف ٧٧٤ الاشباه والنظائر فى الفروع للفقيه الفاضل زين العابدين بن ابرهيم المعروف بابن نجيم المصرى الحنفى المتوفى بها سنة ٩٧٠ وهو مختصر مشهور اوله الحمد لله على ما انعم الخ ذكر فيه كتاب التاج السبكى للشافعيّة وانّه لم ير للحنفيّة مثله وانّه لمّا وصل فى شرح الكنز الى البيع الفاسد الّف مختصرًا فى الضوابط والاستثناآت منها وسمّاه بالفوائد الزينيّة وصل الى خمسمائة ضابط فاراد ان يجعل كتابًا على النمط السابق مشتملًا على سبعة فنون يكون هذا المؤلّف النوع الثانى منها الاوّل معرفة القواعد وهى اصول الفقه فى الحقيقة وبها يرتقى الفقيه الى درجة الاجتهاد ولو فى الفتوى الثانى فى الضوابط قال وهو انفع الاقسام للمدرّس والمفتى والقاضى الثالث فى

---

anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) obiit, e biographia magna, *El-Zahr El-Básim* inscripta, excerpsit. Incipit ita: Post laudationem Dei victoriosissimi etc. — 772. **Isháret**, indicium ad decem recensiones Corani, auctore Sheikh *Abu Nasr Mansur Ben Ahmed Irácki*, mortuo anno .... [Floruit inter doctores seculi quarti]. — 773. **Isháret fi ckisas el-anbiyá**, indicium de historiis prophetarum. Videatur litera *Cáf*. — 774. **El-Ashbáh we El-Netzáïr**, de iis, quae in juris partibus specialibus inter se similia sunt sibique respondent, auctore *Zein-el-abidín Ben Ibrahim Misri* Jurisconsulto Hanefitico bene merito, *Ibn Nejím* cognominato et Misrae anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuo. Compendium notissimum, quod ita incipit: Laus Deo pro beneficiis quae contulit etc. Commemorat auctor in eo librum *Táj-ed-dini Sobki* Shafiitis scriptum, monetque Hanefitas simili opere adhuc carere, seque cum in explicando libro *Kenz* ad caput de emtione et venditione vitiosa perrexisset, compendium composuisse de regulis et earum exceptionibus, illudque inscripsisse *El-Fewáïd El-Zeiníyet*. Ad regulam progressus erat quingentesimam, propterea librum componere constituit secundum methodum praecedentem, qui septem scientiae genera comprehenderet, quorum partem secundam hoc opus efficeret, ita: **Primum genus** de cognitione fundamentorum i. e. de principiis juris proprie dictis. Hac cognitione juris peritus ad gradum *Ijtihád* vel in responsis juris dandis evehitur — **secundum** de regulis, quod ut ipse monet partem professori, Mufti et judici utilissimam constituit — **tertium** de

الجمع والفرق ولم يتمّ هذا الفنّ فاتمّه اخوه الشيخ عمر الرابع فنّ الالغاز الخامس فنّ الحيل السادس الاشباه والنظائر وهو فنّ الاحكام السابع ما حكى عن الامام الاعظم وصاحبيه والمشائخ وهو فنّ الحكايات وفرغ من تأليفه فى جمادى الآخر سنة ٩٦٩ وكانت مدّة تأليفه ستة اشهر مع تخلل ايّام توعّك الجسد وهو آخر تأليفه وعليه تعليقات احسنها واوجزها تعليقة الشيخ العلّامة على بن غانم الخزرجى المقدسى المتوفى سنة ١٠٣٦ وتعليقة المولى محمد بن محمد الشهير بچوى زاده المتوفى سنة ٩٩٥ والمولى على بن امر الله الشهير بقنالى زاده المتوفى سنة ٩٩٧ والمولى عبد الحليم بن محمد الشهير باخى زاده المتوفى سنة ١٠١٣ والمولى مصطفى الشهير بابى الميامن المتوفى سنة ١٠١٥ والمولى مصطفى بن محمد الشهير بعزمى زاده المتوفى سنة ١٠٤٠ وهذه لا توجد الّا فى هوامش نسخ الاشباه سوى تعليقة الشيخ على المقدسى ومنها تعليقة المولى محمد بن محمد الحسينى الشهير بزيرك زاده اولها الحمد لله الذى اطلع على الضمائر الخ انتهى

---

conjunctione et separatione. Hoc genus non perfecit, propterea illud Sheikh *Omar* frater ejus ad finem perduxit — quartum de casibus juris aenigmaticis — quintum de fallaciis — sextum de iis quae in jure inter se similia et analoga sunt, quod genus est judiciorum — septimum de iis, quae utpote ab Imam magno *(Abu Hanífa)* ejusque discipulis proficiscentia narrantur, atque hoc est genus narrationum. Perfecit hoc opus Jomádzi secundo anni 969 (inc. 11. Sept. 1561), postquam sex menses exceptis diebus ubi corpus ejus febre corripiebatur, in eo elaborando consumsit. Hic librorum quos scripsit ultimus fuit. Plures ad illum appendices composuerunt, quarum pulcherrima et brevissima Sheikh eruditissimum *Ali Ben Ghánim Khazreji Mocaddesi*, qui anno 1036 (inc. 12. Sept. 1626) obiit, auctorem habet — deinde Molla *Mohammed Ben Mohammed*, *Jiwizadeh* cognominatus et anno 995 (inc. 2. Dec. 1586) mortuus — Molla *Ali Ben Amrallah*, vulgo *Canálizadeh* dictus et anno 997 (inc. 10. Nov. 1588) defunctus — Molla *Abd-el-helím Ben Mohammed*, vulgo *Akhizadeh* nominatus et anno 1013 (inc. 20. Mai. 1604) defunctus — Molla *Mustafa*, vulgo *Abu'lmeyámin* appellatus et anno 1015 (inc. 29. Apr. 1606) defunctus — Molla *Mustafa Ben Mohammed*, vulgo *Azmizadeh* dictus et anno 1040 (inc. 31. Jul. 1630) defunctus. Omnes hae appendices praeter eam, quam Sheikh *Ali Mocaddesi* edidit, tantum in marginibus exemplarium operis *El-Ashbáh* inveniuntur. — Porro appendices ediderunt Molla *Mohammed Ben Mohammed Hoseini*, *Zirekzadeh* cognominatus. Incipit ita: Laus Deo qui arcana mentis videt etc., attamen ultra mediam partem libri

فيه الى اواسط كتاب القضآء سنة الف ولم يتمّ وتعليقة شرف الدين عبد القادر بن بركات الغزى اوّلها الحمد لله الذى اهّل الفضلآء لادراك المعانى الخ ذكر فيه ما اغفله من الاستثنآءات والقبود والمهمّات ووصل الى اخر الفنّ السادس فى شوال سنة ١٠٠٥ وتعليقة الشيخ صالح [بن] محمد بن محمد التمرطاشى ولد تلميذ المصنّف وهى حاشية تامّة سمّاها بزواعر الجواهر للنظائر اولها الحمد لله الذى ارسل وابل غمام المعارف على ارض قلوب كمل الرجال الخ وفرغ من التعليق فى شعبان سنة ١٠١٤ والمولى مصطفى بن خير الدين المعروف بجلب مصلح الدين المتوفى سنة شرح ممزوج على الفنّ الثانى مسمّى بتنوير الاذعان والضمائر اوله الحمد لله الذى تقدّست ذاته عن الاشباه والنظائر الخ قرظ له الموالى فاتحفه الى السلطان احمد وله ترتيب الاشباه على ابواب الفنّ الثانى وهو ترتيب الكنز كما صرّح به ابن نجيم واسم هذا المرتّب عقد النظيم وممن رتّب الاشباه ايضا مولانا محمد المعروف بالصوفى المتوفى سنة جعله على قسمين فى الاصول والوسائل وقسم فى الفروع والمسائل وسمّاه هادى الشريعة اوله الحمد

---

de munere judicis anno millesimo (inc. 9. Oct. 1591) non progressus est opusque suum imperfectum reliquit — ***Sheref-ed-din Abd-el-cádir Ben Berakát Ghazzi.*** Incipit ita: Laus Deo qui viros bene meritos idoneos reddit qui notiones concipiant etc. Affert hic exceptiones, restrictiones et difficultates, quas ille neglexerat, et mense Shewwál anni 1005 (inc. 15. Aug. 1006) ad finem generis sexti processerat — Sheikh ***Sálih*** [***Ben***] ***Mohammed Ben Mohammed Temartáshi***, filius unius discipulorum auctoris, cujus glossae totum opus complectuntur. Inscriptae sunt ***Zewáhir el-jewáhir lil-netzáïr***, et incipiunt sic: Laus Deo qui imbrem nubium cognitionum supra terram cordium virorum perfectorum libere dimittit etc. Perfecit appendicem mense Shabán anni 1014 (inc. 9. Mai. 1605) — Molla ***Mustafa Ben Kheir-ed-din***, vulgo ***Jeleb Moslih-ed-din*** nominatus et anno . . . mortuus, ad genus secundum commentarium textu admixto composuit inscriptum ***Tenwír el-adzhán we el-dhemáïr.*** Incipit ita: Laus Deo cujus essentia sanctior est quam ut sui similes sibique respondentes habeat etc. Mollae eum collaudarunt, quare librum suum Sultano ***Ahmed*** obtulit. Idem opus ***Ashbáh*** secundum capita generis secundi disposuit, et haec dispositio eadem est quae libri ***Kenz***, ut id ***Ibn Nejím*** diserte dicit, eique nomen dedit ***Icd el-netzím.*** — ***El-Ashbáh*** porro in ordinem digesserunt Molla noster ***Mohammed***, ***Sufi*** cognominatus et anno . . . mortuus, qui opus in duas partes divisit, quarum altera principia et ea quibus ad ulteriora pervenitur, altera propositiones juris derivatas et quaestiones tractat, illudque inscripsit:

لله على انارة عوالم قلوبنا الخ والشيخ محمد الشهير بخويش خليل الرومى القلبنكى ذكر فيه انّه كان فى خدمة شيخ الاسلام چوى زاده وبستان زاده منذ ثلثين سنة فرتّب غير الفنّ الاول والفنّ الثالث بنآء على انّهما غير قابلين للترتيب وفرغ سنة الف اوله الحمد لله على انارة عوالم قلوبنا بانوار شموس الايمان الخ والمولى الفاضل عبد العزيز الشهير بقره چلبى زاده

٧٧٥ الاشباه والنظائر فى الفروع ايضا للشيخ صدر الدين محمد بن عمر المعروف بابن الوكيل الشافعى المتوفى سنة ٧١٦ قيل هو من احسن الكتب فيه الّا انّه لم ينقح ولم يحرّر كذا ذكره السبكى وللشيخ جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوى الشافعى المتوفى سنة ٧٧٢ وفيه اوهام كثيرة على قول السبكى لانّه مات عن مسوّدة وهو صغير فى نحو خمس كراريس مرتّب على الابواب وله كتابان فى قسمين من انواع الاشباه وهما التمهيد والكوكب الدرّى وهذان القسمان ممّا ضمنه كتاب القاضى السبكى والشيخ صلاح الدين خليل ابن كيكلدى العلائى الشافعى المتوفى سنة ٧٦١ وللشيخ تاج الدين عبد

---

*Hádi el-sheríet.* Incipit ita: Laus Deo pro illustratione mundorum cordium nostrorum etc. — tum Sheikh *Mohammed Calabenki*, vulgo *Khísh Khalíl El-Rumi* appellatus. Monet in libro suo, se *Sheikho-el-islám Jiwizadeh* et *Bustánzadeh* abhinc annos triginta a manu fuisse. Totum librum ordinavit praeter genera primum et tertium quippe quae dispositionem non admittant, et ad finem pervenit anno millesimo (inc. 9. Oct. 1591). Incipit ita: Laus Deo, quod mundos cordium nostrorum luminibus solis fidei illustravit etc. — et denique Molla bene meritus *Abd-el-azíz* vulgo *Carah Jelebizádeh* appellatus. — 775. **El-Ashbáh we El-Netzáïr**, liber ejusdem argumenti, auctore Sheikh *Sadr-ed-din Mohammed Ben Omar* Shafiita, *Ibn-elwekíl* cognominato et anno 716 (inc. 26. Mart. 1316) mortuo. Numeratur ille a nonnullis in optimis hujus generis libris, nisi quod, ut *Sobki* monet, ultima lima et correctione caret. De eadem re scripserunt Sheikh *Jemál-ed-din Abd-el-rehím Ben Hasan Esnewi* Shafiita, qui anno 772 (inc. 26. Jul. 1370) obiit. Multi tamen huic libro insunt errores, ut quidem *Sobki* judicat, quoniam auctor mortuus est, antequam illum nitidius exscriberet. Parvus est tractatus e quinque *Kerarís* (centum foliis) constans et in capita divisus. Idem duorum librorum *Temhíd* et *Kaukab Dirri* de duabus partibus ex generibus eorum, quae inter se similia sunt, est auctor, et hae duae partes sectionem constituunt libri Judicis *Sobki* et Sheikhi *Saláh-ed-din Khalíl Ben Keikledi Aláí* Shafiitae, anno 761 (inc. 23. Nov. 1359) defuncti — deinde Sheikh

الوهّاب بن علي السبكي الشافعي المتوفى سنة ٧٧١ وهو احسن من الجميع كما ذكره ابن نجيم وللشيخ سراج الدين عمر بن علي الشافعي المتوفى سنة ٨٠٤ التقطه من كتاب التاج السبكي خفيّة وللشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي الشافعي المتوفى سنة ٩١١ قال في اشباهه النحويّة واوّل من فتح هذا الباب شيخ الاسلام ابن عبد السلام في قواعده الكبرى فتبعه الزركشي في القواعد وابن الوكيل في اشباهه وقد قصد السبكي بكتابه تحرير كتاب ابن الوكيل باشارة والده له في ذلك كما ذكره في خطبته وجمع اقسام الفقه وانواعه ولم يجتمع في كتاب سواه والّف السراج ابن الملقن مرتّبا على الابواب والّفت مرتّبا على اسلوب آخر انتهى ٧٧٦ الاشباه والنظائر في النحو للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المذكور آنفا وهو مجلّد كبير اوله سبحان الله المنزّه عن الاشباه والنظائر الخ رتّب على سبعة فنون كلّ قسم مؤلّف مستقلّ له خطبة واسم ومجموعه هو الاشباه والنظائر وهي

---

***Táj-ed-din Abd-el-wehháb Ben Ali Sobki*** **Shafiita, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus, cujus liber, ut quidem *Ibn Nejím* monet, omnium de hac materia pulcherrimus est — porro Sheikh *Siráj-ed-din Omar Ben Ali* Shafiita, anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus, qui suum librum clam ex opere *Táj-ed-din*i *Sobki* collegit — et Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti* Shafiita, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus. Narrat hic in opere *Ashbáh Nahwíyet:* „Primus qui in hunc campum prodiit fuit Sheikh-el-islám *Ibn Abd-el-selám* in libro *El-Cawáïd El-Kubra*, eumque secutus est *Zerkeshi* in libro *El-Cawáïd* et *Ibn-el-wekíl* in suo *Ashbáh. Sobki* vero, a patre suo ad rem gerendam excitatus in libro suo id egit, ut librum *Ibn-wekíl*i elimaret, ut in praefatione sua ipse indicat. Collegit partes jurisprudentiae ejusque species, neque in ullo praeterea libro illae conjunctae leguntur; et *Siráj-ed-din Ibn-el-molckin* scripsit quidem materiem per capita disponens, ego tamen aliam viam in componendo secutus sum.“ — Haec ille. — 776. El-Ashbáh we El-Netzáïr, volumen magnum de iis quae in grammatica inter se similia et analoga sunt, a Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti* modo laudato conscriptum. Incipit ita: Laus Deo qui nullum sui similem sibique respondentem habet etc., et dispositum est in septem classes. Singulae partes opus integrum efficiunt praefatione et nomine singulari donatum, et corpus totum librum hunc *Ashbáh we Netzáïr* constituit. Partes inscriptae sunt ita — prima:**

١ المصاعد العلية فى القواعد النحوية ٢ تدريب اولى الطلب فى ضوابط كلام العرب ٣ سلسلة الذهب فى البناء من كلام العرب ٤ اللمع والبرق فى الجمع والفرق ٥ الطراز فى الالغاز ٦ المناظرات والمطارحات ٧ التبر الذائب فى الافراد والغرائب ٧٧٧ الاشتراك اللغوى والاستنباط المعنوى للشيخ محمد بن عبد الله المعروف بابن ظفر المكى المتوفى سنة ٥٦٨

### ٧٧٨ علم الاشتقاق

وهو علم باحث عن كيفية خروج الكلم بعضها عن بعض بسبب مناسبة بين المخرج والخارج بالاصالة والفرعية باعتبار جوهرها والقيد الاخير يخرج الصرف اذ يبحث فيه ايضا عن الاصالة والفرعية بين الكلم لكن لا بحسب الجوهرية بل بحسب الهيئة مثلا يبحث فى الاشتقاق عن مناسبة نهق ونعق بحسب المادة وفى الصرف عن مناسبة بحسب الهيئة فامتاز احدهما عن الآخر واندفع توهم الاتحاد وموضوعه المفردات من الحيثية المذكورة

---

*El-Mesáïd El-Aliyet* de fundamentis grammaticis — secunda: *Tedríb uli el-teleb* de praeceptis dictionis Arabicae — tertia: *Silsilet el-dzeheb* de constructione sermonis Arabici — quarta: *El-Lamo we El-Berc* de conjunctione et disjunctione — quinta: *Tiráz* de dictionibus aenigmaticis — sexta: *El-Munátzirát we El-Mutárihát* — septima: *El-Tibr El-Dzáïb* de verbis singulis et dictionibus peregrinis. — 777. El-Ishtirák El-Loghewi we El-Istinbát El-Ma'newi de epicoenis verbalibus et de eliciendo sensu, auctore Sheikh *Mohammed Ben Abd-allah Mekki*, *Ibn Tzafer* cognominato et anno 568 (inc. 23. Aug. 1172) defuncto.

### 778. Ilm el-ishticác. Doctrina etymologiae.

Haec est ea doctrina, quae in rationem inquirit, qua voces aliae ab aliis derivantur propter convenientiam quae inter verbum primitivum et derivatum ipsum exstat tam per notionem primariam quam per secundariam ratione habita earum essentiae. Restrictio posterior excludit verborum flexionem (*Sarf*), quoniam haec quoque de notione dictionum primaria et secundaria agit, neque tamen essentiam spectat sed potius formam. Sic verbi causa in etymologia quaeritur de convenientia verborum *Naa'ca* et *Nahaca* respectu eorum materiae, in flexione vero de convenientia respectu eorum formae, ita ut illa ab hac diversa sit et opinio utramque unam eandemque esse doctrinam convellatur. Objectum hujus doctrinae sunt voces singulae, quatenus modalitatem spectas modo commemoratam. Ejus principia multiplicia sunt, ut leges,

ومباديه كثيرة منها قواعد مخارج الحروف ومسائله القواعد التى يعرف منها انّ الاصالة والفرعيّة بين المفردات باىّ طريق تكون وباىّ وجه تعلم ودلائله مستنبطة من قواعد علم المخارج وتتبّع مفردات الفاظ العرب واستعمالاتها والغرض منه تحصيل ملكة يعرف بها الانتساب على وجه الصواب وغايته الاحتراز عن الخلل فى الانتساب واعلم انّ مدلول الجواهر بخصوصها يعرف من اللغة وانتساب البعض الى البعض على وجه كلّىّ ان كان فى الجوهر فالاشتقاق وان كان فى الهيئة فالصرف فظهر الفرق بين العلوم الثلثة وانّ الاشتقاق واسطة بينهما ولهذا استحسنوا تقديمه على الصرف وتأخيره عن اللغة فى التعليم ثمّ انّ كثيرًا ما يذكر فى كتب التصريف وقلّما يدوّن مفردًا عنه امّا لقلّة قواعده او لاشتراكهما فى المبادى حتّى انّ هذا من جملة البواعث على اتّحادهما والاتّحاد فى التدوين لا يستلزم الاتّحاد فى نفس الامر قال صاحب الفوائد الخاقانيّة اعلم انّ الاشتقاق يؤخذ تارة باعتبار العلم وتارة باعتبار العمل. وتحقيقه انّ

---

quibus organa pronunciationis literarum adstricta sunt, et illa doctrina de legibus quaerit, quibus cognoscitur, qualem rationem inter se habeant voces simplices ratione habita significationis primitivae et derivatae, et qua ratione demum haec perspiciatur. Argumenta ejus repetita sunt ex regulis doctrinae organorum, ex pertractatione singulorum verborum linguae arabicae eorumque usu vario. Quod autem hac doctrina intendimus, acquisitio est facultatis, qua genealogia justo modo cognoscitur. Finis denique eo constat, quod ejus ope contra vitia in genealogia munimur. Scias porro ea quae proprie essentiis verborum specialium significantur, cognosci e lexicologia, et relationes verborum mutuae in universum si in essentia latent, cernuntur in etymologia, si in forma, cernuntur in flexione grammaticali; unde discrimen inter illas tres doctrinas patet, neminemque fugit, etymologiam intercedens esse inter has duas vinculum. Hanc ob causam nonnullis visum est, eam ante flexionem et post lexicologiam docendam esse. Nihilominus ea non semper in libris de flexione grammaticali commemoratur, et raro fit, ut separata ab illa in doctrinae formam redigatur aut ob paucitatem regularum ejus aut ob communia quae iis suppetunt principia, ita ut haec res una causarum sit eas in unam doctrinam conjungendi; ex qua conjunctione tamen in scriptione nullo modo earum conjunctio in re ipsa consequitur. Auctor libri *El-Fewâïd El-Khacaniyet* monet porro, nomen etymologiae adhiberi modo ita ut theoriam modo ut praxin significet, quod clarius patebit ex sequentibus. *Dhârib* (verberans) enim v. c. respondet voci *Dharb* (verberatio) tam ad literas

الضارب مثلا يوافق الضرب فى الحروف الاصول والمعنى بنآء على انّ الواضع عيّن بازآء المعنى حروفا وفرّع منها الفاظًا كثيرة بازآء المعانى المتفرّعة على ما يقتضيه رعاية بالتناسب فالاشتقاق هو هذا التفريع والأخذ فتحديده بحسب العلم بهذا التفريع الصادر عن الواضع هو ان تجد بين اللفظين تناسبًا فى المعنى والتركيب فتعرف ردّ احدهما الى الآخر واخذه منه وان اعتبرناه من حيث احتياج احد الى علمه عرّفناه باعتبار العمل فنقول هو ان تأخذ من اصل فرعًا يوافقه فى الحروف الاصول وتجعله دالّا على معنى يوافق معناه انتهى والحقّ انّ اعتبار العمل زائد غير محتاج اليه وانّما المطلوب العلم باشتقاق الموضوعات اذ الوضع قد حصل وانقضى على انّ المشتقّات مرويّات عن اهل اللسان ولعلّ ذلك الاعتبار لتوجيه التعريف المنقول عن بعض المحقّقين ثمّ انّ المعتبر فيهما الموافقة فى الحروف الاصليّة ولو تقديرًا اذ الحروف الزائدة فى الاستفعال والافتعال لا تمنع وفى المعنى ايضا امّا بزيادة او نقصان فلو اتّحدتا فى الاصول وترتيبها كضرب من الضرب فالاشتقاق صغير ولو توافقا فى الحروف دون الترتيب كجبذ من الجذب فهو

---

radicales quam ad sensum, ita ut ponatur, verborum auctorem ad sensum obversantem exprimendum elegisse literas et hinc voces plures deduxisse ad varias notiones exprimendas, prout id observatio relationis mutuae postulat. Etymologia igitur consistit in illa derivatione et electione, ita ut ejus definitio ratione habita scientiae hujus derivationis a primo auctore proficiscentis eo constet, quod inter duas voces relationem invenias tam in sensu quam in compositione, ita ut transitio unius in alteram et relatio tibi cognita sit. Quodsi etymologiam consideramus, quatenus vir doctus ejus scientia eget, eam definimus ratione habita praxeos. Illam igitur eo consistere statuimus, quod e voce primitiva derivata deducatur, quae cum illa in literis radicalibus conveniat, et significatio ei tribuatur, quae significationi vocis primitivae respondeat. — Hucusque ille. — Verum autem est, quaestionem de praxi superfluam neque necessariam esse, nihil enim aliud quaerimus nisi scientiam etymologiae verborum inventorum, cum inventio jam facta et absoluta sit, quatenus verba derivata ex auctoritate lexicographorum petenda sint; et fortasse illa consideratio non nisi proposita est ad comprobandam definitionem, cujus nonnulli vere docti viri auctores exstiterunt. Etymologia minor autem ea dicitur, si in duabus vocibus convenientia tam in literis radicalibus spectatur licet tantum virtualiter, quandoquidem literae serviles in forma verbi decima (*istifál*) et octava (*iftiál*) non impediunt, quominus forma primitiva ex iis eruatur, quam in significatione aut forma augenda aut decurtanda, licet literae radicales et earum dispositio eaedem sint, ut id cadit in verbum *dharaba* a nomine

كبير ولو توافقا فى اكثر الحروف مع التناسب فى الباقى كنعق من النهق فهو اكبر وقال الامام الرازى الاشتقاق اصغر واكبر فالاصغر كاشتقاق صيغ الماضى والمضارع واسم الفاعل والمفعول وغير ذلك من المصدر والاكبر هو تقلّب اللفظ المركّب من الحروف على انقلاباته المحتملة مثلا اللفظ المركّب من ثلثة احرف يقبل ستة انقلابات لانّه يمكن جعل كلّ واحد من الحروف الثلثة اول هذا اللفظ وعلى كلّ من هذه الاحتمالات الثلثة يمكن وقوع الحرفين الباقيين على وجهين مثلا اللفظ المركّب من ك ل م يقبل ستة انقلابات كلم كمل ملك لكم لمك مكل واللفظ المركّب من اربعة احرف يقبل اربعة وعشرين انقلابًا وذلك لانّه يمكن جعل كلّ واحد من الاربعة ابتداء تلك الكلمة وعلى كلّ من هذه التقديرات الاربعة يمكن وقوع الاحرف الثلثة الباقية على ستة اوجه كما مرّ والحاصل من ضرب الستة فى الاربعة اربعة وعشرون وعلى هذا القياس المركّب من الحروف الخمسة والمراد من الاشتقاق الواقع فى قولهم هذا اللفظ مشتقّ من ذلك اللفظ هو الاشتقاق الاصغر غالبًا والتفصيل فى مباحث الاشتقاق من الكتب القديمة فى الاصول

---

actionis *dharb*. Quodsi haec convenientia tantum in literis, nulla earum dispositionis ratione habita, constat, ut in verbo *jabadsa* derivato a *jadsb*, haec est etymologia major. Si denique duae voces conveniunt in pluribus literis, ita ut simul relatio mutua in ceteris constet, ut in voce *naa'ca* derivata a *nahaca*, haec etymologia dicitur maxima. — Ut Imam *Râzi* judicat, etymologia est duplex, minor et major. Illa spectatur v. c. in derivatione perfecti et futuri, participii activi et passivi et formarum aliarum, quae a nomine actionis derivantur; haec vero constat in tot inversionibus vocis ex literis compositae quot vox suscipiat, ut vox ex tribus literis composita sex inversionum capax est, quoniam singulae hae tres literae in initio vocis poni, et prout illa triplex positio admittitur, duae reliquae literae duobus modis collocari possunt. Sumas vocem e literis *Kef*, *Lam* et *Mim* constantem, hinc sex inversiones procedunt: *kalama*, *kamala*, *malaka*, *lakama*, *lamaka* et *makala*. Vox vero quadrilitera viginti quatuor inversiones suscipit. Quoniam enim a singulis quatuor literis haec vox incipere potest, tres reliquae literae, quamcunque harum quatuor inversionum possibilium adhibeas, sex rationibus, ut modo demonstratum est, inflecti possunt. Productum vero numeri sex per quatuor multiplicati efficit viginti quatuor. Eandem progressionem voces e quinque literis compositae sequuntur. Etymologia vero, quae indicatur dicto vulgari „Haec vox ab illa derivata est“ est plerumque minor. — Expositio copiosior quaestionum etymologicarum petenda est ex libris antiquis de principiis.

٧٧٩ اشتقاق الاسمآء لابى نصر احمد بن خاتم الباهلى المتوفى سنة ٢٢٠ ولابى الوليد عبد الملك بن قطر المهروى المتوفى سنة ٢٥٦ ٧٨٠ اشتقاق اسمآء المواضع والبلدان لحجة الافاضل على بن محمد الخوارزمى المتوفى سنة ٥٦٠ ٧٨١ الاشجار والاثمار فى الاحكام فارسى لعليشاه محمد بن قاسم الخوارزمى المعروف بالعلآء البخارى المنجم الّفه لشمس الدين خواجه محمد اوله حمد وثنآء آفريد كارى را الخ ٧٨٢ اشراف النفس على الحضرات الخمس للشيخ تاج الدين على بن محمد ابن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٣ ٧٨٣ اشراف على مذاهب الاشراف لابى بكر محمد بن ابرهيم المعروف بابن منذر النيسابورى الشافعى المتوفى سنة [٣١٨] وفى المذاهب الاربعة للوزير ابى المظفر يحيى بن محمد المعروف بابن هبيرة [صاحب التصانيف المتوفى سنة ٥٦٠] ٧٨٤ اشراف على معرفة الاطراف مجلّدين للامام الحافظ ابى القاسم على بن الحسن المعروف بابن عساكر الدمشقى المتوفى سنة ٥٧١ اوّله الحمد لله الهادى الى

---

779. **Ishticác el-asmá**, etymologia nominum, auctoribus ***Abu Nasr Ahmed Ben Khátim Báhili***, mortuo anno 220 (inc. 5. Dec. 835) et ***Abu'lwelid Abd-el-melek Ben Catr Mihrewi***, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) defuncto. — 780. **Ishticác asmá el-mewádhi' we el-boldán**, etymologia nominum locorum et urbium, auctore ***Hojjet-elafádhil Ali Ben Mohammed Khowarezmi***, mortuo anno 560 (inc. 18. Nov. 1164). — 781. **El-Ashjár we El-Athmár**, arbores et fructus de astrologia judiciaria. Opus persicum quod ***Alishah Mohammed Ben Cásim Khowarezmi*** Astronomus, vulgo ***Alá-ed-din Bokhári*** dictus, ***Shems-ed-dino Khoja Mohammed*** composuit. Incipit ita: Laus et gloria creatori etc. — 782. **Ishráf el-nefs**, prospectus animae in praesentias quinque, auctore Sheikh ***Táj-ed-din Ali Ben Mohammed Ibn-eldoreihim Mausili***, mortuo anno 763 (inc. 31. Oct. 1361). — 783. **Ishráf ala medzáhib el-ashráf**, prospectus in disciplinas Sheriforum (nobilium), auctore ***Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Nisaburi*** Shafiita, vulgo ***Ibn Mondzir*** dicto et anno [318 (inc. 3. Febr. 930)] mortuo. Simile opus de sectis quatuor orthodoxis edidit Wezír ***Abu'lmotzaffer Yahya Ben Mohammed***, vulgo ***Ibn Hobeira*** cognominatus [auctor multorum scriptorum, qui anno 560 (inc. 18. Nov. 1164) obiit]. — 784. **Ishráf ala ma'rifet el-atráf**, prospectus in cognitionem verborum in fine positorum. Index traditionum duobus voluminibus constans, auctore Imam Hafitz ***Abu'lcásim Ali Ben-elhasan Dimeshcki***, vulgo ***Ibn Asákir*** dicto et anno 571 (inc. 22. Jul. 1175) mortuo. Incipit ita: Laus Deo qui ad rectam viam dirigit etc. Monet ille se verba

الرشاد الخ ذكر فيه انّه جمع اطراف سنن ابى داود وجامع الترمذى والنسائى واسانيدها ورتّب على حروف المعجم ثمّ وصل الى اطراف الستّة للمقدسى وقد اضاف اليها سنن ابن ماجه فاختبر وسبر الى ان ظهر له فيه امارات النقص فاضاف الى كتابه اطراف سنن ابن ماجه خشية من نقصه عنه وترك اطراف الصحيحين لتمام ما صنّف فيها والاشراف على اطراف الكتب ايضا لسراج الدين عمر بن على ابن الملقن الشافعى المتوفى سنة ٨٠٤ واطراف الاشراف للشيخ جلال الدين السيوطى ذكره فى فهرسه ٧٨٥ اشراف على غوامض الحكومات لابى سعيد الهروى

٧٨٦ اشراف لشمس الدين ابن الزكى الحلبى المقرى ٧٨٧ اشرافات الاصول فى احاديث الرسول مختصر فى اصول الحديث لجلال بن محمد القاينى ٧٨٨ اشراق التواريخ للمولى قره يعقوب بن ادريس القرمانى المتوفى سنة ٨٣٣ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى هدانا لهذا الخ بدأ من اوّل الخلق فذكر الانبياء ثمّ كبار الصحابة والتابعين والائمّة وختم بذكر الغزالى فى

---

in fine traditionum posita (*atráf*) ex opere *Sonen Ibn Dawud*is, e *Jami'* traditionariorum *Tirmidzi* et *Nesáï* eorumque testimonia traditionalia collegisse et illa alphabetice disposuisse. Se postea indices deprehendisse sex librorum traditionum canonicorum a *Mocaddesi* conscriptos, quibus hic traditiones Imami *Ibn Majeh* addiderit. Se autem illos explorasse et examinasse donec sibi nonnulla deficere inclaruerit. Qua de causa se indicibus traditiones Imami *Ibn Majeh* adjunxisse, veritum ne in libro suo frustra quaererentur, traditiones vero in duobus *Sahih* obvias, quoniam haec materia alias perfecte tractata sit, se in illis non consignasse. Indices alios librorum traditionalium *El-Ishráf ala atráf el-kotob* inscriptos composuit *Siráj-ed-din Omar Ben Ali Ibn-elmolckin* Shafiita, qui anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) obiit, et opus *Atráf El-Ishráf* edidit Sheikh *Jelál-ed-din Soyuti*, qui de illo in catalogo librorum suorum mentionem facit. — 785. Ishráf, prospectus in obscuritates regiminum, auctore *Abu Saïd Herewi*. — 786. Ishráf, auctore *Shems-ed-din Ibn Zeki-ed-din Halebi El-Mocri* (Corani lectore). — 787. Ishráfát el-osul, loci alti principiorum de effatis prophetae. Compendium de principiis traditionum, auctore *Jelál Ben Mohammed Cáini*. — 788. Ishrác el-tewáríkh, splendor historiarum. Compendium in introductionem, tres tractatus et conclusionem dispositum, auctore Molla *Carah Yacub Ben Idris Caramáni*, mortuo anno 833 (inc. 30. Sept. 1429), incipiens ita: Laus Deo, qui nos ad hoc dirigit etc. Proficiscitur auctor a mundi creatione, recenset deinde prophetas et illustriores e sociis prophetae horumque sectatoribus et ex Imamis,

مقدّمة وثلاثة مقالات وخاتمة ٧٨٩ اشراق المأخذ للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ٧٩٠ اشراق فى شرح تنبيه ابى اسحق يأتى فى التنآء ٧٩١ اشرف التواريخ للقاضى العلامة عضد الدين عبد الرحمن بن احمد الايجى المتوفى سنة ٧٥٦ وهو مختصر من بداء الخلق وترجمته بالتركيّة لمصطفى بن احمد المعروف بعالى شاعر المتوفى سنة ١٠٠٨ ٧٩٢ اشرف الطرف للملك الاشرف لشمس الدين محمد بن احمد بن مرزوق التلمسانى المالكى المتوفى سنة ٧٨١ مختصر اوله الحمد لله الذى احلّنى محلّ اشرف الملوك الخ ذكر فيه انّ ممالك مصر افضل المعمورة فالّفه لاثبات هذه وجعله قسمين الاول فى خصآئص هذه الاقاليم الثانى فى خصآئص مصر ٧٩٣ اشرف الوسائل الى فهم الشمآئل يأتى فى شروح الشمآئل ٧٩٤ الاشعار بمعرفة اختلاف علمآء الامصار للقاضى ابى نصر عبد السيّد بن محمد بن محمد ابن الصبّاغ الشافعى المتوفى سنة [٤٧٧] ٧٩٥ الاشعار بما للملوك من النوادر والاشعار

---

et desinit in commemoratione *Ghazálii*. — 789. **Ishrác el-makhadz**, splendor fontium, auctore Imam *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, mortuo anno 505 (inc. 10. Jul. 1111). — 790. **Ishrác**, commentarius in opus *Tenbíh Abu Is'hacki*, de quo in litera *Tá* videndum. — 791. **Ashraf el-tewáríkh**, praestantissima historiarum. Compendium a creatione mundi incipiens, auctore Cadhi eruditissimo *Adhod-ed-din Abd-el-rahman Ben Ahmed Iji*, mortuo anno 756 (inc. 16. Jan. 1355). Turcice illud vertit *Mustafa Ben Ahmed* Poëta, *Ali* cognominatus et anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599) mortuus. — 792. **Ashraf el-taraf**, nobilissima regionum nobilissimo regi (*El-Melek El-Ashraf*) subdita, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Ben Merzuc Tilimsáni* Malikita, mortuo anno 781 (inc. 19. Apr. 1379). Compendium, quod ita incipit: Laus Deo qui mihi sedem loco nobilissimi regum collocavit etc. Monet auctor provincias Aegypti praestantissimas esse terrae habitatae, seque ad hanc propositionem confirmandam scripsisse. Disposuit autem librum in duas partes, quarum prior de virtutibus horum climatum peculiaribus, posterior de virtutibus Aegypti propriis agit. — 793. **Ashraf el-wesáïl**, praestantissimum adjumentorum ad intelligendum librum *Shemáil*. Vide commentarios hujus operis. — 794. **El-Ish'ár**, expositio cognitionis discriminis inter viros doctos urbium nobilium, auctore Cadhi *Abu Nasr Abd-el-seyyid Ben Mohammed Ben Mohammed Ibn-elsabbágh* Shafiita, mortuo anno [477 (inc. 10. Mai. 1084)]. — 795. **El-Ish'ár**, notitia facete dictorum et carminum, quae reges auctores habent. —

٧٩٦ اشعار الخوارزمى لمحمد بن احمد [وقيل بن عبد الله] البصرى النحوى المعروف بالعجيج المتوفى سنة ٣٢٠ وله اشعار زيد الخيل الطائى ٧٩٧ اشعار الستة ٧٩٨ اشعار القبائل لابى عمرو اسحق بن مرار الشيبانى المتوفى سنة ٢٥٦ جمع فيه نيفًا وثمانين قبيلة كلّ منها فى مجلّد ٧٩٩ اشعار الملوك لابى العباس عبد الله بن المعتزّ العبّاسى المتوفى سنة [٢٩٦] ٨٠٠ اشعار الواعى باشعار البقاعى وهو ديوان شعر الامام برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ وهو كثير الاشعار والجيّد من شعره متوسّط ٨٠١ اشعّة اللمعات يأتى فى الميم ٨٠٢ الاشعّة اللامعة فى العمل بالآلة الجامعة للشيخ علآء الدين بن ابرهيم المعروف بابن الشاطر المنجّم [الفلكى الدمشقى] المتوفى سنة [٧٧٧] ذكر فيه انّها آلة اخترعها ووضعها لتكون مدارًا لاكثر العلوم الرياضيّة ثمّ اختصرها بعضهم وسمّاه بالثمار اليانعة فى قطوف الآلة الجامعة فرتّب على مقدّمة وثلثين بابًا وخاتمة ٨٠٣ الاشفاع والاوتار

---

796. **Ash'ár El-Khowarezmi**, carmina *Khowarezmii*, a *Mohammed Ben Ahmed* [sive ut alii volunt, *Ben Abdallah*] *Basri* Grammatico, qui vulgo *Ajij* cognominatur et anno 320 (inc. 13. Jan. 932) mortuus est, edita. Idem carmina Tayitae *Zeid-el-kheil* collegit. — 797. **Ash'ár el-sittet**, carmina suspensa sex. — 798. **Ash'ár el-cabáïl**, carmina tribuum, auctore *Abu Amru Is'hac Ben Mirár Sheibáni*, mortuo anno 256 (inc. 9. Dec. 869). Collegit in hoc libro octoginta et quae excedunt tribus, quae singulae volumen implent. — 799. **Ash'ár el-moluk**, carmina regum, auctore *Abu'labbas Abdallah Ben-elmotezz Abbási*, mortuo anno [296 (inc. 30. Sept. 908)]. — 800. **Ish'ár el-wáï**, notitia conservatoris de carminibus *El-Becái*. Est *Diwán* carminum Imami *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï*, mortui anno 885 (inc. 13. Mart. 1480), qui multa poëmata condidit, eorum praestantiora vero medii sunt ambitus. — 801. **Ashiet el-lamaát**, radii splendorum. Vide de hoc libro literam *Mim*. — 802. **El-Ashiet El-Lámiat**, radii splendentes de adhibendo instrumento universali, auctore Sheikh *Alá-ed-din Ben Ibrahim* [*Felcki Dimeshcki*] Astronomo, vulgo *Ibn-elshátir* dicto et anno [777 (inc. 2. Jun. 1375)] mortuo. Hoc instrumentum plane novum esse dicit et a se inventum, ut sit cardo, circum quem plurimae doctrinarum mathematicarum vertantur. Postea aliquis ex Mathematicis hunc librum in compendii formam redegit, illique nomen dedit *El-Thimár El-Yaniet* „Fructus maturi in messe instrumenti universalis“ et totum in introductionem, triginta capita et conclusionem disposuit. — 803. **El-Ashfá' we**

للشيخ ابى بكر محمد بن ابرهيم الكلاباذى البخارى المتوفى سنة ٣٨٠ ٨٠٤ اشكال التأسيس فى الهندسة للامام العلّامة شمس الدين محمد بن اشرف السمرقندى المتوفى فى حدود سنة ٦٠٠ وهى خمسة وثلثون شكلا من كتاب اقليدس وشرحها الفاضل العلّامة موسى بن محمد الشهير بقاضى زاده الرومى المتوفى سنة ٨١٥ بسمرقند وقال فى تاريخه خيره اوله الحمد لله الذى خلق كلّ شىء بقدر الخ وهو شرح ممزوج لطيف وعليه تعليقات منها حاشية تلميذه ابى الفتح محمد بن ابى سعيد الحسينى المدّعو بتاج السعيدى وهى مفيدة اوّلها الحمد لله مقدّر مقادير الاشياء بحكمته الخ وحاشية مولانا فصيح الدين محمد [النظامى المتوفى سنة ٩١٩] علّقها فى محرم سنة ٨٧٩ للامير عليشير الوزير اوله نحمدك يا من رفع العلم فارتفع نوراً الخ وعلى اوائله تعليقة لمحمد بن محمد المعروف بقاضى زاده ايضا ٨٠٥ اشكال الخطّ لابى الفتح عثمان بن عيسى البلطى المتوفى سنة ٥٩٩ ٨٠٦ اشكال الفرائض لشيخ الاسلام احمد بن

---

El-Autár, paria et imparia, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Kelabádi Bokhári*, mortuo anno 380 (inc. 31. Mart. 990). — 804. Ashkál el-tasís, propositiones fundationis. Opus geometricum, auctore Imam doctissimo *Shems-ed-din Mohammed Ben Eshref Samarcandi*, mortuo circa annum 600 (inc. 10. Sept. 1203), continens triginta quinque propositiones (s. schemata geometrica) Elementorum Euclidis. Eas commentatus est vir bene meritus et doctissimus *Musa Ben Mohammed Rumi*, vulgo *Cadhizadeh* dictus et Samarcandae anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus, et ad tempus compositionis significandum verbis utitur *Kheiroho* (i. e. anno 815). Incipit ita: Laus Deo qui omnes res cum fato creavit etc. — Ad hunc commentarium elegantem, cui textus admixtus est, appendices (*Talicát*) editae sunt, ad quas pertinent glossae discipuli ejus *Abu'lfat'h Mohammed Ben Abi Saíd Hoseini*, *Táj Saídi* cognominati, quae ad discendum utiles sunt et ita incipiunt: Laus Deo qui sapientia sua fata rerum decrevit etc., et glossae Mollae nostri *Fesih-ed-din Mohammed* [*Nitzámi* anno 919 (inc. 9. Mart. 1513) mortui]. Scripsit illas mense Moharrem anni 879 (inc. 18. Mai. 1474) in usum *Emiri Alischír* El-Wezir, et incipit ita: Laudamus te qui scientiam elevasti, ut splendide elata sit etc. Ad initium commentarii denique appendicem edidit *Mohammed Ben Mohammed*, qui item *Cadhizadeh* cognominabatur. — 805. Ashkál el-khatt, schemata scripturae, auctore *Abu'lfat'h Othman Ben Isa Beleti*, mortuo anno 599 (inc. 20. Sept. 1202). — 806. Ashkál el-feráïdh, schemata partitionis hereditatum, auctore Sheikh-elislám *Ahmed Ben Soleiman Ibn*

سليمان ابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠. قال فى تأريخ تأليفه قد تمّ الاشكال ٨٠٧ الاشكال الشهيّة فى الاعمال بالمقنطرات المطوية لشمس الدين محمد بن عبد الرحيم المزّى ٨٠٨ اشلاء الباز على ابن الخبّاز لبرهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ وهو جزء جمعه فى ردّ خصمه ناصر الدين بن الرفتاوى احد النواب وذكر انّه ندم على ما فعل فقرأ عليه وصيّره من شيوخه ٨٠٩ اصابة الراى والاقوال وطهارة الذيل والافعال للشيخ ناصر الدين احمد الترمذى وهو مجلّد فى الموعظة على اثنى عشر باباً اوله الحمد لله الذى خلق افضل الخلق الخ ٨١٠ اصابة فى تمييز الصحابة للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وهو فى خمس مجلدات كبار جمع فيه ما فى الاستيعاب وذيله واسد الغابة واستدرك عليهم كثيراً واختصره الشيخ جلال الدين عبد الرحمن السيوطى وسمّاه عين الاصابة ٨١١ اصباح فى شرح المصباح فى النحو يأتى فى الميم

---

*Kemálpasha*, mortuo anno 940 (inc. 23. Jul. 1533). Ad tempus compositionis indicandum utitur verbis: Schemata ad finem perducta sunt (*Cad tamma el-ashkál* i. e. anno 927). — 807. El-Ashkál El-Shahíyet, figurae exquisitae de operationibus cum circulis horizonti parallelis complicatis, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rehím Mizzi.* — 808. Ishlá el-báz, incitatio falconis contra *Ibn-elkhabbáz.* Fasciculus quem *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï* ad confutandum adversarium suum *Násir-ed-din Ben-elreftáwi* unum praefectorum collegit. Monet se deinde facti sui poenitentiam egisse, ita ut adversarii lectiones frequentaret eumque in numerum praeceptorum suorum reciperet. Obiit *Becáï* anno 885 (inc. 13. Mart. 1480). — 809. Isábet el-ra'y we el-acwál, probitas consilii et dictorum et puritas syrmatis et factorum. Opus paraeneticum uno volumine comprehensum et in duodecim capita dispositum, auctore Sheikh *Násir-ed-din Ahmed Tirmidzi.* Incipit ita: Laus Deo qui res praestantissime creavit etc. — 810. Isábet fi temyíz el-sahábet, recta institutio de distinctione inter socios prophetae. Quinque volumina magna in quibus Hafitz *Shehráb-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, qui anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) obiit, socios Mohammedis collegit, qui in libris *Istiáb* ejusque continuata serie et in *Asad-el-ghabet* commemorantur, multosque ibi omissos supplevit. Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti* hoc opus in compendii formam redegit inscripti *Ain-el-isábet.* — 811. Isbáh, splendor aurorae. Commentarius operis grammatici *Misbáh*, de quo litera *Mím* videatur. —

٨١٢ اصحن الصين فى فضل التين تعليق مختصر للحافظ شمس الدين محمد بن على ابن طولون الصالحى الحنفى المتوفى سنة ٩٥٣ ٨١٣ اصداف الاوصاف لخواجه عبد الله بن فضل الله الشهير بالوصّاف المتوفى سنة جمع فيه الشعرآء كاليتيمة ووصفهم كما ذكره فى المجلد الثالث من تأريخه ٨١٤ اصداف الدرر واكمام الزهر فى الادب مجلّدات

### ٨١٥ علم الاصطرلاب

هو علم يبحث فيه عن كيفيّة استعمال آلة معهودة يتوصّل بها الى معرفة كثير من الامور النجوميّة على اسهل طريق واقرب مأخذ مبيّن فى كتبها كارتفاع الشمس ومعرفة الطالع وسمت القبلة وعرض البلاد وغير ذلك او عن كيفيّة وضع الآلة على ما بيّن فى كتبه وهو من فروع علم الهيئة كما مرّ واصطرلاب كلمة يونانيّة اصلها بالسين وقد يستعمل على الاصل وقد تبدل صادًا لانّه من جوار الطآء وهو الاكثر يقال معناها ميزان الشمس وقيل مرآة

---

812. *As'hon El-Sín*, paterae Sinicae de praestantia ficorum. Mantissa compendiaria, auctore Hafitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn Tulun Salihi* Hanefita, mortuo anno 953 (inc. 4. Mart. 1546). — 813. Asdáf el-ausáf, conchae descriptionum. Collegit in hoc libro *Khoja Abdallah Ben Fadhl-allah*, vulgo *Wessáf* dictus et anno .... mortuus, poëtas ad instar operis *Yetímet*, et eos describit, ut id in volumine tertio historiae (*Tarikh*) suae commemorat. — 814. Asdáf el-dorer we akmám el-zaher, conchae unionum et calyces florum, opus philologicum pluribus voluminibus constans.

### 815. Ilm el-asterláb. Doctrina astrolabii.

Haec est ea doctrina, quae vel de ratione usus instrumenti recepti quaerit, quo ad cognitionem multarum rerum astronomicarum pervenitur via facillima et modo consecutionis proximo, qui in libris astronomicis exponitur, ut est altitudo solis, cognitio horoscopi, plaga Kiblae, latitudo terrarum, et quae sunt alia, vel de ratione positionis illius instrumenti secundum regulas in libris hujus generis datas. Itaque pertinet ad partes astronomiae speciales, ut antea demonstratum est. *Asterláb* vox graeca est, cujus radix litera *Sín* scribitur, et interdum convenienter radici usurpatur, interdum litera *Sín* in *Sád* mutatur, quoniam juxta *Tá* posita est, et ita usitatius scribitur. Vox ipsa significare dicitur libram solis, vel ut alii volunt, speculum

النجم ومقياسه ويقال له باليونانيّة ايضا اصطرلافون واصطر هو النجم ولافون هو المرآة ومن ذلك سمّى علم النجوم اصطرنوميا وقيل انّ الاوائل كانوا يتّخذون كرّة على مثال الفلك ويرسمون عليها الدوائر ويقسمون بها النهار والليل ويصحّحون بها الطالع الى زمن ادريس عليه السلام وكان لادريس ابن يسمّى لاب وله معرفة فى الهيئة فبسط الكرّة واتّخذ هذه الآلة فوصلت الى ابيه فتأمّل وقال من سطره فقيل سطر لاب فوقع عليه هذا الاسم وقيل اسطر جمع ولاب اسم رجل وقيل فارسىّ معرّب من استاره ياب اى مدرك احوال الكواكب قال بعضهم هذا اظهر واقرب الى الصواب لانّه ليس بينهما فرق الّا بتغيير الحروف وفى مفاتيح العلوم الوجه الاول وقيل اول من وضعه بطلميوس واول من علمه فى الاسلام ابرهيم بن حبيب الغزارى ومن الكتب المصنّفة فيه [تحفة الناظر وبهجة الافكار وضياء الاعين]

٨١٦ اصطلاحات الصوفيّة للشيخ كمال الدين ابى الغنائم عبد الرزاق بن جمال الدين

---

stellae ejusque mensuram. Graece *Asterlafun* quoque appellatur, cum *Aster* stellam, *Lafun* vero speculum significet. Hinc doctrina de astris Asternumia dicitur. Majores sibi orbem comparasse traduntur ad instar sphaerae coelestis, superque eum circulos delineasse, eorum ope diem et noctem divisisse et usque ad tempus *Idrisi* (Enoch) horoscopum ad justam regulam revocasse. *Idriso* autem filium fuisse narrant *Láb* nominatum et cognitione astronomiae imbutum. Hunc illum orbem in planitiem redegisse (et ad calculos vocasse) sibique hoc instrumentum fabricasse. Quod ad se delatum patrem oculis perlustrasse ipsique ad quaestionem „*Man sataraho*, (quis hoc delineavit)?“ responsum esse: „*Satara Láb* (Lab delineavit),“ et inde instrumentum illud nomen invenisse. Alii *Astor* pluralem vocabuli *Satr* et *Láb* nomen esse viri dicunt. Alii deinde vocabulum factum esse volunt arabicum ex persico *istare yáb* i. e. inveniens status astrorum, quod nonnulli prae ceteris probabile esse et ad veritatem proxime accedere contendunt, cum discrimen inter haec duo vocabula non nisi in literis mutatis conspiciatur. Attamen in libro *Mefátíh el-olum* prior sententia defenditur. Denique alii primum qui illud instrumentum construxerit, Ptolemaeum, et primum qui tempore Islami ejus cognitionem habuerit, *Ibrahim Ben Hebíb Ghazári* fuisse dicunt. In libris qui hanc doctrinam tractant numerantur [*Tohfet el-nátzir*, *Behjet el-afkár*, *Dhiyá el-a'yon*]. —

816. Istiláhát El-Sufíyet, terminologiae Suforum, auctore Sheikh *Kemál-ed-din Abu'lghanáïm Abd-el-rezzác Ben Jemál-ed-din Káshi*, mortuo anno . . . .

الكاشى المتوفى سنة وهو مختصر رتّب على قسمين الاول فى المصطلحات على حروف المعجمة والثانى فى التفاريع اوله الحمد لله الذى نجّانا من مباحث العلوم الرسميّة الخ صنّفها بعد شرح منازل السائرين والفصوص وتاويلات القران لكون هذه على تلك الاصطلاحات وعليه تعليقة لشمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣٤ ولمّا كان القسم الاول مشتملا على اصطلاحات غريبة وحشو والثانى غير محرّر عن تكرار وتطويل لخّصها حيدر بن على بن حيدر العلوى الآملى المتوفى سنة ورتّب ترتيبًا آخر واول المختصر الحمد لله الذى خلق الخلق الخ وللشيخ محيى الدين محمد بن على المشهور بابن العربى المتوفى سنة ٦٣٨ تصنيف مختصر فى الاصطلاحات صنّفه فى صفر سنة ٦١٥ بملطية ٨١٧ اصطلام فى ردّ ابى زيد الدبّوسى للامام ابى المظفر منصور بن محمد السمعانى [الحنفى ثمّ الشافعى] المتوفى سنة ٤٨٩ ٨١٨ الاصل فى الفروع للامام المجتهد محمد بن الحسن الشيبانى الحنفى المتوفى سنة ١٨٩ وهو المبسوط سمّاه به لانّه صنّفه اولًا واملاه على اصحابه رواه عنه الجوزجانى وغيره ثمّ صنّف الجامع الصغير ثمّ الكبير ثمّ

---

Compendium in duas partes digestum, quarum prior de locutionibus technicis ordine alphabetico, posterior de variis in disciplina Sufica generibus agit. Incipit ita: Laus Deo qui nos a quaestionibus doctrinarum liberavit, quae literam scriptam tenent etc. — *Abd-el-rezzác* hoc compendium composuit, postquam commentarium in opera *Menázil el-saïrín*, *Fosús* et *Tawílát El-Cor'an*, scripta quippe ad istas terminologias, edidit. Appendicem ad illud confecit *Shems-ed-din Mohammed Ben Hamza Fenári*, qui anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) decessit. Cum vero pars prior terminologias parum usitatas et farta superflua contineret et posterior non purgata esset a repetitionibus et ambagibus, potiora libri ordine alio servato elegit *Heider Ben Ali Ben Heider Alewi Amoli*, qui anno ... obiit. — Haec epitome ita incipit: Laus Deo qui homines creavit etc. — Simile opus compendiosum de terminologiis Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali*, vulgo *Ibn-elarabi* cognominatus et anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuus, Melitenae composuit mense Safar anni 615 (inc. 30. Mart. 1218). — 817. Istilám, exstirpatio de refutando *Abu Zeid Debbúsi*, auctore Imam *Abu'lmotzaffer Mansur Ben Mohammed Sem'áni* [Hanefita, postea Shafiita], mortuo anno 489 (inc. 31. Dec. 1095). — 818. El-Asl fi el-foru', archetypum de partibus juris Hanefitici specialibus, auctore Imam juris consultissimo (*Mujtehid*) *Mohammed Ben-elhasan Sheibáni* Hanefita, mortuo anno 189 (inc. 8. Dec. 804). Idem liber *Mabsút* inscribitur et ab auctore *Asl* appellatus est, quoniam illum primo composuit et discipulis suis dictavit; *Júzjáni* autem aliique ex ejus auctoritate illum tradiderunt. Tum edidit *El-Jámi' El-Saghír*, *El-Jámi' El-Kebír*, *El-Ziyadát*

الزيادات والسير الكبير والصغير وهذه هي المراد بالاصول وظاهر الروايات في كتب الحنفيّة
٨١٩ الاصل في بيان الفصل والوصل للشيخ زين الدين القاسم ابن قطلوبغا الحنفي المتوفى
سنة ٨٧٩ ٨٢٠ الاصل الاصيل في تحريم النظر في التوراة والانجيل لشمس الدين محمد
ابن عبد الرحمن السخاويّ الشافعي المتوفى سنة ٩٠٢ ٨٢١ اصل الاصول في خواصّ النجوم
واحكامها واحكام المواليد لابي العبس الضميري مختصر اوله الحمد لله ذي المحامد الفاخرة الخ
٨٢٢ اصلاح الاخلاق ٨٢٣ اصلاح الخلل الواقع في الجمل يأتي في الجيم ٨٢٤ اصلاح
خلل الصحاح للجوهريّ يأتي في الصاد ٨٢٥ اصلاح غلط ابي عبيدة لابي محمد عبد
الله بن مسلم المعروف بابن قتيبة النحوي المتوفى سنة ٢٦٧ وشرحه ابو المظفر محمد
ابن آدم الهروي المتوفى سنة ٤١٤ ٨٢٦ اصلاح غلط المحدّثين للامام ابي سليمان
حمد بن محمد الخطابي المتوفى سنة ٣٨٨ ٨٢٧ اصلاح المنطق والطبع لاداء

---

(additamenta), *El-Siyer El-Kebír* et *El-Saghír*; et hi libri intelligendi sunt per opera principalia *(El-Osúl)* et traditiones probabilissimas, ubi sermo est de Hanefitarum libris. — 819. El-Asl fi beyán el-fasl we el-wasl, institutio solida de expositione disjunctionis et conjunctionis, auctore Sheikh *Zein-ed-din Cásim Ibn Cotlubeghá* Hanefita, mortuo anno 879 (inc. 18. Mai. 1474). — 820. El-Asl El-Asíl, institutio solida et firma de interdicto ne quis Pentateuchum et Evangelia legat, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi* Shafiita, mortuo anno 902 (inc. 9. Sept. 1496). — 821. Asl el-osúl, fundamentum fundamentorum de virtutibus propriis astrorum praedictionibusque astrologicis et de praedictis nataliciis, auctore *Abu'labs Dhemíri*. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo virtutibus praedito gloriosa laude dignissimis etc. — 822. Isláh el-akhlác, correctio morum. — 823. Isláh el-khalal, correctio vitiorum in libro *Jomal* obviorum. Videatur litera *Jím*. — 824. Isláh khalal El-Saháh, correctio vitiorum in lexico *Jauharii*, *Saháh* dicto, de quo litera *Sád* videndum. — 825. Isláh ghalat Abi Obeida, correctio errorum, in quos *Abu Obeida* inductus est, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Moslim* Grammatico, vulgo *Ibn Coteiba* dicto et anno 267 (inc. 12. Aug. 880) mortuo. Hunc librum commentatus est *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Adam Herewi*, qui anno 414 (inc. 26. Mart. 1023) obiit. — 826. Isláh ghalat el-mohaddithín, correctio errorum Traditionariorum, auctore Imam *Abu Soleimán Hamd Ben Mohammed Khattábi*, mortuo anno 388 (inc. 3. Jan. 998). — 827. Isláh el-mantic we

القرآات السبع ٨٢٨ اصلاح المنطق للشيخ الاديب يعقوب بن اسحق الشهير بابن السكّيت اللغوى المتوفى سنة ٢٤٤ وهو من الكتب المختصرة الممتعة فى الادب ولذلك تلاعب الادبآء بانواع من التصرّفات فشرحه ابو العباس احمد بن محمد بن احمد المريسى المتوفى فى حدود سنة ٤٦٠ وزاد الفاظا فى الغريب وابو منصور محمد بن احمد الازهرى الهروى المتوفى سنة ٣٧٠ وشرح ابياته ابو محمد يوسف بن الحسن ابن السيرافى النحوى المتوفى سنة ٣٨٥ ورتّبه الشيخ ابو البقآء عبد الله بن الحسين العكبرى المتوفى سنة ٦١٦ على الحروف وهذّبه ابو على الحسن بن المظفر النيسابورى الضرير المتوفى سنة ٤٤٢ والشيخ ابو زكريا يحيى بن على الخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٠٢ وسمّاه التهذيب وعلى تهذيب الخطيب ردّ لابى محمد عبد الله بن احمد المعروف بابن الخشاب النحوى المتوفى سنة ٥٦٧ وعلى الاصل ردّ لابى نعيم على بن حمزة البصرى المتوفى سنة ٣٧٥ ولخّصه ايضا ابو المكارم على بن محمد النحوى

---

el-tab', instructio sermonis et naturae ad dictionem septem recensionum coranicarum. — 828. **Isláh el-mantic**, instructio sermonis, auctore Sheikh humanitatis doctrina imbuto *Yacub Ben Is'hac* Lexicologo, vulgo *Ibn-elsikkít* dicto et anno 244 (inc. 19. Apr. 858) mortuo. Est unum ex compendiis de philologia ad discendum utilissimis, eamque ob causam Philologi illud ad varios lusus doctos libere adhibere studuerunt. Illud commentati sunt *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ben Ahmed Mirrisi*, circa annum 460 (inc. 11. Nov. 1067) mortuus, qui nonnullas dictiones ad caput de verbis parum usitatis addidit, et *Abu Mansur Mohammed Ben Ahmed Azheri Herewi*, anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortuus. Versus ejus explicuit *Abu Mohammed Yusuf Ben-elhasan Ibn-elsiráfi* Grammaticus, qui anno 385 (inc. 5. Febr. 995) decessit, et opus alphabetice digessit Sheikh *Abu'lbecá Abdallah Ben-elhosein Akberi*, mortuus anno 616 (inc. 19. Mart. 1219). Illud recognoverunt et correxerunt *Abu Ali Hasan Ben-elmotzaffer Nisaburi El-Dherír* anno 442 (inc. 26. Mai. 1050) defunctus, et Sheikh *Abu Zakaríya Yahya Ben Ali El-Khetíb El-Tebrízi*, qui anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus est et opus suum *Tehdzíb* inscripsit. Ad hoc *Tehdzíb El-Khetíb*i refutandum scripsit *Abu Mohammed Abdallah Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn-elkhashsháb* dictus et anno 567 (inc. 4. Sept. 1171) mortuus. Archetypum ipsum refutavit *Abu Naím Ali Ben Hamza Basri*, qui anno 375 (inc. 24. Mai. 985) defunctus est, et potiora ejus separatim ediderunt *Abu'lmekárim Ali Ben Mohammed*

المتوفى سنة ٥٦١ وناصر بن عبد السيد المطرزى المتوفى سنة ٦١٠ وعون الدين يحيى بن محمد ابن هبيرة الوزير [المتوفى سنة ٥٦٠] ٨٢٩ اصلاح المنطق لابى حنيفة احمد بن داود الدينورى المتوفى سنة ٢٩٠ وهذّبه ابو القاسم حسين بن على المعروف بالوزير المغربى

٨٣٠ اصلاح الوقاية فى الفروع للمولى شمس الدين احمد بن سليمان الشهير بابن كمال پاشا المتوفى سنة ٩٤٠ غيّر متن الوقاية وشرحه ثمّ شرحه وسمّاه الايضاح اوله احمده فى البداية والنهاية الخ ذكر فيه انّ الوقاية لمّا كان كتابًا حاويًا لمنتخب كلّ مزبد الّا انّ فيه نبذًا من مواضع سهو و زلل وخبط وخلل اراد تصحيحه وتنقيحه بنوع تغيّر فى اصل التعبير وتكميله ببعض حذف واثبات وتبديل وانّ شرحه المشهور بصدر الشريعة مع احتوائه على تصرّفات فاسدة واعتراضات غير واردة لا يخلو عن القصور فى تقرير الدلائل والخطاء فى تحرير المسائل فسعى فى ايضاح ما يحتويه من الخلل واقتفى اثره الّا فيما زلّ فيه قدمه وكان شروعه فى شهور سنة ٩٢٨

---

Grammaticus, anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuus, *Násir Ben Abd-el-seyyid Motarrezi*, anno 610 (inc. 23. Mai. 1213) mortuus, et *Aun-ed-din Yahya Ben Mohammed Ibn Hobeira* Wezirus [qui anno 560 (inc. 18. Nov. 1164) decessit]. — 829. Isláh el-mantic, emendatio sermonis, auctore *Abu Hanífa Ahmed Ben Dawud Dineweri*, mortuo anno 290 (inc. 5. Dec. 902). Hoc opus recognovit *Abu'lcásim Hosein Ben Ali Maghrebi*, vulgo *El-Wezir* appellatus. — 830. Isláh El-Wicáyet, correctio operis *Wicáyet* de partibus juris specialibus, auctore Molla *Shems-ed-din Ahmed Ben Soleiman*, *Ibn Kemálpasha* cognominato et anno 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuo. Hic mutavit textum operis *Wicáyet* ejusque commentarii. Deinde illud commentatus est, commentariumque, qui ita incipit: Laudo eum in initio et fine etc., appellavit *Idháh*. Narrat ibi, cum *Wicáyet* delectum contineat omnium rerum praestantiorum, ei tamen nonnullos locos inesse, in quibus auctoris socordia, lapsus, hallucinatio et imbecillitas appareat; se igitur passim dictionem primitivam mutatione quadam emendare et perpolire et tam resecando quam confirmando et substituendo perfectiorem reddere voluisse, ejusque commentarium, vulgo *Sadr el-sheríat* dictum, praeterquam quod sententias falsas et ex arbitrio prolatas et oppositiones omni auctoritate destitutas contineat, nimia brevitate in argumentorum expositione et erroribus in accurata quaestionum definitione non carere. Se jam id egisse, ut quo auctor imbecillitate lapsus esset, demonstraret, ejus autem vestigia semper premeret, nisi ubi pes ejus offenderit. *Ibn Kemálpasha* opus aggressus est mensibus anni 928 (inc. 1. Sept.

وختم بسلخ شوّال تلك العام واهداه الى السلطان سليمان خان هذا وانت تعلم انّ الاصل مع ما ذكره مرغوب ومستعمل عند الجمهور والفرع وان كان مفيدًا راجحا لكنه متروك ومهجور وهذه سنة الله تعالى فى ايثار المتقدّمين على المتقدّمين وعليه تعليقات منها تعليقة محمد شاه بن الحاج حسن زاده المتوفى سنة ٩٣٩ وتعليقة شاه محمد بن حرم على اوائله وتعليقة المولى صالح بن جلال المتوفى سنة ٩٧٣ وتعليقة المولى بالى الطويل المتوفى سنة ٩٧٧ وتعليقة عبد الرحمن المعروف بغزالى زاده [المتوفى سنة ٩٧٧] وتعليقة على كتاب الطهارة فى ردّه لتاج الدين الاصغر اولها الحمد لمن يجيب سؤال من انتمى الى بابه الخ وللفاضل محمد ابن على الشهير ببركلى المتوفى سنة ٩٨٢ علّق على كتاب الطهارة ايضا اولها الحمد لله الذى جعل العلم فى جوّ الدين ضياءً ونورًا الخ

٨٣١ الاصلاح والايضاح فى النحو للقاضى محمد ابن ابرهيم القوافى [يعرف بالقاضى] النحوى المتوفى بعد سنة ٣٥٠

---

**1521**), illudque in fine Shewwál ejusdem anni perfectum Sultano *Soleimán Khán* obtulit. — Haec hactenus. — At vero quaecunque hic contra monuerit, archetypum, ut te non fugit, cupide legitur et ab omnibus in usum vocatur; opus autem *Ibn Kemálpasha*e inde enatum, quamvis utilitate et doctrina praeponderet, negligitur et destituitur; atque hic mos est Dei Excelsi, ut priscos prioribus praeferat. Plures ad hoc opus appendices scripserunt, ut *Mohammed Shah Ben-elhájj Hasanzadeh*, mortuus anno 939 (inc. 3. Aug. 1532) — *Shah Mohammed Ben Haram*, qui tantum prima capita tractavit — Molla *Sálih Ben Jelál*, anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) mortuus — Molla *Bali El-Tewíl*, mortuus anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) — *Abd-el-rahman*, *Ghazálizadeh* cognominatus [et anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus]. *Táj-ed-din El-Asghar* (Minor) in mantissa sua ad librum de purgatione, quae ita incipit: Laus illi qui preces ejus exaudit, qui se ad ejus portam confert etc., id egit, ut illum refutaret. Vir meritus *Mohammed Ben Ali*, vulgo *Birgili* dictus et anno 982 (inc. 23. Apr. 1574) mortuus, ad eundem librum appendicem edidit, quae ita incipit: Laus Deo qui scientiam tanquam splendorem et lumen in aëre religionis posuit etc. — 831. El-Isláh we El-Idháh, emendatio et clara expositio. Opus grammaticum, auctore Cadhi *Mohammed Ben Ibrahim Cawáfi* Grammatico, [vulgo *Cadhi* dicto et] post annum 350 (inc. 20. Febr. 961) mortuo.

٨٣٢ علم اصول الحديث

ويقال له علم دراية الحديث والاول اشهر لكنّا اوردناه فى الدال نظرًا الى المعنى فتأمّل

٨٣٣ اصول الاحكام لنجم الدين ايوب بن عين الدولة الحاسب الخلاطى اوله الحمد لله مسدى الآلاء الخ ذكر فيه انّه وجد اصول الاحكام على ثمانية اوجه فرتّب كتابه عليها وذكر كتبا كثيرة فى احكام النجوم

٨٣٤ علم اصول الدين

المسمّى بالكلام يأتى فى الكاف

٨٣٥ علم اصول الفقه

وهو علم يتعرّف منه استنباط الاحكام الشرعيّة الفرعيّة عن ادلّتها الاجماليّة وموضوعه الادلّة الشرعيّة الكلّيّة من حيث انّها كيف يستنبط عنها الاحكام الشرعيّة ومباديه مأخوذة

**832. Ilm osúl el-hedíth. Doctrina de principiis scientiae traditionariae.**

**Haec doctrina *Ilm dirâyet el-hedíth* quoque appellatur, et quamquam prius nomen magis vulgatum est, tamen eam ad literam *Dál* rejecimus, ratione habita significationis. Hoc velim attente expendas.**

**833. Osúl el-ahkám, principia astrologiae judiciariae, auctore *Nejm-ed-din Eyyub Ben Ain-ed-dewlet* Arithmetico Khallatensi (*Khallâti*). Incipit ita: Laus Deo beneficiorum distributori etc. Monet auctor se principia astrologiae judiciariae octupla invenisse, ideoque huic numero convenienter librum suum digessisse. Praeterea opera multa de astrologia judiciaria commemorat.**

**834. Ilm osúl ed-din. Doctrina principiorum religionis.**

**Eadem *El-Kelám* appellatur, et in litera *Káf* tractabitur.**

**835. Ilm osúl el-fic'h. Doctrina principiorum juris.**

**Haec est ea doctrina qua cognoscimus, quomodo decreta legalia specialia ex argumentis universalibus derivanda sint. Objectum ejus sunt argumenta legis universalia, quatenus quaeritur, quomodo decreta legalia inde deducenda sint. Ejus principia repetita sunt ex cognitione linguae Arabicae, et partim e doctrinis legalibus, ut e**

من العربيّة وبعض من العلوم الشرعيّة كاصول الكلام والتفسير والحديث وبعض من العقليّة والغرض منه تحصيل ملكة استنباط الاحكام الشرعيّة الفرعيّة من ادلّتها الاربعة اعنى الكتاب والسنّة والاجماع والقياس فآئدته استنباط تلك الاحكام على وجه الصحّة واعلم انّ الحوادث وان كانت متناهية فى نفسها بانقضآء دار التكليف الّا انّها لكثرتها وعدم انقطاعها ما دامت الدنيا غير داخلة تحت حَصْر الحاصرين فلا يعمل احكامها جزئيًّا ولمّا كان لكلّ عمل من اعمال الانسان حكما من قبل الشارع منوطا بدليل يخصّه جعلوها قضايا موضوعاتها افعال المكلّفين ومحمولاتها احكام الشارع من الوجوب واخواته فسمّوا العلم المتعلّق بها الحاصل من تلك الادلّة فقهًا ثمّ نظروا فى تفاصيل الادلّة والاحكام وعمّوها فوجدوا الادلّة راجعة الى الكتاب والسنّة والاجماع والقياس ووجدوا الاحكام راجعة الى الوجوب والندب والحرمة والكراهة والاباحة وتأمّلوا فى كيفيّة الاستدلال بتلك الادلّة على تلك الاحكام اجمالًا من غير نظر

---

principiis metaphysicae, exegesi coranica et doctrina traditionum, partim denique e doctrinis speculativis. Ejus finis autem in acquisitione facultatis spectatur, decreta legalia specialia ex argumentis eorum quatuor, Corano, Sunna, communi virorum doctorum consensu et analogia deducendi. Denique ejus utilitas constat in his decretis justa ratione deducendis. — Actiones humanae temporales (hoc velim scias) quamquam per se propter exitum ex hoc mundo, ad quem legum divinarum obligatio pertinet, temporis et spatii finibus inclusae sunt, ita tamen ut ob earum multitudinem et decursum infinitum, quamdiu mundus durabit, innumerabiles sint, decreta quae ad eas spectant non tractantur in modum rei particularis; et cum omnes hominum actiones statuto a legis latore sancito et ex argumento pendenti, quod in illud singillatim cadat, obnoxiae sint, ex illis decretis propositiones formarunt, quarum objecta actiones hominum legibus divinis adstrictorum, et quarum fundamenta decreta legis latoris sunt aut plene aut minus obligatoria. Hinc doctrinam quae ex illis decretis pendet et ex his argumentis proficiscitur, *Fic'h* (jurisprudentiam) nominarunt. Deinde singula argumenta et decreta examinarunt et communi conspectui subjecerunt. Argumenta igitur redire invenerunt ad Coranum, Sunnam, communem doctorum consensum et analogiam, decreta vero redire ad varia genera, ad genus plene obligatorium, hortatorium, genus rerum plane illicitarum, rerum improbandarum et genus indifferens. Tum cogitarunt, quomodo in universum ex his argumentis haec decreta ratiocinatione deducenda essent, nulla ratione habita singulorum decretorum, nisi ita ut decretum aliquod exempli causa

الى تفاصيلها الّا على طريق التمثيل فحصل لهم قضايا كلّيّة متعلّقة بكيفيّة الاستدلال بتلك الادلّة على الاحكام اجمالًا وبيان طرقه وشرآئطه ليتوصّل بكلّ من تلك القضايا الى استنباط كثير من تلك الاحكام الجزئيّة عن ادلّتها التفصيليّة فضبطوها ودوّنوها واضافوا اليها من اللواحق وسمّوا العلم المتعلّق بها اصول الفقه قال الامام علآء الدين الحنفى فى ميزان الاصول اعلم انّ اصول الفقه فرع لعلم اصول الدين فكان من الضرورة ان يقع التصنيف فيه على اعتقاد مصنّف الكتاب واكثر التصانيف فى اصول الفقه لاهل الاعتزال المخالفين لنا فى الاصول ولاهل الحديث المخالفين لنا فى الفروع ولا اعتماد على تصانيفهم وتصانيف اصحابنا قسمان قسم وقع فى غاية الاحكام والاتقان لصدوره ممن جمع الاصول والفروع مثل مأخذ الشرع وكتاب الجدل للماتريدى ونحوهما وقسم وقع فى نهاية التحقيق فى المعانى وحسن الترتيب لصدوره ممن تصدّى استخراج الفروع من ظواهر المسموع غير انّهم لمّا لم يتمهّروا فى

---

afferrent. Hinc propositiones generales spectantes ad rationem, qua in universum ex certis argumentis certa decreta concludendo derivanda essent, eruerunt et argumentationis modos ejusque conditiones exposuerunt eo consilio, ut ope harum singularum propositionum viam invenirent, magnam horum decretorum particularium partem ex eorum argumentis specialibus deducendi. Has propositiones definite expresserunt, systematice scripto exararunt, adjectisque rebus aliis huc accedentibus doctrinam inde enatam *Osúl el-fic'h* (principia jurisprudentiae) appellarunt. — Imam *Alá-ed-din* Hanefita in opere *Mizán el-osúl* dicit: Scias, principia juris constituere partem specialem doctrinae principiorum religionis (*Ilm osúl ed-din*) subjectam, ideoque necessario libros de illa doctrina secundum fidei confessionem, cui auctores addicti sint, componi. Majorem vero partem librorum de principiis jurisprudentiae editam esse aut ab haereticis opinionem de principiis nostrae opinioni oppositam sectantibus, aut a traditionariis nobis in partibus juris specialibus adversantibus, horum igitur operibus nullam fidem esse habendam. Opera autem doctorum nostrorum duplicis esse generis, alterum, in quo summa perfectio doctrinae solidioris appareat, cum viros auctores habeant, qui principia et partes derivatas aeque calleant, ut sunt libri *Makhadz el-shar'* et *Kitáb el-jadl* a *Materídi* compositi aliique. Alterum genus comprehendere opera, quae in sententias accuratissime inquirant et dispositione commoda gaudeant, cum ab illis edita sint, qui partes speciales ex sensu eorum quae audiverunt primum obvio deducere conati sint. Attamen quia hi subtilitates principiorum et propositiones philosophicas non perspexerint,

دقائق الاصول وقضايا العقول افضى رأيهم الى رأى المخالفين فى بعض الفصول ثمّ هجر القسم الاول امّا لتوحّش الالفاظ والمعانى وامّا لقصور الهمم والتوانى واشتهر القسم الاخير انتهى واول من صنّف فيه الامام الشافعى ذكره الاسنوى فى التمهيد وحكى الاجماع فيه ومن الكتب المصنّفة فيه ابتهاج المحتاج

٨٣٦ اصول ابن السراج فى النحو وهو الشيخ ابو بكر محمد بن السرى النحوى المتوفى سنة ٣٦١ وهو كتاب مرجوع اليه عند اضطراب النقل واختلاف الاقوال ولها شروح منها شرح الشيخ ابى الحسن على بن عيسى الرمّانى النحوى المتوفى سنة ٣٨٤ وشرح الشيخ ابى الحسن طاهر بن احمد الشهير بابن بابشاذ النحوى المتوفى سنة ٤٦٩ وشرح على بن احمد المعروف بابن البانش الغرناطى النحوى المتوفى سنة ٥٢٨ وشرح الشيخ ابى موسى عيسى بن عبد العزيز الجزولى النحوى المتوفى سنة ٦٠٧   ٨٣٧ اصول ابن اللحام هو القاضى علاء الدين الحنبلى المتوفى سنة وهو مختصر على مذهب احمد بن حنبل اوله الحمد لله جاعل التقوى

---

eorum judicium retrahi ad opinionem eorum, qui in nonnullis sectionibus doctrinam a nostra alienam sequantur. Deinde vero genus prius neglectum esse tam propter verborum et sententiarum horrorem quam propter animorum hebetudinem et torporem; genus autem posterius famae celebritatem consecutum esse. — Haec *Alá-ed-din.* — Primus qui de hac doctrina scripsit Imam *Sháfii* fuit. *Esnewi* in opere *Temhíd* ejus librum commemorat hujusque unanimem virorum doctorum laudem refert. — Ad libros de hac doctrina editos pertinet etiam *Ibtiháj el-mohtáj.*

836. Osúl Ibn-elserráj, principia grammaticalia *Ibn-elserráji*, qui plenius Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben-elseri* Grammaticus vocatur et anno 361 (inc. 24. Oct. 971) obiit. Hic liber in consilium vocatur, quando quae traduntur confusione laborant opinionesque in diversas partes abeunt. Illum plures commentati sunt, ut Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Isa Rommáni* Grammaticus, anno 384 (inc. 15. Febr. 994) mortuus — Sheikh *Abu'lhasan Táhir Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn Babeshádz* dictus et anno 469 (inc. 5. Aug. 1076) mortuus — *Ali Ben Ahmed Gharnáti* Grammaticus, *Ibn-elbádzish* cognominatus et anno 528 (inc. 1. Nov. 1133) mortuus — et Sheikh *Abu Musa Isa Ben Abd-el-azíz Jozúli* Grammaticus, qui anno 607 (inc. 25. Jun. 1210) decessit. — 837. Osúl Ibn-ellejjám, compendium de principiis juris secundum disciplinam *Ahmed*is *Ben Hanbal*, auctore Cadhi *Alá-ed-din*

اصول الدين الخ وشرحه الشيخ تقي الدين ابو بكر الخزاعي المتوفى سنة وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله على افضاله الخ ٨٣٨ اصول الاخسيكثي المسمّى بالمنتخب يأتي في الميم ٨٣٩ اصول الاربعين هو قسم من جواهر القران يأتي في الجيم ٨٤٠ اصول الامام ابي بكر محمد ابن الحسين الارسانيدي الحنفي [المعروف بفخر القضاة] المتوفى سنة ٥١٢ وارسانيد قرية من قرى مرو ٨٤١ اصول الامام ابي بكر احمد بن على المعروف بالجصّاص الرازي الحنفي المتوفى سنة ٣٧٠ ٨٤٢ اصول الامام المعروف بايلاميش الحنفي اوله الحمد لله الذي جعل الجنّة للمطيعين الخ ٨٤٣ اصول الامام شمس الائمّة محمد بن احمد السرخسي الحنفي المتوفى سنة ٤٨٣ املاه في السجن بخوارزم فلمّا وصل الى باب الشروط حصل له الفرج فخرج الى فرغانة فاكمل بها املآءً ٨٤٤ اصول الامام فخر الاسلام على بن محمد البزدوي الحنفي المتوفى سنة ٤٨٢ اوله الحمد لله خالق النسم ورازق القسم الخ وهو كتاب عظيم الشان جليل البرهان محتوٍ على

---

***Ibn-ellejjám*** **Hanbalita, mortuo anno .... Incipit ita: Laus Deo qui pietatem fundamentum fidei fecit etc. Commentarium in illud textu admixto scripsit Sheikh *Tacki-ed-din Abu Bekr Khozáï*, mortuus anno .... Incipit hic ita: Laus Deo pro beneficiis ejus eximiis etc. — 838. Osúl El-Akhsíketi, principia *El-Akhsíketi* sub nomine *El-Muntekhab* nota. Videatur litera *Mím*. — 839. El-Osúl El-Arba'ín, principia quadraginta. Hic tractatus pars est libri *Jewáhir El-Cor'án*, de quo litera *Jím* videatur. — 840. Osúl, principia Imami *Abu Bekr Mohammed Ben-elhosein Arsanídi* Hanefitae, [*Fakhr-el-codhdhát* cognominati et] anno 512 (inc. 24. Apr. 1118) mortui. — *Arsánid* unus vicorum urbis *Merw* est. — 841. Osúl, principia Imami *Abu Bekr Ahmed Ben Ali Rázi* Hanefitae, *Jessás* cognominati et anno 370 (inc. 17. Jul. 980) mortui. — 842. Osúl, principia Imami Hanefitae vulgo *Ilámísh* dicti, quae ita incipiunt: Laus Deo qui obedientibus paravit Paradisum etc. — 843. Osúl, principia Imami *Shems-el-aïmmet Mohammed Ben Ahmed Serakhsi* Hanefitae, qui anno 483 (inc. 14. Jun. 1439) obiit et illa dictavit carcere in Khowarezmia inclusus. Cum ad caput de pactionibus progressus esset, in libertatem restitutus est. Quo facto Fergánam se contulit ibique dictata sua perfecit. — 844. Osúl, principia Imami *Fakhr-el-islám Ali Ben Mohammed Pezdewi* Hanefitae, qui anno 482 (inc. 16. Mart. 1089) decessit. Hic liber, qui incipit ita: Laus Deo animantium creatori et sortium distributori etc., magni est valoris et argumentis firmis illustris, ideas venustas**

نطآئف الاعتبارات باوجز العبارات تاتّى على الطلبة مرامه واستعصى على العلمآء زمامه قد انغلقت الفاظه وخفيت رموزه والحاظه فقام جمع من الفحول باعبآء توضيحه وكشف خبيّاته وتلميحه منهم الامام حسام الدين حسين بن على الصغناقى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ وسمّاه الكافى ذكر فى آخره انّه فرغ من تأليفه فى اوآئل جمانى الاولى سنة ٧٠٤ والشيخ الامام علآء الدين عبد العزيز بن احمد البخارى الحنفى المتوفى سنة ٧٣٠ وشرحه اعظم الشروح واكثرها افادة وبيانًا وسمّاه كشف الاسرار اوله الحمد لله مصوّر النسم فى شبكات الارحام الخ والشيخ اكمل الدين محمد بن محمود البابرتى الحنفى المتوفى سنة ٧٨٦ وسمّاه التقرير اوله الحمد لله الذى كمّل الوجود بافاضة الحكم من آيات كلامه المجيد الخ ذكر فيه انّه كتاب مشتمل من الاصول على اسرار ليس لها من دون الله كاشفة حدّثنى شيخى شمس الدين الاصفهانى انّه حضر عند الامام المحقّق قطب الدين الشيرازى يوم موته فاخرج

---

dictionibus brevissimis complectitur, de ejus desiderio studiosis desperandum est ejusque habena viris doctis resistit. Verba ejus interdum occlusa et ejus dictiones aenigmaticae et sententiae obliquae sunt obscurae. Qua de causa multi viri doctrina alios praecellentes operam collocarunt in hujus libri expositione adornanda, ejus obscuritatibus detegendis et rebus incertis declarandis, ut Imam *Hosám-ed-din Hosein Ben Ali Saghanácki* Hanefita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuus, qui commentarium suum *El-Káfi* inscripsit. In fine se opus suum primis diebus Jomádzi primi anni 704 (inc. 4. Aug. 1304) perfecisse narrat — Sheikh Imam *Alá-ed-din Abd-el-azíz Ben Ahmed Bokhári* Hanefita, qui anno 730 (inc. 25. Oct. 1329) obiit. Commentarius ejus *Kashf el-asrár* inscriptus, omnium maximus et cognitionibus utilibus et explicationibus locupletissimus, incipit ita: Laus Deo animarum in uterorum retibus formatori etc. — Sheikh *Akmal-ed-din Mohammed Ben Mahmud Baberti* Hanefita, qui anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) decessit. In commentario *Tecrír* inscripto, et a verbis incipiente: Laus Deo qui emanatione sapientiae ex miraculis sermonis sui gloriosi res creatas perfecit etc.: Archetypum, inquit, inter principia continet mysteria, quae non nisi Deus revelare possit. Narravit mihi *Shems-ed-din Isfaháni* praeceptor meus, se apud Imam subtilissimum *Cotb-ed-din Shirázi* die, quo e vita excesserit, praesentem fuisse, illumque circiter quinquaginta *Kerarís* snb ipsius cervicali jacentibus protractis dixisse. „Hi fasciculi continent annotationes utiles, quas ad librum *Fakhri-el-islám*

كراريس من تحت وسادته نحو خمسين قال هو فوآئد جمعت على كتاب فخر الاسلام تتبّعت عليه زمانًا كثيرًا ولم اقدر حلّه فخذ لعلّ الله سبحانه وتعالى يفتح عليك بشرحه قال فاشتغلت به سنين سرًّا وجهارًا ولم ازل فى تأمّله ليلًا ونهارًا وعرضت اقيسته على قوانين اهل النظر وتعرضت بمقدّماته بانواع التفتيش والفكر فلم اجد ما يخالفهم الّا الانتاج من الثانى مع اتّفاق مقدّمتيه فى الكيف وذلك وما اشبهه ممّا يجوزه اهل الجدل ثمّ لم يتهيّأ لى شرحه وتعيّن طرحه انتهى فبدأ بشرح مختصر يبيّن ضمائره مهما امكن ومن شروحه شرح الشيخ ابى المكارم احمد بن حسن الجاربردى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٦ وشرح الشيخ قوام الدين الاترارى الحنفى المتوفى فى حدود سنة ٧٠٠ وشرح الشيخ ابى البقآء محمد بن احمد بن الضيآء المكى الحنفى المتوفى سنة ٨٥٤ وشرح الشيخ عمر بن عبد المحسن الارزنجانى فى مجلّدين اوله الحمد لله الذى جعل اصول الشريعة ممهدة المبانى الخ وقد ذكر فيه انّه اخذ عن الكردرى بواسطة شيخه ظهير الدين محمد بن عمر البخارى وهو شرح

---

congessi. Multum temporis in eo pertractando consumsi, neque tamen ejus aenigmata solvere mihi contigit. Itaque accipe haec, fortasse Deus maximis laudibus celebrandus et excelsus tibi eorum explicationem aperiet.“ Quo factum est, ut in eo volvendo plures annos clam et palam desudarem, nec die nec nocte illum meditari desisterem. Argumentationes ejus ad canones philosophorum exegi, ejusque praemissa variis meditationibus et considerationibus subjeci. Attamen nihil inveni quod illorum praeceptis contrarium esset, exceptis conclusionibus ex secundo, quamvis hujus praemissa duo in qualitate congruerent. Haec et his similia ad illa pertinent, quae dialectici licita statuunt. Nihilominus tamen in sequentibus librum explicare ejusque dispositionem describere non contigit. — Itaque commentarium compendiosum incepit, in quo quantum fieri posset ideas suas explicaret. Commentarios scripserunt porro Sheikh *Abu'lmekárim Ahmed Ben Hasan Járperdi* Shafiita, anno 746 (inc. 4. Mai. 1345) mortuus — Sheikh *Ckiwám-ed-din Otrári* Hanefita, mortuus circa annum 700 (inc. 16. Sept. 1300) — Sheikh *Abu'lbecá Mohammed Ben Ahmed Ben-eldhiyá Mekki* Hanefita, mortuus anno 854 (inc. 14. Febr. 1450) et Sheikh *Omar Ben Abd-el-mohsin Arzenjáni*, qui in commentario duo volumina complectente et sic incipiente: Laus Deo qui principia legis fundamentum fecit aedificiorum etc., narrat se, intercedente *Tzehír-ed-din Mohammed Ben Omar Bokhári* praeceptore suo, *Kerderi* in usum vocasse, et formulam

بقال اقول وما عداه من الشروح يقوله كذا ومن التعليقات المختصرة عليه تعليقة الامام حميد الدين على بن محمد الضرير الحنفى المتوفى سنة ٦٦٦ وتعليقة جلال الدين رسولا بن احمد التبانى الحنفى المتوفى سنة ٧٩٣ ومن الشروح الناقصة شرح الشيخ شمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣٤ وهو على ديباجته فقط وشرح علآء الدين على بن محمد الشهير بمصنفك المتوفى سنة ٧٧٥ وسمّاه التحرير وشرح المولى محمد بن فرامرز الشهير بملا خسرو المتوفى سنة ٨٨٥ ولو تمّ لفاز المسترشدون به بتمام المرام وللشيخ قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ تخريج احاديثه ٨٤٥ اصول الاقاليم ٨٤٦ اصول التراكيب من الطبّ لمحمد ابن الخجندى وهو مختصر اوله الحمد لله على ما هدانا سبيل الرشاد الخ رتّب على قسمين وللشيخ العلّامة نجيب الدين محمد بن على السمرقندى ٨٤٧ اصول التصريف وهو اساس التصريف سبق ٨٤٨ اصول التعبير لدانيال ٨٤٩ اصول التواريخ ٨٥٠ اصول التوحيد للامام

---

adhibet „*Cala*“ — „*Acúl.*“ In ceteris autem commentariis formula usurpatur „*Kadzá* (sic et sic).“ Appendices compendiosas ad archetypum scripserunt Imam ***Hemíd-ed-din Ali Ben Mohammed Dherír*** Hanefita mortuus anno 666 (inc. 22. Sept. 1267), et ***Jelál-ed-din Rasúla Ben Ahmed Tebbáni*** Hanefita anno 793 (inc. 9. Dec. 1390) defunctus. Commentarios non integros composuerunt Sheikh ***Shems-ed-din Mohammed Ben Hamza Fenári***, anno 834 (inc. 19. Sept, 1430) mortuus, cujus explicatio praefationem tantum complectitur — ***Alá-ed-din Ali Ben Mohammed***, vulgo ***Mosannifec*** appellatus et anno 775 (inc. 23. Jun. 1373) mortuus, qui operi suo nomen ***Tehrír*** imposuit — et Molla ***Mohammed Ben Ferámerz***, vulgo ***Molla Khosrew*** dictus et anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) defunctus; qui si opus suum ad finem perduxisset, studiosi voto suo perfecte potiti essent. — Sheikh ***Cásim Ibn Cotlubeghá*** Hanefita, qui anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) decessit, traditiones archetypi extraxit. — 845. Osúl el-acalím, principia climatum. — 846. Osúl el-terákíb, principia compositionum, auctore ***Mohammed Ben-elkhojendi.*** Compendium medicum, in duas partes dispositum et ita incipiens: Laus Deo quod nos in viam rectam direxit etc. Simile opus Sheikh doctissimum ***Nejíb-ed-din Mohammed Ben Ali Samarcandi*** auctorem habet. — 847. Osúl el-tesríf, principia flexionum grammaticalium, qui liber idem est cum praecedente ***Isás-el-tesríf.*** — 848. Osúl el-ta'bír, principia interpretationis somniorum, auctore ***Daniel.*** — 849. Osúl el-tewaríkh, principia historiarum. — 850. Osúl el-tauhíd, principia cultus unius Dei, auctore Imam ***Abu'lcásim El-***

ابى القاسم الصغار الحنفى ٨٥١ اصول الجبر والمقابلة لابى العباس احمد بن عثمان بن البناء الازدى ٨٥٢ اصول حسام الدين عمر بن عبد العزيز ابن مازه الشهيد سنة ٥٣٦ اوله الحمد لله مستحق الحمد بلا انقطاع الخ وهو مختصر مشتمل على فصول كثيرة ٨٥٣ اصول الحكم فى نظام العالم لحسن الكافى البسنوى الاقحصارى المتوفى سنة ١٠٢٥ رسالة على مقدمة واربعة ابواب وخاتمة اوله حمدا لك اللهم مالك الملك الخ الفه لما حضر فى الوقعة الكبرى والمعركة العظمى باكرى سنة ١٠٠٤ فاستحسنه الاكابر والتمسوا منه شرحه بالتركية فشرحه فى رجب سنة ١٠٠٥ ٨٥٤ اصول الخمسة التى بنى الاسلام عليها للشيخ ابى محمد الباهلى المتوفى سنة وللشيخ جعفر بن حرب ايضا وعلى الاول شرح لابى الحسين محمد بن على البصرى المتوفى سنة ٨٥٥ اصول الصيرفى هو الامام ابو بكر محمد بن عبد الله الشافعى المتوفى سنة ٣٣٠ وهو من الاصول المعتبرة فيما بينهم ٨٥٦ اصول الشيخ ابى صالح منصور بن ابى صالح ابن ابى جعفر السجستانى ٨٥٧ اصول العشرة للشيخ نجم الدين الكبرى

---

*Sughár* Hanefita. — 851. Osúl el-jebr we el-mocábilet, principia reductionis per aequationem, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Othmán Ben-elbenná Azdi.* — 852. Osúl, principia *Hosám-ed-dini Omar Ben Abd-el-azíz Ibn Mazeh* Martyris, qui martyrium subiit anno 536 (inc. 6. Aug. 1141). Compendium est multas sectiones complectens et ita incipit: Laus Deo laudem infinitam merenti etc. — 853. Osúl el-hukm, principia decreti de ordine mundi. Tractatus ex introductione, quatuor capitibus et conclusione constans, quem *Hasan Káfi Bosnewi Ac'hisári*, anno 1025 (inc. 10. Jan. 1616) defunctus, composuit, cum pugnae gravi et certamini acri ad Agriam anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) interesset. Incipit a verbis: Laudem Tibi, o Deus, imperium tenenti etc. Viri spectati librum approbarunt, utque eum turcice commentaretur, petierunt. Quod fecit mense Rejeb anni 1005 (inc. 15. Aug. 1596). — 854. El-Osúl El-Khamse, fundamenta quinque, quibus fides Islamica superstructa est, auctoribus Sheikh *Abu Mohammed Báhili*, anno . . . defuncto, et Sheikh *Jafar Ben Harb.* Ad priorem libellum *Abu'lhosein Mohammed Ben Ali Basri*, qui anno . . . obiit, commentarium composuit. — 855. Osúl El-Seirefi, principia Imami *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Seirefi* Shafiitae, anno 330 (inc. 26. Sept. 941) defuncti. Hic liber prae ceteris a sectae Shafiiticae asseclis magni aestimatur. — 856. Osúl, principia Sheikhi *Abu Sálih Mansur Ben Abi Sálih Ibn Abi Jafar Sejestáni.* — 857. Osúl el-ishret principia conversationis. Tractatus Sheikhi

رسالة شرحها بعض مشايخ الروم وسمّاه عرآئس الوصول اوله الحمد لله الذى سرّ وجوه عرآئس القدم الخ ٨٥٨ اصول القراات مختصر لشمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ ٨٥٩ اصول الكردرى هو الامام تاج الدين عبد الغفّار بن لقمان [بن محمد] الحنفى المتوفى سنة ٥٦٢ ٨٦٠ اصول الكلام للشيخ ابى سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ٢١٢ ٨٦١ اصول اللغة للشيخ عبد الواحد بن على بن برهان اللغوى المتوفى سنة ٤٦٣ ٨٦٢ اصول اللامشى هو الامام بدر الدين محمود بن زيد الحنفى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى وعد الجنّة للمطيعين الخ ٨٦٣ اصول المآب للشيخ ابى العلآء حسن بن احمد العطار الهمدانى [المقرى] المتوفى سنة [٥٦٩] ٨٦٤ اصول محمد بن عيسى الضرير المتوفى سنة فى ثمان مجلّدات ٨٦٥ اصول مذاهب العرفآء بالله للشيخ ابى ثابت محمد بن عبد الملك الديلمى المتوفى سنة ٨٦٦ اصول المرسكندى ٨٦٧ اصول يحيى الشبطوى الشاعر المتوفى فى حدود سنة الف تركىّ منظوم على مقامات وسبعة

---

***Nejm-ed-din Kobra***, quem unus Sheikhorum Rumeliae commentatus est, commentariumque suum inscripsit *Aráïs el-wosúl.* Incipit ita: Laus Deo qui facies sponsarum aeternitatis exhilarat etc. — 858. **Osúl el-ckiraát**, compendium de principiis recensionum coranicarum, auctore ***Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Jezeri***, mortuo anno 833 (inc. 30. Sept. 1429). — 859. **Osúl El-Kerderi**, principia Imami ***Táj-ed-din Abd-el-ghaffár Ben Locmán*** [***Ben Mohammed***] Hanefitae anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) defuncti. — 860. **Osúl el-kelám**, principia orationis, auctore Sheikh ***Abu Saïd Abd-el-melek Ben Coreib Asmaï***, mortuo anno 212 (inc. 2. Apr. 827). — 861. **Osúl el-loghet**, principia lexicologiae, auctore Sheikh ***Abd-el-wáhid Ben Ali Ben Borhán*** Lexicologo, mortuo anno 463 (inc. 9. Oct. 1070.) — 862. **Osúl El-Lámishi**, principia Imami ***Bedr-ed-din Mahmud Ben Zeid Lámishi*** Hanefitae, mortui anno .... Incipit ita: Laus Deo qui obedientibus Paradisum promisit etc. — 863. **Osúl el-ma'ab**, principia reditus ad Deum, auctore Sheikh ***Abu'lalá Hasan Ben Ahmed Attár Hemdáni*** [***Mucri***, i. e. Corani lectore], mortuo anno 569 (inc. 12. Aug. 1173). — 864. **Osúl**, principia ***Mohammedis Ben Isa Dherír***, anno ... defuncti. Octo volumina. — 865. **Osúl medzáhib el-orafá billah**, principia sectarum spiritualium Dei cultorum, auctore Sheikh ***Abu Thábit Mohammed Ben Abd-el-melek Deilemi***, anno ... defuncto. — 866. **Osúl El-Maraskendi.** — 867. **Osúl Yahya Shebtewi**, principia poëtae ***Yahya Shebtewi***, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortui. Poëma turcicum, in consessus, septem

شعب وخاتمة وهو مشتمل على لطائف ٨٦٨ اصول اليقنجى هو الشيخ محمد بن احمد ابن محمد الحنفى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى تكلّلت الالسن من شكره الخ ٨٦٩ الاصول والضوابط فى علم الحروف للفيلسوف سقراط كذا قيل له والصحيح انّه رسالة لبعض المشايخ ٨٧٠ الاصول والضوابط للشيخ الامام محيى الدين يحيى بن شرف النووى الشافعى المتوفى سنة ٦٧٦ ذكر فيه انّها قواعد واصول مهمّات ومقاصد مطويات يحتاج اليها طالب المذهب ٨٧١ الاضداد والضدّ فى اللغة يقع على معنيين متضادّين والمراد ههنا الالفاظ التى توقعها العرب على المتضادّة فيكون الحرف منها مؤدّيًا لمعنيين مختلفين بدلالة السباق والسياق كقولهم للاسود كافور وقال القائل شعر

كلّ شىء ما خلا الموت جَلَلْ    والفتى يسعى ويلهيه الامل

فدلّ ما قبل جلل وما بعده على ان معناه كلّ شىء ما خلا الموت يسير ولا يتوهّم ذو عقل

---

ramos et conclusionem divisum et multa facete dicta continens. 868. **Osúl El-Yacanji**, principia Sheikhi *Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed Yacanji* Hanefitae, anno ... defuncti. Incipit ita: Laus Deo qui linguas eorum, qui ipsi gratias agunt, coronat etc. — 869. **El-Osúl we-El-Dhewábit**, principia et regulae de doctrina literarum mystica, auctore, ut quidem vulgo dicitur, *Socrate* philosopho. Revera tamen hic tractatus Sheikh quendam auctorem habet. — 870. **El-Osúl we El-Dhewábit**, principia et regulae, auctore Sheikh Imam *Mohyi-ed-din Yahya Ben Sheref Newewi* Shafiita, mortuo anno 676 (inc. 4. Jun. 1277). Monet ille, librum continere praecepta primaria, principia gravia et propositiones principes implicatas, quibus doctrinae Shafiiticae studiosus carere non possit. — 871. **El-Adhdád**, verba sensum oppositum habentia. *Dhidd* lexicographice duos sensus habet invicem contrarios. Hoc loco eae voces intelliguntur, quas Arabes sensibus sibi invicem contrariis usurpant, ita ut si tantum literam earum spectas, sensus habeant varios, quorum uter locum habeat ex antecedentibus et contextu cognoscatur, ut si quis Nigritam *Kafur* appellat. Poëta dicit:

Quaevis res, si excipis mortem, levis est. Heros etiam tentat et spes eum lactat.

Hic tam quae vocem *jalal* (levis) praecedunt, quam quae sequuntur, demonstrant, sensum verbis inesse hunc: Quaevis res, excepta morte, levis momenti *(yesír)* est, nec ullus

وتمييز انّ الجلل ههنا معناه عظيم وصنّف فيه جمع من الادباء منهم الشيخ ابو سعيد عبد الملك بن قريب الاصمعى المتوفى سنة ٢١٢ وابو على محمد بن المستنير المعروف بقطرب النحوى المتوفى سنة ٢٠٦ وابو حاتم سهل بن محمد السجستانى المتوفى سنة ٢٥٠ وابو محمد عبد الله بن جعفر درستويه النحوى المتوفى سنة ٣٤٧ والامام ابو بكر محمد بن القاسم المعروف بابن الانبارى النحوى المتوفى سنة ٣٢٨ وسعيد بن مبارك ابن الدهّان النحوى المتوفى سنة ٥٦٩ والامام ابو الفضل حسن بن محمد الصغانى المتوفى سنة ٦٠٥ ومختصر كتاب ابن الانبارى للقاضى تقى الدين عبد القادر التميمى المصرى المتوفى سنة ١٠٠٥ ثمّ رتّب هذا المختصر ولده ملا حسن على الحروف اول المرتّب حمدًا لمن بحكمته الباهرة الخ

٨٧٢ اضوآء البهجة فى ابراز دقائق المنفرجة يأتى فى القاف

٨٧٣ اطباق الذهب لشرف الدين عبد المؤمن بن هبة الله المعروف بشقروه الاصفهانى المتوفى سنة مختصر اوله اللهم انا نحمدك على ما اسبلت علينا

---

qui sana mente et facultate verum a falso distinguendi praeditus est, opinabitur, *jalal* hoc loco idem esse atque *atzím* (magnum, grave). De vocibus ejusmodi plures philologi scripserunt, ut Sheikh *Abu Saíd Abd-el-melek Ben Coreib Asmaï*, anno 212 (inc. 2. Apr. 827) mortuus — *Abu Ali Mohammed Ben-elmostenír* Grammaticus, vulgo *Cotrob* dictus et anno 206 (inc. 6. Jun. 821) mortuus — *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 250 (inc. 13. Febr. 864) mortuus — *Abu Mohammed Abdallah Ben Jafar Dorostaweih* Grammaticus, anno 347 (inc. 25. Mart. 958) defunctus — Imam *Abu Bekr Mohammed Ben-elcásim* Grammaticus, vulgo *Ibn-elanbári* dictus et anno 328 (inc. 18. Oct. 939) defunctus — *Saíd Ben Mobárek Ibn-eldehhán* Grammaticus, anno 569 (inc. 12. Aug. 1173) defunctus — Imam *Abu'lfadhl Hasan Ben Mohammed Sagháni*, anno 605 (inc. 16. Jul. 1208) defunctus. Librum Imami *Ibn-elanbári* in compendium redegit Cadhi *Tacki-ed-din Abd-el-cádir Temími Misri*, qui anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) decessit. Postea Molla *Hasan* filius ejus hoc compendium in ordinem alphabeticum digessit, et haec editio ita incipit: Laus ei qui sapientia sua splendida etc. — 872. Adhwá el-behjet, lumina splendoris de demonstratione subtilitatum in carmine *Monfarijet*. Videatur litera *Cáf* sub *Casída*. — 873. Atbác el-dzeheb, disci aurei, auctore *Sheref-ed-din Abd-el-mumin Ben Hibat-allah Isfaháni*, vulgo *Shacruh* appellatus et anno . . . mortuus. Compendium ita incipiens: O Deus, nos Te laudamus pro eo quo nos perfudisti etc. Monet auctor, se ad illud componendum

الخ ذكر فيه انّه اشار الى تأليفه ولى من اولياء الله سبحانه وتعالى فألّف كاطواق الذهب ورتّب على مائة مقالة عارض بها اطواق الزمخشرى ٨٧٤ اطراف الاشراف للسيوطى سبق فى الاشراف ٨٧٥ اطراف الصحيحين للشيخ الحافظ الامام ابى مسعود ابرهيم بن محمد بن عبيد الدمشقى المتوفى سنة ٤٠٠ ولابى محمد خلف بن محمد بن على [بن حمدون] الواسطى المتوفى سنة [٤٠١] ذكرهما الحافظ ابو القاسم ابن عساكر فى اول الاشراف وقال وكان كتاب خلف احسنهما ترتيبًا ورسمًا واقلّهما خطآء ووهمًا كتاب كفّينا فيه من اراد تعلّمه ولذلك لم يشتغل بآخر احد ولابى نعيم احمد بن عبد الله الاصفهانى المتوفى سنة ٤٣٠ وللحافظ ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٨٧٦ اطراف الكتب الستة للشيخ شمس الدين محمد بن طاهر المقدسى المتوفى سنة ٥٠٧ قال ابن عساكر فى الاشراف وهو اطراف الستة ايضا جمع فيه اطراف السنن واضاف اليها اطراف الصحيحين وابن

---

ab uno amicorum Dei laudati et excelsi excitatum esse, ideoque se librum ad modum operis *Atwác el-dzeheb* scripsisse. Disposuit totum in centum tractatus, in quibus imitatus est opus *Atwác*, cujus auctor *Zamakhsheri* est. — 874. Atsráf el-ishráf, auctore *Soyuti*. Vide antea sub *Ishráf*. — 875. Atráf El-Sahíhein, indices ad duo opera traditionalia *Sahíh*, auctoribus Sheikh Hafitz Imam *Abu Mes'ud Ibrahim Ben Mohammed Ben Obeid Dimeshcki*, anno 400 (inc. 25. Aug. 1009) defuncto, et *Abu Mohammed Khalaf Ben Mohammed Ben Ali* [*Ben Hemdun*] *Wásiti*, anno [401 (inc. 15. Aug. 1010)] defuncto. — Utrumque librum Hafitz *Abu'lcásim Ibn Asákir* in initio operis *Ishráf* commemorat. Liber *Khalaf*i, inquit, tum ob dispositionem et dictionem, tum propter minorem vitiorum et errorum numerum alteri praeferendus est, in quo eum sufficientiam inventurum esse affirmamus, qui illum tractare vult, eamque ob causam nullus in quoquam alio operam ponit. Hos secuti sunt *Abu Naím Ahmed Ben Abdallah Isfaháni*, anno 430 (inc. 3. Oct. 1083) defunctus, et Hafitz *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, qui anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) obiit. — 876. Atráf el-cotob el-sittet, indices ad sex libros traditionum canonicos, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Táhir Mocaddesi*, mortuo anno 507 (inc. 18. Jun. 1113). — *Ibn Asákir* in opere *Ishráf*, quod pariter indices illorum sex librorum continet: In illo, inquit, indices operum *Sonen* collegit adjunctis indicibus duorum *Sahíh* et *Ibn Majeh*, ita ut me meorum collectorum satietas caperet. Deinde vero librum examinavi et

ماجه فوجدت فيما كنت جمعته ثم انى سبرته واختبرته فظهرت فيه امارات النقص والقينه مشتملا على اوهام كثيرة وترتيبه مختل راعى الحروف تارة وطرحها اخرى انتهى ومن ثم لخصها شمس الدين محمد بن على [بن الحرم] الحسينى الدمشقى ورتّب احسن ترتيب ومات سنة ٧٦٥ وللحافظ جمال الدين [ابى الحجاج] يوسف بن عبد الرحمن المزى المتوفى سنة ٧٤٢ وفيه ايضا اوهام جمعها ابو زرعة احمد بن عبد الرحيم ابن العراقى المتوفى سنة ٨٢٠. ومختصر اطراف المزّى للحافظ شمس الدين محمد بن احمد الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ [وللحافظ شمس الدين محمد بن على بن الحسن الحسينى الدمشقى ايضا] ٨٧٧ اطراف المسند المعتلى باطراف المسند الحنبلى مجلّدين لابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ افرده من كتابه اتحاف المهرة باطراف العشرة وله اطراف المختارة مجلّد ضخم . ٨٧٨ اطراف التواريخ للامام عبد الله بن اسعد اليافعى اليمنى المتوفى سنة ٧٧١

---

exploravi; quo factum est, ut in eo signa defectus apparerent, illumque multos errores et dispositionem vitiosam continere invenirem, quae modo ordinem alphabeticum sequebatur, modo evertebat. — Haec ille. — Inter eos, qui potiora indicum separatim ediderunt, fuit *Shems-ed-din Mohammed Ben Ali* [*Ben-elharam*] *Hoseini Dimeshcki*, qui suum opus optime disposuit et anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) obiit. Indices aeque composuit Háfitz *Jemál-ed-din* [*Abu'lhejjáj*] *Yusuf Ben Abd-el-rahman Mizzi*, qui anno 742 (inc. 17. Jun. 1341) decessit. Nec hujus viri opus erroribus caret, eosque *Abu Zar'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Ibn-elirácki*, anno 820 (inc. 18. Febr. 1417) defunctus, collegit. Indices *El-Mizzii* in compendium redegerunt Háfitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuus [et Háfitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Ali Ben-elhasan Hoseini Dimeshcki*]. — 877. **Itráf el-mosnad el-moteli**, renovatio adminiculi alti ope indicum ad *Mosnad* Imami *Ibn Hanbal*. Duo volumina, quae *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuus, separatim e libro suo *Ithâf el-maharat bi atrâf el-asharat* edidit. Idem in volumine crasso indices ad traditiones selectas composuit. — 878. **Atráf el-tewáríkh**, indices historiarum, auctore Imam *Abdallah Ben As'ad Yáfii Yemeni*, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) defuncto.

٨٧٩ علم الاطعمة والمزورات

ذكره مولى ابو الخير من فروع علم الطبّ وقال هو علم باحث عن كيفيّة تركيب الاطعمة اللذيذة والنافعة بحسب الامزجة ورأيت فيه تصنيفًا انتهى ولا يخفى انّه صناعة الطبخ وفيه الذبيح فى الطبيخ

٨٨٠ اطلاع على منادمة الصباح لمحمد بن اسحق اليغمورى المتوفى سنة ٦٧٩ ٨٨١ اطلاع على حجة الوداع للشيخ برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ ٨٨٢ اطواق الذهب للعلّامة جار الله محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ وهو مختصر مشتمل على مائة مقالة كالمقامة اوله احمده على ما ادرج لى من الآية الخ خاطب فى كلّ صدر مقامة نفسه وقال يا ابا القاسم الخ ٨٨٣ اطول من شروح تلخيص المفتاح يأتى فى التاء ٨٨٤ اطيب الطيّب للشيخ ابى العباس احمد بن يحيى المعروف بابن ابى حجلة التلمسانى المتوفى سنة ٧٧٦

---

879. **Ilm el-at'imet we el-mazurát.** **Doctrina ciborum et zythorum parandorum.**

Molla *Abu'lkheir* hanc doctrinam inter partes speciales medicinae refert, dicitque esse doctrinam, quae de ratione quaerit, qua cibi sapidi et salubres temperamentis convenienter componendi sint, seque librum de hac doctrina vidisse. Haec ille. — At dubium nullum est, quin haec coquinaria sit, de qua agit opus *Dzebîh fi el-tebîkh.*

880. **Ittilá'**, contemplatio de compotatione domesticorum, auctore *Mohammed Ben Is'hac Yaghmúri*, mortuo anno 679 (inc. 3. Mai. 1280). — 881. **Ittilá' ala hajjet el-wedá'** contemplatio de peregrinatione valedictionis, auctore Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï*, mortuo anno 885 (inc. 13. Mart. 1480). — 882. **Atwác el-dzeheb**, torques aureae, auctore viro doctissimo *Járallah Mahmud Ben Omar Zamakhsheri*, mortuo anno 538 (inc. 16. Jul. 1143). Compendium centum tractatus ad instar consessuum continens et ita incipiens: Laudo eum pro beneficiis, quae in me contulit etc. — In initio singulorum tractatuum se ipsum alloquitur verbis: O *Abu'lcásim* etc. — 883. **Atwal**, longissimus commentariorum ad opus *Telkhîs el-miftáh*, de quo litera *Tá* videatur. — 884. **Atyab el-tayyib**, suavissimus odorum, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya Tilimsáni*, vulgo *Ibn Abi Hejla* dicto et anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuo. — 885. **Itzhár el-asrár**

٨٨٥ اظهار الاسرار وابداء الانوار من كتب علم الحروف ٨٨٦ اظهار الاسرار فى النحو للفاضل محمد بن پير على الشهير ببركلى المتوفى سنة ٩٨١ وهو مختصر مفيد وشرحه مصلح الدين الاولامشى من تلامذة المصنّف شرحًا نافعًا وسمّاه كشف الاسرار اوله الحمد لله ولى الانعام الخ ولابرهيم المعروف بابن القصّاب ايضا شرح لطيف لهذا المتن ٨٨٧ اظهار الاسرار فى القراة ٨٨٨ اظهار تبديل اليهود والنصارى فى التوراة والانجيل وبيان تناقض ما بايديهم من ذلك ممّا لا يحتمل التأويل للشيخ ابى محمد على بن احمد الاموى المتوفى سنة ٤٥٦

٨٨٩ اظهار الرموز وابداء الكنوز للشيخ ابى العباس احمد بن على البونى المتوفى سنة

٨٩٠ اظهار السرّ المودع فى العمل بالربع المقطوع للشيخ محمد بن محمد المارديني المتوفى سنة وله مختصره المسمّى بكفاية القنوع فى العمل بالربع المقطوع وهو على مقدّمة وخمسة عشر بابًا

٨٩١ اظهار العجائب من اسطرلاب الغائب لمحيى الدين ابى المعالى مرتفع بن حسن

---

we ibdá el-anwár, demonstratio arcanorum et manifestatio luminum. Liber de virtutibus literarum secretis. — 886. Itzhár el-asrár, manifestatio arcanorum, compendium de grammatica admodum utile, auctore viro bene merito *Mohammed Ben Pír Ali*, vulgo *Birgili* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo. Illud commentatus est *Moslih-ed-din Ulámishi* unus discipulorum auctoris, et hunc commentarium utilem *Kashf el-asrár* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo beneficiorum datori etc. *Ibrahim* quoque vulgo *Ibn-elcassáb* dictus commentarium venustum ad hunc textum edidit. — 887. Itzhár el-asrár, manifestatio arcanorum de arte Coranum legendi. — 888. Itzhár tebdíl El-Yehúd we El-Nesára, detectio interpolationis, quam Judaei et Christiani in libris Mosaicis et Evangelio admiserunt, et demonstratio contradictionis mutuae locorum qui penes eos sunt talium, ut perversam interpretationem non admittant, auctore Sheikh *Abu Mohammed Ali Ben Ahmed* Omayyada, mortuo anno 456 (inc. 25. Dec. 1063). — 889. Itzhár el-romúz we ibdá el-konúz, explicatio signorum aenigmaticorum et detectio thesaurorum, auctore Sheikh *Abu'labbás Ahmed Ben Ali Buni*, mortuo anno . . . . — 890. Itzhár el-sirr el-muda', detectio arcani depositi in usu quadrantis resecti, auctore Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Marídíni*, anno . . . mortuo. Idem hunc librum in compendium redegit in introductionem et quindecim capita dispositum et ita inscriptum: *Kifáyet el-conú' fi el-aml bil-rob' el-mactú'*. — 891. Itzhár el-ajáïb, manifestatio miraculorum ex astrolabio arcani. Tractatus de astrolabio, auctore *Mohyi-ed-din Abu'lmeáli*

الساعاتى وهو رسالة فى الاسطرلاب ٨٩٢ اظهار العصر لاسرار اهل العصر وهو ذيل انبآء الغمر سيأتى قريبًا ٨٩٣ اظهار الفتاوى للقاضى شرف الدين [هبة الله بن عبد الرحيم بن ابرهيم] الشهير بابن البارزى الحموى الشافعى المتوفى سنة [٧٣٨] ٨٩٤ اظهار نعمة الاسلام واشهار نقمة الاجرام سينيّة نظمها الشيخ ابو الفضل محمد بن النجّار الحنفى المتوفى فى سنة اولها شعر

من بعد حمد وتسبيح وتقديس    لله عن افك ذى كفر وتلبيس

ذكر فيه احكام اهل الذمّة ولها شرح لطيف ممزوج لمحمد بن ابى اللطيف المقدسى الشافعى المتوفى سنة سمّاه بحر الكلام ونحر اللثام [اوله الحمد لله الذى شرع وشرح الصدور الخ] ٨٩٥ اعاجيب العويصات لعبيد الله بن محمد الكاتب ٨٩٦ اعانة الانسان على احكام اللسان للقاضى عزّ الدين محمد بن ابى بكر المعروف بابن جماعة الكنانى المتوفى سنة ٨١٩ ٨٩٧ اعانة الفارض فى تصحيح واقعات الفرآئض للمولى فضيل بن على

---

*Murtefi' Ben Hasan Saáti.* — 892. **Itzhár el-osr**, demonstratio confugii, quae ad cognitionem aequalium ducit. Continuatur in hoc libro opus *Inbá el-ghomr* mox commemorandum. — 893. **Itzhár el-fetáwa**, manifestatio decretorum Muftii, auctore judice *Sheref-ed-din* [*Hibatallah Ben Abd-el-rehim Ben Ibrahim*] *Hamawi* Shafiita, vulgo *Ibn-elbarizi* dicto et anno [738 (inc. 30. Jul. 1337)] mortuo. — 894. **Itzhár ni'met El-Islám**, manifestatio gratiae Islami et demonstratio poenarum peccatorum. Poëma in *Sín* desinens (*Siníye*), quod Sheikh *Abu'lfadhl Mohammed Ben-elnejjár* Hanefita, anno ... defunctus, condidit. Incipit ita:

Post Dei laudem, celebrationem et sanctificationem a mendaciis infidelium et praestigiatorum.

Recenset in eo statuta de clientibus (i. e. Judaeis et Christianis). *Mohammed Ben Abi'l-letíf Mocaddesi* Shafiita, qui anno ... obiit, commentarium elegantem ad illud poëma composuit, cui textum admiscuit et nomen dedit: *Bahr-el-kelám we nahr el-liyám*. — [Incipit ita: Laus Deo qui leges tulit et pectora aperuit etc.]. — 895. **Aájíb el-awisát**, miracula dictionum inusitatarum, auctore *Obeidallah Ben Mohammed El-Kátib*. — 896. **Y'ánet el-insán**, opitulatio hominis ad firmitatem linguae, auctore Cadhi *Izz-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Kináni*, vulgo *Ibn Jemáa* dicto et anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo. — 897. **Y'ánet el-fáridh**, opitulatio ejus qui sancit, de stabiliendis casibus [juris hereditarii et] hereditatum,

[بن احمد] الجمالی الحنفی المتوفی سنة ٩٩١ وهو متن مختصر جامع وله شرحه المسمّی بعون الرآئض ٨٩٨ الاعتبار ببقآء الجنّة والنار لتقی الدین علی بن عبد الكافی السبكی الشافعی المتوفی سنة ٧٥٦ ٨٩٩ الاعتراض المبدی لوهم التاج الكندی لمحمد بن علی بن غالب الجزری المتوفی سنة ألّفه فی ردّه لمّا سئل عن الفرق بین طلّقتك ان دخلت الدار وبین ان دخلت الدار طلّقتك ووهم فیما كتبه جوابًا عنه فبیّنه ٩٠٠ الاعتراض والتولّی عمّن لا یحسن ویصلی للشیخ جلال الدین عبد الرحمن السیوطی مات سنة ٩١١ وهو من الرسآئل النحویّة له علی ما ذكره فی فهرس مؤلّفاته ٩٠١ الاعتصام فی الحدیث للامام الحافظ ابی الحسن علی بن خلف ابن [عبد الملك بن] بطال المالكی المتوفی سنة [٤٤٩] ولابی بكر محمد بن الیمان السمرقندی المتوفی سنة ٢٦٨ ٩٠٢ الاعتصام فی الخلاف للامام ابی حفص عمر بن محمد [بن علی الشیرازی] السرخسی الشافعی المتوفی سنة ٥٢٩ وله فیه الاعتصاد ایضا

---

auctore Molla ***Fadhil Ben Ali*** [***Ben Ahmed***] ***Jemáli*** Hanefita, mortuo anno 991 (inc. 15. Jan. 1583). — Textus compendiosus quidem at materia uberrimus, ad quem commentarium confecit inscriptum „***Aun el-ráidh.***“ — 898. **El-Itibár bi becá el-djannet we el-nár**, documentum ex aeternitate paradisi et ignis captum, auctore ***Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*** Shafiita, mortuo anno 756 (inc. 16. Jan. 1355). — 899. **El-Itirádh El-Mubdi**, confutatio errores demonstrans ***Táj-ed-din*****i** ***Kindi.*** ***Mohammed Ben Ali Ben Ghálib Jezeri***, qui anno . . . obiit, hunc tractatum ad ***Táj-ed-din*** refellendum composuit, cum hic de discrimine inter formulas „Dimisero te, si domum intraveris,“ et „Si domum intras, dimitto te“ consultus esset et in dato responso in errores incidisset. Qua de causa ***Mohammed*** in hac epexegesi rem explicuit. — 900. **El-Itirádh we El-Tawalli**, oppositio et aversio ab eo qui neque bene facit neque precatur, auctore Sheikh ***Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti***, mortuo anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). Pertinet opus ad ejus tractatus grammaticos, ut ipse in indice operum suorum monet. — 901. **El-Itisám**, liber subsidiarius, sub quo titulo de doctrina traditionali scripserunt Imam Hafitz ***Abu'lhasan Ali Ben Khalaf Ben*** [***Abd-el-melek Ben***] ***Bettál*** Malikita, qui anno [449 (inc. 10. Mart. 1057)] obiit et ***Abu Bekr Mohammed Ben-elyemán Samarcandi***, qui anno 268 (inc. 1. Aug. 881) decessit. — 902. **El-Itisám**, liber subsidiarius de arte dialectica, auctore Imam ***Abu Hafs Omar Ben Mohammed*** [***Ben Ali Shirázi***] ***Serakhsi*** Shafiita, anno 529 (inc. 22. Oct. 1134) defuncto. Idem de hac materia

٩٠٣ الاعتضاد فى الظآء والضاد قصيدة للشيخ ابى عبد الله محمد بن عبد الله المعروف بابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ ٩٠٤ الاعتقاد الصحيح والانتقاد الرجيح للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ٩٠٥ اعتلال القلوب للشيخ ابى بكر محمد بن جعفر الخرائطى السامرى المتوفى سنة ٣٢٧ ٩٠٦ اعتلال ابى حنيفة [والاحتجاج بقوله وهو تسعون جزءا] للشيخ الاديب محمد بن عبد الله الشهير بابن عبدون الرعينى الحنفى المتوفى سنة ٢٩٩ ٩٠٧ اعتماد الاعتقاد للشيخ الامام حافظ الدين عبد الله بن احمد النسفى الحنفى المتوفى سنة ٧١٠ ٩٠٨ الاعتماد الامدى فى الاعتماد الامدى لزين الدين سريجا بن محمد الملطى مات سنة ٧٨٨ ٩٠٩ الاعتماد والتوكّل على ذى التكفّل لجلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهو من الرسآئل الحديثيّة له على ما ذكره فى فهرس مؤلفاته ٩١٠ الاعتماد فى الادوية المفردة للشيخ احمد بن ابرهيم المعروف بابن الجزار الطبيب

---

scripsit librum *Itidhád.* — 903. **El-Itidhád**, auxilii imploratio. *Casída* de literis *Tzá* et *Dhád*, a Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah* Grammatico, *Ibn Málik* cognominato et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo, confecta. — 904. **El-Iticád El-Sahíh we El-Inticád El-Rejíh**, fides sana et exploratio perfecta, auctore Sheikh *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, mortuo anno 788 (inc. 2. Febr. 1386). — 905. **Itilál el-colúb**, excusatio cordium speciosa, auctore Sheikh *Abu Bekr Mohammed Ben Jafar Khorräita Sameri*, mortuo anno 327 (inc. 29. Oct. 938). — 906. **Itilál Abi Hanífa**, excusatio ex dictis *Abu Hanifae*, quaesita [nonaginta fasciculi], auctore Sheikh Philologo *Mohammed Ben Abdallah Ro'eini*, Hanefita, vulgo *Ibn Abdun* dicto et anno 299 (inc. 29. Aug. 911) mortuo. — 907. **Itimád el-iticád**, columen fidei, auctore Sheikh Imam *Hafitz-ed-din Abdallah Ben Ahmed Nesefi* Hanefita, mortuo anno 710 (inc. 31. Mai. 1310). — 908. **El-Itimád El-Amedi fi el-itimád el-amedi**, columen vitae, auctore *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti,* mortuo anno 788 (inc. 2. Febr. 1386). — 909. **El-Itimád we El-Tawakkul**, fulcrum et fiducia in eo qui tutelam suscipit, auctore *Jelál-ed-din Soyuti*, mortuo anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). Est unus tractatuum ejus de re traditionaria, ut ipse in catalogo librorum suorum monet. — 910. **El-Itimád**, adminiculum de medicamentis simplicibus, auctore Sheikh *Ahmed Ben Ibrahim Ifrícki* Medico, vulgo *Ibn-eljezzár* dicto et

الافريقى المتوفى فى حدود سنة ٤٠٠ ٩١١ الاعتناء فى شان من يقتنى للشيخ الاديب عبد النافع بن عراق المدنى المتوفى سنة وهو رسالة فى فضائل الحبوش كما ذكر فى الطراز المنقوش ٩١٢ الاعجاب فى علم الاعراب للامام زين المشايخ محمد بن ابى القاسم البقالى الحنفى المتوفى سنة ٥٦٢ ٩١٣ الاعجاب ببيان الاسباب لابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ وهو فى مجلد ضخم فى اسباب النزول ٩١٤ اعجاز الايجاز للشيخ ابى منصور عبد الملك بن محمد الثعالبى المتوفى سنة ٤٣٠ ومختصره للامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ ٩١٥ اعجاز البيان فى كشف بعض اسرار امّ القرآن للشيخ العلّامة صدر الدين محمد بن اسحق القونوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو تفسير الفاتحة اوله الحمد لله الذى بطن فى حجاب عزّ غيبه الاحمى الخ ذكر فيه انّه لم يمزج كلامه بنقل اقاويل اهل التفسير ولا العاقلين المتفكّرين غير ما يوجبه حكم اللسان من حيث الارتباط بل اكتفى بالهبات الآلهيّة والواردات الصمديّة

---

circa annum 400 (inc. 25. Aug. 1009) mortuo. — 911. El-Itiná, observatio attenta status eorum (servorum), qui comparantur, auctore Sheikh Philologo *Abd-el-náfi' Ben Irác Medeni*, mortuo anno . . . . Tractatus est de virtutibus Habessinorum, ut in *El-Tiráz El-Mancúsh* monetur. — 912. El-Ijáb fi ilm el-iráb, mirabilis explicatio de doctrina flexionum finalium, auctore Imam *Zein-elmeshâikh Mohammed Ben Abi'lcásim Beccáli* Hanefita, mortuo anno 562 (inc. 28. Oct. 1166). — 913. El-Ijáb bi beyán el-asbáb, opus mirabile in demonstratione causarum. Volumen crassum de causis revelationis versuum coranicorum, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, mortuo anno 852 (inc. 7. Mart. 1448). — 914. Ijáz el-ijáz, breviloquentia mira, auctore Sheikh *Abu Mansúr Abd-el-melek Ben Mohammed Theálebi*, mortuo anno 430 (inc. 3. Oct. 1038). Epitomen hujus libri confecit Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, qui anno 606 (inc. 6. Jul. 1209) decessit. — 915. Ijáz el-beyán, demonstratio mira de manifestatione nonnullorum arcanorum matris Corani (i. e. primae Suratae). Commentarius primae Suratae, a Sheikh eruditissimo *Sadr-ed-din Mohammed Ben Is'hac Cunewi*, qui anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) obiit, confectus. Incipit ita: Laus Deo, qui sub velo pretiosa sua arcana perbene asservata abscondidit etc. Monet auctor, se suis verbis commenta interpretum et philosophantium non admiscuisse, qui res alias meditentur quam lex linguae requirat habita contextus ratione, at vero se in donis divinis et revelationibus aeternis acquievisse.

٩١٦ علم اعجاز القرآن

ذكره المولى ابو الخير من جملة فروع علم التفسير وقال صنّف فيه جماعة فذكر منهم الخطابى والرمانى والرازى

٩١٧ اعجاز القرآن لابى عبد الله محمد بن زيد الواسطى المتوفى سنة ٣٠٦ وشرحه الشيخ عبد القاهر بن عبد الرحمن الجرجانى المتوفى سنة ٤٧٤ شرحين كبيرًا وسمّاه المعتضد وصغيرًا وممّن صنّف فيه الامام فخر الدين محمد بن عمر الرازى المتوفى سنة ٦٠٦ والامام حمد بن محمد الخطابى المتوفى سنة [٣٨٨] والقاضى ابو بكر الباقلانى وابن سراقة من حيث الاعداد ذكر فيه من واحد الى الوف والرمانى وابن ابى الاصبع والزملكانى والرويانى ٩١٨ اعجاز المناظرين فى الخلاف لعبد الله الكاشغرى الخانقاهى وهو مختصر على خمسة فصول اجاب فيه عن الاعتراضات التى كتبها القلانسى على الادلّة الشرعيّة سوى الاجماع واجاب ايضا عما ورد عليه اوله الحمد لله الذى هدانا الى الرشاد الخ ٩١٩ الاعجاز فى الاحاجى والالغاز للشيخ ابى المعالى سعد

---

**916. Ilm ijáz El-Cor'an.** Doctrina de excellentia mira dictionis coranicae.

Molla *Abu'lkheir* eam inter partes exegeseos coranicae speciales commemorat, multosque ut *Khattábi*, *Rommáni*, *Rázi*, de ea scripsisse dicit.

917. **Ijáz El-Cor'an**, excellentia mira dictionis coranicae, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Zeid Wásiti*, anno 306 (inc. 14. Jun. 918) mortuo. In hunc librum Sheikh *Abd-el-cáhir Ben Abd-el-rahman Jorjáni*, anno 474 (inc. 11. Jun. 1081) defunctus, duplicem commentarium confecit, majorem *Motedhed* inscriptum et minorem. Plures alii de eadem materia scripserunt, ut Imam *Fakhr-ed-din Mohammed Ben Omar Rázi*, qui anno 606. (inc. 6. Jul. 1209) obiit — Imam *Hamd Ben Mohammed Khattábi*, anno [388 (inc. 3. Jan. 998)] mortuus — Cadhi *Abu Bekr Backiláni* — *Ibn Soráca* ratione habita numerorum a primo incipiens et ad millia usque progrediens — *Rommáni* — *Ibn Abi'lasba'* — *Zamlekáni* — *Ruyáni.* — 918. **Ijáz el-monátzirín**, dictio mira disputantium. Compendium de dialectica in sectiones quinque divisum, in quo *Abdallah Kashghári Khancáhi* ad contradictiones respondet, quas *Calánisi* contra argumenta ex lege repetita, exceptis iis, quae communi virorum doctorum consensu stabiliuntur, scripserat. Simul ea refutat, quae contra se ipsum disputata fuerant. Incipit ita: Laus Deo, qui nos ad viam rectam duxit etc. — 919. **El-Ijáz**, mira dictionis excellentia in logis et aenigmatibus, auctoribus Sheikh

ابن على الوراق الحظيرى المتوفى سنة ٥٦٨ ولصائن الدين الحنبلى ٩٢٠ اعجاز فى الاعتراض على الادلّة الشرعيّة لجمال الدين محمود بن احمد القونوى ثم الدمشقى المتوفى سنة ٧٧٠ ٩٢١ اعجب العجب فى شرح لاميّة العرب يأتى فى اللام ٩٢٢ اعجوبة الفتاوى مختصر على مذهب ابى حنيفة يشتمل على اربعة عشر كتاباً اوله الحمد لله ربّ العالمين الخ

٩٢٣ علم اعداد الوفق

ذكره من فروع علم العدد سيأتى بيانه فى علم الوفق

٩٢٤ اعداد الزاد بشرح ذخر المعاد يأتى فى الذال ٩٢٥ اعذب المناهل فى حديث من قال انا عالم فهو جاهل للشيخ جلال الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة اوردها فى الحاوى له

٩٢٦ علم اعراب القرآن

وهو من فروع علم التفسير على ما فى مفتاح السعادة لكنّه فى الحقيقة هو من علم النحو

---

***Abu'lmeáli Sa'd Ben Ali Werrác Hatzíri***, mortuo anno 568 (inc. 23. Aug. 1172), et ***Sáïn-ed-din*** Hanbalita. — 920. **Ijáz**, dictio mira in iis, quae argumentis legalibus objiciuntur, auctore ***Jemál-ed-din Mahmud Ben Ahmed***, primum Iconii, deinde Damasci inquilino et anno 770 (inc. 16. Aug. 1368) mortuo. — 921. **Ajab el-ajab**, mirabilissima mirabilium. Commentarius carminis ***Lamíyet El-Arab***, de quo litera ***Lám*** videatur. — 922. **Ojúbet el-fetáwa**, miraculum responsorum juridicorum. Compendium ad mentem ***Abu Hanifa***e quatuordecim libros comprehendens. Incipit ita: Laus Deo mundorum domino etc. —

923. **Ilm adád el-wafc.** Doctrina de numeris quadratorum talismanicorum.

***Abu'lkheir*** refert eam inter partes arithmeticae speciales; accuratius autem infra sub ***Ilm el-wafc*** describetur.

924. **Idád el-zád**, praeparatio viatici. Commentarius libri ***Dzokhr el-meád***, de quo litera ***Dzál*** videatur. — 925. **Adzab el-menáhil**, dulcissima aquationum. Tractatus de effato prophetae „Qui dicit: Ego gnarus sum, certe ignarus est," a Sheikh ***Jelál-ed-din Soyuti***, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit, compositus et operi suo ***El-Háwi*** insertus.

926. **Ilm iráb El-Cor'an.** Doctrina flexionum finalium coranicarum.

Ut auctori operis ***Miftáh el-seádet*** placet, haec doctrina in partibus exegeseos coranicae specialibus numeranda est. Revera tamen ad grammaticam pertinet, eamque

وعدّه علمًا مستقلًا ليس كما ينبغي وكذا سآئر ما ذكره السيوطي في الاتقان من الانواع فانّه عدّ علومًا كما سبق في المقدّمة ثمّ ذكر ما يجب على المعرب مراعاته من الامور التي ينبغي ان يجعل مقدّمة لكتاب اعراب القرآن ولكنّه اراد تكثير العلوم والفوآئد وهذا النوع افرده بالتصنيف جماعة منهم الشيخ الامام مكي بن ابي طالب القيسي النحوي المتوفى سنة ٤٣٧ اوله امّا بعد حمد الله جلّ ذكره الخ وكتابه في المشكل خاصّة وابو الحسن على بن ابرهيم الحوفي النحوي المتوفى في سنة ثلثين واربعمائة وكتابه اوضحها وهو في عشر مجلّدات وابو البقآء عبد الله بن الحسين العكبري النحوي المتوفى سنة ٦١٦ وكتابه اشهرها وسمّاه التبيان اوله الحمد لله الذي وفقنا لحفظ كتابه الخ وابو اسحق ابرهيم بن محمد السفاقسي المتوفى سنة ٧٤٢ وكتابه احسن منه وهو في مجلّدات سمّاه المجيد في اعراب القران المجيد اوله الحمد لله الذي شرفنا بحفظ كتابه الخ ذكر فيه البحر لشيخه ابي حيان ومدحه ثم قال لكنّه سلك سبيل المفسرين في الجمع بين التفسير والاعراب فتفرق فيه المقصود فاستخار في تلخيصه

---

doctrinam absolutam habere vix licitum est. Idem de ceteris exegeseos coranicae speciebus dicendum est, quas *Soyuti* in opere *Itcán* recenset et in doctrinis integris numerat, ut in praefatione demonstravimus. Deinde res commemorat ei, qui flexiones illas tractat, observandas tales quales non nisi praefationi libri de flexionibus finalibus coranicis inserere convenit; attamen doctrinas et institutiones utiles multiplicare voluit. — Hanc partem grammaticae specialem plures separatim in scriptis tractarunt, ut Sheikh Imam *Mekki Ben Abi Tálib Caisi* Grammaticus, qui anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) obiit et in libro suo, qui ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudetur Deus, cujus nomen gloriosum est etc., difficultates praecipue tractat — *Abu'lhasan Ali Ben Ibrahim Haufi* Grammaticus, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) defunctus, cujus liber decem voluminibus comprehensus omnium planissimus est — *Abu'lbecá Abdallah Ben-elhosein Akberi* Grammaticus, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuus, cujus opus, *Tubyán* inscriptum et omnium celeberrimum, ita incipit: Laus Deo, qui nos tam felices reddidit, ut librum ipsius memoria teneremus etc. — *Abu Is'hac Ibrahim Ben Mohammed Sefácusi*, anno 742 (inc. 17. Jun. 1341) mortuus. Liber ejus praecedentem venustate superat et plura volumina comprehendit. Inscriptus est *El-Mujíd fi irâb El-Cor'an el-mejíd* et incipit ita: Laus Deo, qui nos tam nobiles reddidit, ut librum ipsius memoria teneremus etc. Auctor mentionem facit operis *El-Bahr*, ab *Abu Heyyán* Sheikh suo compositi, illudque laudat. Tum: Sequitur tamen, inquit, methodum interpretum Corani, qui exegesin cum doctrina de flexionibus finalibus conjungunt, ita ut

وجمع ما بقى فى كتاب ابى البقآء من اعرابه لكونه كتاباً قد عكف الناس عليه فضمّه اليه بعلامة الميم واورد ما كان له بقلت ولمّا كان كتاباً كبير الحجم فى مجلّدات لخّصه الشيخ [شمس الدين] محمد بن عبد الله الصرخدى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٢ واعترض عليه فى مواضع واما كتاب الشيخ شهاب الدين احمد بن يوسف المعروف بالسمين الحلبى المتوفى سنة ٧٥٦ فهو مع اشتماله على غيره اجلّ ما صنّف فيه لانّه جمع العلوم الخمسة الاعراب والتصريف واللغة والمعانى والبيان ولذلك قال السيوطى فى الاتقان هو مشتمل على حشو وتطويل لخّصه السفاقسى فجوّده انتهى وهو وهم منه لانّ السفاقسى ما لخّص اعرابه منه بل من البحر كما عرفت والسمين لخّصه ايضا من البحر فى حياة شيخه ابى حيان وناقشه فيه كثيرًا وسمّاه الدرّ المصون فى علم الكتاب المكنون اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ وفرغ عنه فى اواسط رجب سنة ٧٣٤ فائدة اوردها تقى الدين فى طبقاته وهى

---

argumentum libri in diversa abeat. Potiora selegit etiam in *Telkhís* suo, in eoque terminationes, quas *Abu'lbecá* in libro suo intactas reliquerat, collegit et quoniam in eo legendo homines assidui erant, operi suo, litera *Mím* praeposita, inseruit, sua autem verbo „*Colto* (dico)“ distinxit. Cum vero moles libri in plura volumina divisi major esset, potiora ejus separatim edidit Sheikh [*Shems-ed-din*] *Mohammed Ben Abdallah Serkhedi* Shafiita, anno 792 (inc. 20. Dec. 1389) defunctus, eumque in pluribus locis confutavit. Nihilominus tamen liber Sheikhi *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Yusuf Halebi*, vulgo *Semín* dicti et anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortui, quamvis plura contineat proprie huc non spectantia, haud dubie omnium de hac materia scriptorum pretiosissimus est. Has quinque enim conjungit doctrinas: Flexiones finales, mutationes grammaticas, lexicologiam, doctrinam sententiarum et doctrinam expositionis, eamque ob causam *Soyuti* in *Itcán* eum ubertatis superfluae et prolixitatis nimiae accusat, et potiora ejus *Sefácusi* separatim edidisse dicit ita, ut omnibus probaretur. — Incidit tamen vir doctus in errorem. *Sefácusi* enim, ut cognitum habes, minime delectum instituit flexionum suarum finalium e libro *Semíni*, at potius e *Bahr*, id quod *Semín* quoque fecit superstite adhuc Sheikh suo *Abu Heyyán*, huncque in multis urget. Opus suum, quod medio mense Rejeb anni 734 (inc. 12. Sept. 1333) absolvit, inscripsit *El-Dorr El-Masún fi ilm el-kitáb el-maknún*, et incipit ita: Laus Deo qui librum servo suo revelavit etc. Adjicere hic liceat, quae *Tacki-ed-din* in opere *Tabacát*

انّ المولى الفاضل على بن امر الله [المعروف بابن الحنا] القاضى بالشام حضر مرّة درس الشيخ العلّامة بدر الدين الغزى لمّا ختم فى الجامع الاموى من التفسير الذى صنّفه وجرى فيه بينهما ابحاث منها اعتراضات السمين على شيخه فقال الشيخ ان اكثرها غير وارد وقال المولى على والذى فى اعتقادى انّ اكثرها وارد واصرّا على ذلك ثمّ انّ المولى المذكور كشف عن ترجمة السمين فرأى انّ الحافظ ابن حجر وافقه فيه حيث قال فى الدرر صنّف فى حياة شيخه وناقشه فيه مناقشات كثيرة غالبها جيّدة فكتب الى الشيخ ابياتًا يسأله ان يكتب ما عثر الشهاب من ابحاثه فاستخرج عشرة منها ورجح فيها كلام ابى حيّان وزيّف اعتراضات السمين عليها وسمّاه بالدرّ الثمين فى المناقشة بين ابى حيّان والسمين وارسلها الى القاضى فلمّا وقف انتصر للسمين ورجح كلامه على كلام ابى حيّان واجاب عن اعتراضات الشيخ بدر الدين وردّ كلامه فى رسالة كبيرة وقف عليها علماء الشام ورجّحوا كتابه على كتاب البدر

---

admodum commode monuit. Molla bene meritus, inquit, *Ali Ben Amrallah* [vulgo *Ibn-elhinná* dictus] Judex Damasci aliquando lectioni adfuit Sheikhi eruditissimi *Bedr-ed-din Ghazzi*, cum hic in aede cathedrali Omayyadica lectionem partis commentarii coranici, quem ediderat, absolveret. Disputatio de eo inter ipsos orta est, quae inter alia monita *Semíni* contra Sheikh suum tetigit. Sheikh *Bedr-ed-din* majorem eorum partem nulla auctoritate stabilitam esse contendit. At vero, ut mihi quidem persuasum habeo, plane contrarium statuendum est, respondit Molla *Ali*, et uterque hanc suam sententiam acriter defendit. Paulo post Molla modo laudatus in biographiam incidit *Semíni*, ex qua perspexit, Hafitz *Ibn Hajr* in hac re secum consentire, quatenus in opere *Dorer* dicit: „Composuit *Semín* librum suum Sheikh suo vivente, in multisque rebus eum maximam partem feliciter refutavit.“ Quare Molla *Ali* nonnullos versus ad Sheikh *Bedr-ed-din* scripsit ab eo petens, ut quaestiones ei proponeret, in quibus *Shehâb-ed-din* lapsus esset. Quo facto *Bedr-ed-din* decem quaestiones produxit, in quibus opinioni *Abu Heyyâni* priores detulit quaeque *Semín* contra disputaverat, erroris arguit. Opusculum inde enatum, quod *El-Dorr El-Themín fi el-munáckishet bein Abi Heyyán we El-Semín* inscripsit, ad Judicem misit. Quod cum legisset, *Semíni* partes suscepit, ejusque sententiam potiorem esse judicans *Abu Heyyâni* opinione, ad argumenta a Sheikh *Bedr-ed-din* in contrarium adducta respondit, ejusque placitum in tractatu copioso redarguit. Quo perlustrato viri docti Damasceni libellum *Alii* iis, quae *Bedr-ed-din* exaraverat, anteposuerunt illique

واقرّوا له بالفضل والتقدّم وممّن صنّف فى اعراب القران من القدماء الامام ابو حاتم سهل بن محمد السجستانى المتوفى سنة ٢٤٨ وابو مروان عبد الملك بن حبيب [بن سليمان] المالكى القرطبى المتوفى سنة ٢٣٩ وابو العباس محمد بن يزيد المعروف بالمبرد النحوى المتوفى سنة ٢٨٦ وابو العباس احمد بن يحيى الشهير بالثعلب النحوى المتوفى سنة ٢٩١ وابو جعفر محمد بن احمد بن النحاس النحوى المتوفى سنة ٣٣٨ وابو طاهر اسمعيل بن خلف الصقلى النحوى المتوفى سنة ٤٥٥ وكتابه فى تسع مجلّدات والشيخ ابو زكريا يحيى بن على الخطيب التبريزى المتوفى سنة ٥٠٢ فى اربع مجلّدات والشيخ ابو البركات عبد الرحمن بن ابى سعيد الانبارى النحوى المتوفى سنة ٥٧٧ وسمّاه البيان اوله الحمد لله منزل الذكر الحكيم الخ والامام الحافظ قوام السنة ابو القاسم اسمعيل بن محمد الاصفهانى المتوفى سنة ٥٣٥ ومنتجب الدين حسين بن ابى الفرّاء الهمدانى المتوفى سنة ٦٤٣ وكتابه تصنيف متوسّط لا بأس به وابو عبد الله حسين بن احمد المعروف بابن خالويه النحوى المتوفى سنة ٣٧٠

---

palmam et primatum detulerunt. Qui inter priores de flexionibus finalibus in Corano obviis scripserunt, fuerunt Imam *Abu Hátim Sahl Ben Mohammed Sejestáni*, anno 248 (inc. 7. Mart. 862) mortuus — *Abu Merwán Abd-el-melek Ben Hebíb* [*Ben Soleimán*] *Cortúbi* Malikita, anno 239 (inc. 12. Jun. 853) mortuus — *Abu'labbás Mohammed Ben Yezíd* Grammaticus, vulgo *Mobarred* dictus et anno 286 (inc. 17. Jan. 899) mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya* Grammaticus, vulgo *Tha'leb* dictus et anno 291 (inc. 24. Nov. 903) mortuus — *Abu Jafar Mohammed Ben Ahmed Ben-elnehhás* Grammaticus, anno 338 (inc. 1. Jul. 949) mortuus — *Abu Táhir Ismaïl Ben Khalaf Sickilli* Grammaticus, anno 455 (inc. 4. Jan. 1063) mortuus, cujus liber novem volumina complectitur — Sheikh *Abu Zakaríya Yahya Ben Ali El-Khetíb El-Tibrízi* anno 502 (inc. 11. Aug. 1108) mortuus, qui quatuor volumina confecit — Sheikh *Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Abi Saíd Anbári* Grammaticus, qui anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) obiit, suumque opus *Beyán* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo qui monitorium sapiens revelavit etc. — Imam Hafitz *Ckiwám-el-sunnet Abu'lcásim Ismaïl Ben Mohammed Isfaháni*, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) mortuus — *Muntejeb-ed-din Hosein Ben Abi'lferrá Hemdáni*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuus, cujus liber mediocris est et haud magni pretii — *Abu Abdallah Hosein Ben Ahmed* Grammaticus, vulgo *Ibn Khalaweih* dictus et anno 370 (inc. 17. Jul. 980)

وكتابه فى اعراب ثلثين سورة من الطارق الى آخر القران والفاتحة بشرح اصول كلّ حرف وتلخيص فروعه والشيخ موفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادى المتوفى سنة ٦٢٩ وكتابه فى اعراب الفاتحة والشيخ اسحق بن محمود بن حمزة تلميذ ابن الملك جمع اعراب الجزء الاخير من القران وسمّاه التنبيه واوله اول البيان المذكور آنفًا والمولى احمد بن محمد الشهير بنشانجى زاده المتوفى سنة ٩٨٦ كتب الى الاعراف ومن الكتب المصنّفة فى اعراب القرآن تحفة القران فيما قرئ بالتثليث من القرآن

٩٢٧ اعراب الحديث للشيخ ابى البقآء عبد الله بن الحسين العكبرى النحوى المتوفى سنة ٦١٦ وله اعراب الحماسة ٩٢٨ اعراب الكافية يأتى فى الكاف ٩٢٩ الاعراب عن قواعد الاعراب للشيخ ابى محمد عبد الله بن يوسف الشهير بابن هشام النحوى المتوفى سنة ٧٦٢ وهو مختصر مشهور بقواعد الاعراب على اربعة ابواب الاول فى الجمل واحكامها والثانى فى

---

mortuus. Liber ejus flexiones finales triginta tantum Suratarum a Surata *El-Táric* inde usque ad Corani finem complectitur, ad primam tamen *Fátiha* dictam explicationem addidit primarii uniuscujusque literae usus cum succincta ejus usus improprii indicatione — Sheikh *Mowaffic-ed-din Abd-el-letif Ben Yusuf Baghdádi,* anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuus, cujus liber flexiones finales primae tantum Suratae complectitur — Sheikh *Is'hac Ben Mahmud Ben Hamza,* discipulus *Ibn-elmaliki*, qui flexiones finales ultimae tantum triginta Corani partium collegit librumque inscripsit *Tenbíh.* Incipit ab iisdem verbis, a quibus liber *Beyán* modo laudatus — Molla *Ahmed Ben Mohammed*, vulgo *Nishánjizadeh* dictus et anno 986 (inc. 10. Mart. 1578) mortuus. Scripsit usque ad Suratam *Aráf.* In libris de flexionibus finalibus coranicis numeratur etiam *Tohfet el-ckirán* de iis verbis quae in Corano aut cum *Fat'ha*, aut *Kesra* aut *Dhamma* leguntur.

927. **Iráb el-hedíth**, flexiones finales in traditionibus obviae, auctore Sheikh *Abu'lbecá Abdallah Ben-elhosein Akberi* Grammatico, anno 616 (inc. 19. Mart. 1219) mortuo. Idem de flexionibus illis in *Hamása* obviis scripsit. — 928. **Iráb El-Kafiya**, flexiones finales grammaticae *Kafiya*, de qua litera *Káf* videatur. — 929. **Iráb an cawáïd el-iráb**, explicatio regularum flexionum finalium, auctore Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Yusuf* Grammatico, vulgo *Ibn Hishám* dicto et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. Compendium vulgo *Cawáïd el-iráb* dictum et in quatuor capita divisum — primum de propositionibus ejusque regulis — secundum

لجارّ والمجرور والثالث فى عشرين كلمة والرابع فى الاشارة الى عبارة محرّرة وله شروح احسنها شرح العلامة محيى الدين محمد بن سليمان الكافيجى المتوفى سنة ٨٧٩ وهو شرح بقال اقول اوله الحمد لله الرافع لقواعد الدين والاسلام الخ وشرح الشيخ جلال الدين محمد بن احمد المحلى المتوفى سنة ٨٦٤ ولم يكمّله وشرح الشيخ خالد بن عبد الله الازهرى النحوى المتوفى سنة [٩٠٥] وهو شرح مختصر ممزوج سمّاه موصل الطلّاب اوله الحمد لله الملهم لمحمّد الخ وممّن شرحه القاضى برهان الدين ابرهيم بن محمد بن ابى شريف المقدسى المتوفى سنة ٩٢٢ وابو الثناء احمد بن محمد الزيلى الّفه فى ذى القعدة سنة ٩٦٧ وسمّاه حلّ معاقد القواعد اوله الحمد لله الذى رفع اسماء العلماء الخ والشيخ محمود بن اسمعيل بن عبد الله الخرتبرتى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى رفع بدولة محمد كلمة الاسلام الخ وهو شرح ممزوج مسمّى بتوضيح الاعراب والشيخ نور الدين على العسلى المتوفى فى حدود سنة ٩٨٠ والشيخ محمد بن عبد الكريم سمّاه كاشف القناع وهو شرح ممزوج اوله الحمد لله جعل النحو

---

de praepositionibus et verbis quae ab illis reguntur — tertium de viginti verbis — quartum de demonstratione enunciationis accuratae. Commentarii ad illud exstant, quorum probatissimos scripserunt vir eruditissimus *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Soleiman Kafiyeji*, qui formulam adhibet „*Cala* (dicit auctor) — *acúl* (dico ego)“ et anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) decessit. Incipit ita: Laus Deo qui fundamenta religionis et fidei islamicae erexit etc. — Sheikh *Jelál-ed-din Mohammed Ben Ahmed Mehalli*, qui opere nondum perfecto anno 864 (inc. 28. Oct. 1459) obiit — et Sheikh *Khálid Ben Abdallah Azheri* Grammaticus, qui anno [905 (inc. 8. Aug. 1499)] obiit, commentarioque suo compendioso, *Mausel el-tolláb* inscripto, textum admiscuit. Incipit ita: Laus Deo qui *Mohammedi* inspiravit etc. Porro commentati sunt illud Cadhi *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Ben Abi Sherif Mocaddesi*, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus — *Abu'lthená Ahmed Ben Mohammed Zeili*, qui commentarium mense *Dzu'lca'de* anni 967 (inc. 3. Oct. 1559) scripsit illumque *Hell meá'ckid el-cawáïd* appellavit. Incipit ita: Laus Deo qui nomina virorum doctorum elevavit etc. — Sheikh *Mahmud Ben Ismaïl Ben Abdallah Khirtibirti*, anno ... defunctus, qui commentario textum addidit illumque *Taudhih el-iráb* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo qui per regnum *Mohammed*is doctrinam Islami elevavit etc. — Sheikh *Nur-ed-din Ali Asli*, qui circa annum 980 (inc. 14. Mai. 1572) obiit — Sheikh *Mohammed Ben Abd-el-kerim*, qui commentarium *Káshif el-conná'* inscripsit eique textum admiscuit. Incipit ita: Laus Deo qui Grammaticam gravissimum

اهمّ الوسائل الخ ومن شروحه اوثق الاسباب للشيخ ابى عبد الله محمد بن جماعة الكنانى المتوفى سنة وهو شرح مختصر ممزوج اوله الحمد لله الذى جمل اولى الالباب الخ ونظم قواعد الاعراب المسمّى ببهجة القواعد لابى البقآء محمد الاحمدى اوله يقول راجى عفو ربّه احمد الخ ونظمها ايضا الشيخ شهاب الدين احمد بن الهايم [المتوفى سنة ٨١٥] ارجوزة وسمّاها تحفة الطلّاب اوله الحمد لله على التعليم الخ ثمّ شرحها واول الشرح الحمد لله الذى اتحفنا بالاعراب الخ وفرغ فى ربيع الاخر سنة ٧٩٥ ومن شروحه مقاصد الالباب لبعض المتأخّرين اوله نحمدك اللهمّ على ما شرحت صدورنا الخ ٩٣٠ الاعراب فى علم الاعراب للشيخ الامام ابى الحسن على بن احمد الواحدى المتوفى سنة ٤٦٨ ٩٣١ الاعراب عن اسرار الحركات فى لسان الاعراب للشيخ ابى الحكم الحسن بن عبد الرحمن بن عذرة الحضراوى المتوفى سنة ٩٣٢ الاعراب فى ضبط عوامل الاعراب وسيأتى فى الاغراب بالغين المعجمة وانّما ذكرته للتنبيه عليه

---

adminiculorum fecit etc. Alius deinde commentarius compendiosus ***Authac el-asbáb*** inscriptus simulque textum complectens auctorem habet Sheikh ***Abu Abdallah Mohammed Ben Jemáa Kináni***, anno . . . mortuum. Incipit ita: Laus Deo qui viros cordatos ornavit etc. Metricam paraphrasin operis ***Cawáïd el-irâb***, ***Behjet el-cawáïd*** inscriptam, dedit ***Abu'lbecá Mohammed Ahmedi.*** Incipit ita: Dicit qui veniam domini sui sperat: Laudo etc. — Eodem modo illud exaravit ad formam poëmatis liberioris ***Orjúzet*** Sheikh ***Shehâb-ed-din Ahmed Ben-elháïm*** [anno 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus], carmenque inscripsit ***Tohfet el-tollâb.*** Incipit ita: Laus Deo pro institutione etc. Deinde illud commentatus est, commentariumque a verbis incipientem: Laus Deo qui nos flexionibus finalibus donavit etc., mense Rebiu'lakhir anni 795 (inc. 17. Nov. 1392) absolvit. Quidam denique scriptorum posterioris aetatis commentarium confecit ita incipientem: Laudamus te o Deus quod pectora nostra aperuisti etc. illique nomen dedit ***Mecásid el-albáb.*** — 930. **El-Irâb fi ilm el-irâb**, expositio de doctrina flexionum finalium, auctore Sheikh Imam ***Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Wâhidi***, anno 468 (inc. 16. Aug. 1075) defuncto. — 931. **El-Irâb**, expositio mysteriorum vocalium in lingua Arabum, auctore Sheikh ***Abu'lhakem Hasan Ben Abd-el-rahman Ben Odzra Hedhráwi***, anno . . . mortuo. — 932. **Irâb**, expositio de definitione accuratiore regentium habita flexionum finalium ratione. Videatur infra ***Ighrâb***; hic enim opus tantum annotavi, ut animos ad illud attenderent lectores. —

٩٣٣ اعشار القرآن    ٩٣٤ اعقاب الكتّاب لابن الآبّار [احمد بن جعفر الخولانى الاندلسى المتوفى سنة ٤٣٣]    ٩٣٥ الاعلاق الخطيرة فى تأريخ الشام والجزيرة لابن شدّاد يوسف بن رافع الحلبى المتوفى سنة ٦٣٢    ٩٣٦ اعلاق الملوين واخلاق الاخوين لابى المحاسن مسعود ابن على البيهقى المتوفى سنة ٥٤٤ العلق بالكسر النفيس من كلّ شىء جمعه اعلاق والملوان الليل والنهار    ٩٣٧ اعلام الاعلام وشرحه لمحمد بن طولون    ٩٣٨ اعلام الاريب بحدوث بدعة المحاريب رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ الّفها لبيان ان محراب المساجد بدعة    ٩٣٩ اعلام الساجد باحكام المساجد للشيخ بدر الدين محمد بن عبد الله الزركشى الشافعى المتوفى سنة ٧٩٤    ٩٤٠ اعلام السنن من شروح صحيح البخارى يأتى فى الصاد    ٩٤١ اعلام المغرور ببعض احوال الموت والقبور للشهاب احمد بن عبد السلام الشافعى الذى ولد سنة ٨٤٧    ٩٤٢ اعلام الموقعين عن

---

933. **A'shár El-Cor'an**, decades Suratarum Corani *A'shár* dictae. — 934. **Icáb el-kuttáb**, insectatio scribarum, auctore *Ibn-elabbár* [*Ahmed Ben Jafar Khauláni Andalusi* anno 433 (inc. 31. Aug. 1041) mortuo]. — 935. **El-Alác El-Khatíret**, viri praestantiores auctoritate pari pollentes. Historia Syriae et Mesopotamiae, auctore *Ibn Sheddád Yusuf Ben Ráfi' Halebi*, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) defuncto. — 936. **Alác el-malawein**, pretiosiores (partes) diei et noctis, et mores duorum fratrum, auctore *Abu'lmehásin Mes'úd Ben Ali Beihacki*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. *Ilc*, cujus pluralis *Alác* est, rem quamcunque pretiosam, et *melawáni* diem et noctem significat. — 937. **Ilám el-alám**, expositio nominum propriorum, hujusque libri commentarius, auctore *Mohammed Ben Tulun*. — 938. **Ilám el-aríb**, institutio prudentis, *El-Mehárib* esse rem novam. Tractatus, quem Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, composuit ut demonstraret, *Mihráb* in templis Muhammedanis rem novam esse. — 939. **Ilám el-sájid**, institutio procumbentis in regulis quae in templis observandae sunt, auctore Sheikh *Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah Zerkeshi* Shafiita, anno 794 (inc. 29. Nov. 1391) mortuo. — 940. **Ilám el-sonen**, explicatio traditionum. Unus commentariorum ad opus *Bokhárii Sahíh*, de quo litera *Sád* videatur. — 941. **Ilám el-maghrúr**, institutio hujus terrae illecebris decepti in terroribus nonnullis mortis et sepulcrorum, auctore *Sheháb-ed-din Ahmed Ben Abd-el-selám* Shafiita, anno 847 (inc. 1. Mai. 1443) nato. — 942. **Ilám el-mowaccaïn**, institutio

ربّ العالمين للشيخ شمس الدين محمد بن ابى بكر قيم الجوزية الحنبلى الدمشقى المتوفى سنة ٧٥١ ٩٤٣ اعلام النبوّة للشيخ الامام ابى الحسن على بن محمد الماوردى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠ وهو مختصر اوله الحمد لله الذى احكم ما خلق الخ ضمّن على امرين احدهما فيما اختصّ باعلام النبوّة والثانى فيما يختلف من اقسامها واحكامها مشتملًا على احد وعشرين بابًا ٩٤٤ اعلام النبوّة للشيخ شمس الدين محمد بن عبد الله المعروف بابن ظفر المكى المتوفى سنة ٥٦٥ ٩٤٥ اعلام النصر فى اعلام سلطان العصر فى مسئلة البروز على النهر للشيخ جلال الدين السيوطى وهو رسالة على ثلثة اقسام حديث وفقه وانشآء ذكره فى فهرس مؤلّفاته ٩٤٦ اعلام الورى لابى على الفضل بن الحسين ٩٤٧ اعلام الهدى وعقيدة ارباب التقى للشيخ شهاب الدين ابى حفص عمر بن محمد السهروردى المتوفى سنة ٦٣٢ الّفه بمكة ورتّب على عشرة فصول من المباحث الكلاميّة اوله الحمد لله الذى رفع غشاوة القلب الخ ٩٤٨ الاعلام بمن ولى مصر فى الاسلام للقاضى شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر

---

afflictorum per dominum mundorum, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Cayyim el-jauzíyet Dimeshcki* Hanbalita, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 943. Alám el-nobowwet, signa prophetiae, auctore Sheikh Imam *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Mawerdi* Shafiita, anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo qui res creatas firmiter constituit etc. et duos articulos continet, alterum de eo quod proprie ad signa prophetiae pertinet, alterum de classibus et definitionibus, quae ei contrariae sunt, viginti unum caput complectentem. — 944. Alám el-nobowwet, signa prophetiae, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abdallah Mekki*, vulgo *Ibn Tzafer* dicto et anno 565 (inc. 25. Sept. 1169) mortuo. — 945. Alám el-nasr, signa victoriae de significatione Sultani saeculi in quaestione prodeundi ad ripam fluvii, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Soyuti.* Tractatus in tres partes, effata prophetica, jurisprudentiam, doctrinam pedestri oratione recte scribendi, divisus et ab auctore in catalogo scriptorum suorum commemoratus. — 946. Ilám el-wera, institutio hominum, auctore *Abu Ali El-Fadhl Ben-elhosein.* — 947. Alám el-hoda, signa rectae viae et fides hominum piorum. Liber a Sheikh *Shehâb-ed-din Abu Hafs Omar Ben Mohammed Soharawerdi*, anno 632 (inc. 26. Sept. 1234) mortuo, Meccae compositus et in decem sectiones de quaestionibus metaphysicis dispositus. Incipit ita: Laus Deo qui velum cordis adlevavit etc. — 948. El-Ilám, notitia eorum, qui a tempore Islami inde Aegypto imperarunt, auctore Cadhi *Shehâb-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr*

العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ٩٤٩ الاعلام باعلام بلد الحرام من تواريخ مكة للشيخ الامام قطب الدين محمد بن احمد المكى الحنفى المتوفى سنة ٩٨٨ الّفه سنة ٩٧٩ مرتّبًا على مقدّمة وعشرة ابواب واهداه الى السلطان مرادخان وترجمته بالتركيّة للمولى عبد الباقى الشاعر المتوفى سنة ١٠٠٨ ذكر فيه انّ الوزير محمد پاشا العتيق بعثه على ذلك ٩٥٠ الاعلام بالحروب الواقعة فى صدر الاسلام لابى الحجاج يوسف بن محمد بن ابرهيم الانصارى الاندلسى المتوفى سنة ٦٥٣ وهو تأريخ ابتدأ فيه بمقتل عمر رضى الله عنه وذكر الحوادث الى خروج وليد بن طريف على هارون الرشيد ببلاد الجزيرة لمّا قدم الى تونس جمعه للامير ابى زكريا يحيى الحفصى صاحب الافريقيّة وهو فى مجلّدين اجاد فى تصنيفه وكلامه فيه كلام عارف بهذا الفنّ

٩٥١ الاعلام بتأريخ اهل الاسلام للقاضى تقى الدين ابى بكر بن احمد المعروف بابن قاضى شهبة الدمشقى المتوفى سنة ٨٥١ ٩٥٢ الاعلام بفضائل الشام للشيخ برهان الدين ابرهيم بن عبد الرحمن الفزارى المتوفى سنة وهو جزء اختصر من كتاب ابى الحسن على بن محمد الربعى

---

*Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) defuncto. — 949. **El-Ilám bi alám beled el-harám**, notitia signorum terrae sanctae. Historia Meccae, quam Sheikh Imam *Cotb-ed-din Mohammed Ben Ahmed Mekki* Hanefita, anno 988 (inc. 17. Febr. 1580) mortuus, anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) confecit in introductionem et decem capita dispositam, eamque Sultano *Muradkhán* obtulit. Turcice eam vertit Molla *Abd-el-bácki* Poëta, excitatus, ut narrat, a Wesiro *Mohammed Pasha El-Atíc.* Obiit ille anno 1008 (inc. 14. Jul. 1599). — 950. **El-Ilám bi'lhorúb**, notitia bellorum initio Islami gestorum, auctore *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Ben Ibrahim Ansári Andalusi*, anno 653 (inc. 10. Febr. 1255) mortuo. Historia, in qua auctor a nece *Omar*is incipit eventusque narrat usque ad tempus, quo *Welíd Ben Teríf* contra *Harun El-Reshíd* in Mesopotamia rebellavit. Cum Tunetum venisset, haec duo volumina Emiro *Abu Zakaríya Yahya Hafsi* Africae principi ita exaravit, ut omnibus probaretur, oratioque ejus in illis demonstrat, ipsum hujus generis compositionis admodum gnarum esse. — 951. **El-Ilám**, notitia historiae Muslimorum, auctore Cadhi *Tacki-ed-din Abu Bekr Ben Ahmed Dimeshcki*, vulgo *Ibn Cadhi Shohbeh* dicto et anno 851 (inc. 19. Mart. 1447) mortuo. — 952. **El-Ilám bi fedháïl El-Shám**, demonstratio virtutum Syriae. Fasciculus, quem Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Abd-el-rahman Fezári* omissis auctoritatibus ex libro *Abu'lhasani Ali Ben Mohammed Rabaï* excerpsit. Obiit ille

بحذف الاسانيد ٩٥٣ الاعلام بمواضع اللام فى الكلام للشيخ سراج الدين عبد اللطيف
ابن ابى بكر المتوفى سنة ٨٠٢ ٩٥٤ الاعلام فى حدود الاحكام للقاضى ابى الفضل عياض بن
موسى السبتى المتوفى سنة ٥٤٤ ٩٥٥ الاعلام بمصطلح الشهود والحكّام للقاضى نجم الدين
ابرهيم بن على الطرسوسى الحنفى المتوفى سنة ٧٥٨ اوله لله على ما الهم حمدا استزيد من
نعمائه الخ وللشيخ ناصر الدين ابن السراج الحنفى الدمشقى ايضا ٩٥٦ الاعلام بمن ختم
به قطر الاندلس من الاعلام [للحافظ ابى جعفر احمد بن ابرهيم ابن الزبير الغرناطى المتوفى
سنة ٧٠٨] ٩٥٧ الاعلام بشدّ البنكام مختصر رسالة على مقدّمة وخمسة ابواب وتتمّة وخاتمة
اوله الحمد لله رافع الدرجات الخ لشمس الدين محمد بن عيسى بن احمد الصوفى ألّفه من
صفر سنة ٩٤٣ ذكر فيه طريقة آلة الساعة من الرمل فى القارورة ٩٥٨ الاعلام بالوفيات للحافظ
شمس الدين ابى عبد الله محمد بن احمد الذهبى المتوفى سنة ٧٤٨ ٩٥٩ الاعلام بحكم

---

anno .... — 953. **El-Ilám bi mewádhi' el-lám fi el-kelám**, notitia locorum, ubi articulus in oratione ponendus est, auctore Sheikh *Siráj-ed-din Abd-el-letíf Ben Abi Bekr*, anno 802 (inc. 3. Sept. 1399) mortuo, — 954. **El-Ilám fi hodúd el-ahkám**, institutio de legibus poenam sancientibus, auctore Cadhi *Abu'lfadhl Iyádh Ben Musa Sebti*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 955. **El-Ilám**, institutio de terminis technicis testium et judicum, auctore Cadhi *Nejm-ed-din Ibrahim Ben Ali Tarsúsi* Hanefita, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) defuncto. Incipit ita: Deo pro iis quae inspiravit laudem pro beneficiis ipsius augendam etc. De eadem materia scripsit Sheikh *Násir-ed-din Ibn-el-serráj Dimeshcki* Hanefita. — 956. **El-Ilám**, notitia ultimorum virorum spectatissimorum, qui in tractibus Hispaniae floruerunt, [auctore Hafitz *Abu Jafar Ahmed Ben Ibrahim Ibn-elzobeir Gharnáti*, anno 708 (inc. 21. Jun. 1308) mortuo]. — 957. **El-Ilám bi shadd el-binkám**, institutio majoris seu minoris constrictionis clepsammidii. Tractatus compendiosus in introductionem, quinque capita, complementum et conclusionem distributus, qui ita incipit: Laus Deo qui gradus erexit etc. *Shems-ed-din Mohammed Ben Isa Ben Ahmed Sufi* illum a mense Safar inde anni 943 (inc. 20. Jun. 1536) composuit, rationemque in eo exponit horologium ex arena ampullae applicandi. — 958. **El-Ilám bi l'wafiyát**, notitia defunctorum hominum, auctore Hafitz *Shems-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) mortuo. — 959. **El-Ilám bi**

عيسى عليه السلام للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ رسالة كتبها فى جواب سائل سأله سنة ثمان وثمانين وثمانمأئة ٩٦٠ الاعلام فى روية النبى صلعم فى المنام رسالة للشيخ جلال الدين عبد الله بن خليل البسطامى ذكره عبد الرحمن فى درّة النقاد ٩٦١ [الاعلام بفضائل بيت الله الحرام لعلى القارى المكى الهروى الحنفى] ٩٦٢ الاعلام بفضل الصلوة على خير الانام للشيخ ابى عبد الله محمد بن عبد الرحمن النمرى ٩٦٣ الاعلام بقواطع الاسلام لابن حجر الهيثمى ٩٦٤ الاعلام باخبار شيخ البخارى محمد بن سلام للامام الحافظ عبد العظيم بن عبد القوى المنذرى المتوفى سنة [٦٥٦] ٩٦٥ الاعلام بالمام الارواح بعد الموت بمحلّ الاجسام ٩٦٦ الاعلام فى احكام الادغام لشمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ شرح فيه ارجوزة احمد المقرى اوله الحمد والشكر بغير حصر الخ ٩٦٧ الاعلام فى شرح عمدة الاحكام يأتى فى العين ٩٦٨ الاعلام للشيخ

---

**hokm Isa**, notitia de Jesu, cui Deus propitius sit. Tractatus quem Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti* responsionis loco viro qui eum interrogaverat anno 888 (inc. 9. Febr. 1483) scripsit. Obiit ille anno 911 (inc. 4. Jun. 1505). — 960. **El-Ilám fi ruyet el-nebi fi el-menám**, tractatus de specie prophetae per somnum visa, auctore Sheikh *Jelál-ed-din 'Abdallah Ben Khalíl Bistámi.* Commemorat illum *Abd-el-rahman* in opere *Dorret el-nicád.* — 961. [**El-Ilám**, notitia de virtutibus domus Dei sanctae (i. e. Meccae), auctore *Ali Cári Mekki Herewi* Hanefita]. — 962. **El-Ilám**, expositio de praestantia precationis pro hominum optimo, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Abd-el-rahman Nemiri.* — 963. **El-Ilám bi cawáti' El-Islám**, expositio de argumentis acutis Islami, auctore *Ibn Hajr Heithemi.* — 964. **El-Ilám**, expositio vitae et factorum Sheikhi *Bokhári Mohammed Ben Sellám*, auctore Imám Hafitz *Abd-el-atzim Ben Abd-el-cawi Mondziri*, anno [656 (inc. 8. Jan. 1258)] mortuo. — 965. **El-Ilám**, expositio de habitatione spirituum post mortem in loco corporum. — 966. **El-Ilám fi ahkám el-idghám**, expositio de regulis insertionis literarum. *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, qui anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) obiit, in hoc libello commentatus est *Orjuzet Ahmed*is *El-Mocri.* Incipit ita: Laus et gratiarum actio infinita etc. — 967. **El-Ilám**, commentarius operis *Omdet el-ahkám*, de quo litera *Aïn* videatur. — 968. **El-Ilám**, expositio, auctore Sheikh *Alá-ed-din*

علآء الدين محمد بن يوسف القونوى الشافعى المتوفى سنة ٩٦٩ الاعلان بالتوبيخ لمن ذمّ اصحاب التاريخ مختصر للشيخ شمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوى المتوفى سنة ٩٠٢ ٩٧٠ الاعلان فى القرآات للشيخ ابى القاسم عبد الرحمن بن عبد المجيد الصغراوى المتوفى سنة ٦٣٦ ٩٧١ اعمار الاعيان للشيخ ابى الفرج على بن عبد الرحمن الجوزى البغدادى المتوفى سنة ٥٩٧ مختصر اوله الحمد لله خالق خلقه الخ ابتدأ فيه بمن مات وله عشر سنين وانتهى الى الف سنة ٩٧٢ اعيان الاعيان مختصر للشيخ جلال الدين السيوطى المذكور جمع فيه اعيان عصره ٩٧٣ اعيان العصر واعوان النصر للشيخ صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٦٤ ٩٧٤ اعيان الفرس للشيخ ابى الفرج على بن حمزة الاصفهانى الاديب المتوفى سنة ٣٥٦ ٩٧٥ اغاثة الامة بكشف الغمة للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المؤرّخ المتوفى سنة ٨٤٥ ٩٧٦ اغاثة اللهاج بفرآئض المنهاج يعنى منهج النووى يأتى فى الميم ٩٧٧ اغاثة اللهفان فى مصائد الشيطان للشيخ شمس الدين محمد

---

*Mohammed Ben Yusuf Cunewi* Shafiita, anno . . . mortuo. — 969. El-Ilán, manifestatio reprehensionis eorum, qui historiarum scriptores vituperant. Compendium, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi*, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuo. — 970. El-Ilán, expositio aperta de recensionibus Corani, auctore Sheikh *Abu'lcásim Abd-el-rahman Ben Abd-el-mejíd Soghráwi*, anno 636 (inc. 14. Aug. 1238) mortuo. — 971. Amár el-ayán. Compendium de vitis virorum spectatorum, in quo Sheikh *Abu'lfaraj Ali Ben Abd-el-rahman Jauzi Baghdádi*, anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) defunctus, ab iis incipit, qui decem annos vixerunt et deinceps pergit ad mille annos. Orditur sic: Laus Deo creatorum suorum creatori etc. — 972. Iyán el-ayán, recensio virorum spectatorum. Compendium, in quo Sheikh *Jelál-ed-din Soyuti* modo laudatus homines principes aetatis suae collegit. — 973. Ayán el-asr we awán el-nasr, viri aetatis principes et victoriae auxilia, auctore Sheikh *Saláh-ed-din Khalíl Ben Ibek Safedi*, anno 764 (inc. 21. Oct. 1362) mortuo. — 974. Ayán El-Fors, viri Persarum principes, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Ali Ben Hamza Isfaháni* Philologo, anno 356 (inc. 17. Dec. 966) mortuo. — 975. Igháthet el-ommet, opitulatio gentis per amotionem moeroris, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi* Historiographo, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 976. Igháthet el-lohháj, opitulatio eorum, qui praecepta operis *Minháj*, cujus auctor *Newewi* est, avide student. Videatur de eo litera *Mím*. — 977. Igháthet el-lahfán, opitulatio afflicti de retibus Satanae, auctore Sheikh *Shems-ed-din*

ابن ابى بكر بن قيم الجوزية المتوفى سنة ٧٥١ ٩٧٨ اغاثة اللهفان فى شرح قصيدة البردة يأتى ٩٧٩ اغاثة اللهف فى تفسير سورة الكهف للشيخ عمر بن يونس الحنفى المتوفى سنة ثمّ لخّصها فى كتاب سمّاه مطالع الكشف ٩٨٠ الاغانى لابى الفرج على بن الحسين الاصفهانى المتوفى سنة ٣٥٦ وهو كتاب لم يؤلّف مثله اتفاقًا قال ابو محمد المهلبى سألت ابا الفرج فى كم جمع هذا فذكر انّه جمعه فى خمسين سنة وانّه كتب فى عمره مرّة واحدة بخطّه واهداه الى سيف الدولة فانفذ له الف دينار ولمّا سمع صاحب بن عباد قال لقد قصّر سيف الدولة وانّه ليستحقّ اضعافها اذ كان مشحونًا بالمحاسن المنتخبة والفقر الغريبة فهو للزاهد فاكهة وللعالم مادة وزيادة وللكاتب والمتأدّب بضاعة وتجارة وللبطل رجلة وشجاعة وللمضطرب رياضة وصناعة وللملك طيبة ولذاذة ولقد اشتملت خزانتى على مأة الف وسبعة عشر الف مجلّد ما فيها سميرى غيره ولقد عينت بامتحانه فى اخبار العرب وغيرهم فوجدت جميع ما يعز عن اسماع

---

*Mohammed Ben Abi Bekr Ben Cayyim el-jauzíyet*, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) mortuo. — 978. Ighâthet el-lahfán, opitulatio afflicti. Commentarius Casidae *Burda*, de qua infra sermo erit. — 979. Ighâthet el-lahf, opitulatio injuriae. Commentarius Suratae *Kahf*, auctore Sheikh *Omar Ben Yunos* Hanefita, anno ... mortuo. Postea potiora ejus in libro *Metáli' el-kashf* inscripto edidit. — 980. El-Agháni, cantionum liber, cui ex omnium consensu similis non compositus est, auctore *Abu'lfaraj Ali Ben-elhosein Isfaháni*, anno 356 (inc. 17. Dec. 966) defuncto. Narrat *Abu Mohammed Mohallebi*: Quaesivi ex *Abu'lfaraj*, quantum temporis in eo colligendo consumserit. Quinquaginta annos, respondit, et semel tantum dum vixit illum propria manu exaravit, et *Seifo-ed-dewlet* obtulit, qui ei mille aureos misit. Quod cum *Sáhib Ben Abbád* audivisset: Nimis, inquit, *Seif-ed-dewlet* parsimoniae studuit. Plus certe quam alterum tantum meritus est, quandoquidem liber veneribus selectis orationisque elegantiis pretiosis refertus est. Abstinenti enim est fructus, viro docto materies et occasio eruditionem augendi, scribae et elegantiorum literarum studioso sors et mercimonium, viro strenuo robur et animus, fluctuanti exercitatio et palaestra, principi voluptas dulcis et delectatio suavis. Bibliotheca mea certe centum septendecim milia voluminum continet, attamen praeter illum librum nullus ei inest, qui mecum noctu confabuletur. Eum etiam in historiis Arabum aliorumque examinare constitui, et inveni omnia quae vix unquam ad aures eorum, qui eum in hoc genere

من قرفه بذلك قد اورده العلماء فى كتبهم ففاز بالسبق فى جمعه وحسن وضعه وتأليفه ولقد كان عضد الدولة لا يفارقه فى سفره ولا حضره وقد بيعت مسودته بسوق ببغداد اربعة الاف درهم انتهى وذكر ابن خلكان ان ابن عباد كان يستصحب فى اسفاره حمل ثلثين جملا من كتب الادب فلمّا وصل اليه هذا الكتاب لم يكن بعد ذلك يستصحب غيره لاستغنائه عنها وقد اختار منها جماعة منهم الوزير [الحسين بن على بن حسين ابو القاسم المعروف بابن] المغربى المتوفى سنة [٤١٨] والقاضى جمال الدين محمد بن سالم المعروف بابن واصل الحموى المتوفى سنة [٦٩٧] وابن النذير وابو القاسم عبد الله بن محمد المعروف بابن باقيا الكاتب الحلبى المتوفى سنة ٤٨٥ والامير عزّ الملك محمد بن عبد الله [بن احمد] الحرانى المسيحى الكاتب المتوفى سنة [٤٢٠] وجمال الدين محمد بن مكرم الانصارى المتوفى سنة ٧١١ ومختاره مرتّب على الحروف سمّاه مختار الاغانى فى الاخبار والتهانى وابو الحسين احمد بن الرشيدى ذكره ابن مكرم والدخوار

٩٨١ الاغانى ليحيى بن ابى منصور الموصلى

---

vituperarunt, perveniunt et a viris doctis in libris commemorata sunt, sed palmam auctor tenet ratione egregia, quam in opere colligendo, instituendo et componendo secutus est. *Adhod-ed-dewlet* neque domi neque foris illud a se segregabat, et exemplum primis literis exaratum in foro Baghdadensi quatuor milibus drachmarum venditum est. — Haec ille. — *Ibn Khallekán* narrat, *Ibn Abbád* in itineribus suis semper onus tot librorum philologicorum, quot triginta cameli portant, secum habere consuevisse. Ut autem hoc opus ad ipsum pervenerit, nullum praeter illud postea secum sumsisse, cum qui hoc volvat, ceteris facile carere possit. — Multi viri docti delectum illarum cantionum instituerunt, ut Wesir [*Hosein Ben Ali Ben Hosein Abu'lcásim* vulgo dictus *Ibn*] *El-Maghrebi*, anno 418 (inc. 11. Febr. 1027) mortuus — Cadhi *Jemál-ed-din Mohammed Ben Sálim Hamewi*, vulgo *Ibn Wásil* dictus et anno [697 (inc. 19. Oct. 1297)] mortuus — *Ibn-elnedzír* — *Abu'lcásim Abdallah Ben Mohammed Halebi* Scriba, vulgo *Ibn Báckiya* dictus et anno 485 (inc. 12. Febr. 1092) mortuus — Emir *Izz-el-melek Mohammed Ben Abdallah* [*Ben Ahmed*] *Harráni Mesíhi* Scriba, anno [420 (inc. 20. Jan. 1029)] mortuus — *Jemál-ed-din Mohammed Ben Mokarrem Ansári*, anno 711 (inc. 20. Mai. 1311) mortuus, qui delectum suum alphabetiee disposuit et *Mokhtár el-aghání fi el-akhbár we el-teháni* inscripsit — *Abu'lhosein Ahmed Ben-elreshídi*, quem *Ibn Mokarrem* commemorat — et denique *Dekhwár*. —

981. El-Aghání, cantiones alphabetice dispositae, auctore *Yahya Ben Abi Mansur*

المتوفى سنة رتّب على الحروف ۹۸۲ اغتباط بمعرفة من رمى بالاختلاط لبرهان الدين ابرهيم بن محمد المعروف بسبط ابن العجمى الحلبى رتّب على الحروف من اختلط كلامه من الرواة فى آخر عمره ۹۸۳ اغراب شعبة على سفيان وسفيان على شعبة فى الحديث للامام ابى عبد الرحمن احمد بن شعيب النسائى المتوفى سنة ۳۰۳ ۹۸۴ اغراب فى ضبط عوامل الاعراب لابرهيم بن احمد الجزرى الانصارى وهو مختصر على اثنى عشر فصلا ۹۸۵ اغراب فى جدل الاعراب لكمال الدين [ابى البركات] عبد الرحمن بن محمد الانبارى المتوفى سنة ۵۷۷ وهو مختصر اوله الحمد لله مسبّب الاسباب الخ ۹۸۶ اغراض السياسة فارسى لظهير الدين محمد بن على الكاتب السمرقندى المتوفى سنة وله شرحه ۹۸۷ الاغراض الطبّية والمباحث العلائيّة فارسى لزين الدين ابى الفضائل اسمعيل بن الحسين الحسينى الجرجانى الطبيب المشهور المتوفى سنة ۵۳۵ وهو كبير فى مجلّدين مرتّب على ستة وعشرين مقالة فى كلّ منها ابواب كثيرة اوله امّا بعد حمد الله سبحانه الخ ذكر فيه انّه لمّا اهدى الى نصرة الدين اتسز

---

*Mausili*, anno . . . mortuo. — 982. Ightibát, status aemulatione dignus in cognitione eorum, qui confusionis accusantur, auctore *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Halebi* vulgo *Sibt Ibn-elajemi* dicto. In ordine alphabetico hic recensentur relatores, quorum effata ad finem vitae confusa sunt. — 983. Ighráb Shobet, argumentorum productio *Shoba*e contra *Sofyán* et *Sofyan*i contra *Shoba*. Tractatus traditiones spectans, auctore Imam *Abu Abd-el-rahman Ahmed Ben Shoeib Nesáï*, anno 303 (inc. 17. Jul. 915) mortuo. — 984. Ighráb, de definitione accuratiore regentium habita flexionum finalium ratione, auctore *Ibrahim Ben Ahmed Iezeri Ansári*. Compendium in duodecim sectiones divisum. — 985. Ighráb, praecepta peregrina de dialectica Arabum, auctore *Kemál-ed-din* [*Abu'lberakát*] *Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbari*, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo caussarum auctori etc. — 986. Aghrádh el-siyáset, intentiones dominationis. Opus persicum a *Tzehír-ed-din Mohammed Ben Ali Samarcandi* Scriba, qui illud ipse commentatus est, compositum. Obiit anno . . . . — 987. El-Aghrádh El-Tabíyet we El-Mebáhith El-Aláïyet, propositiones medicae et quaestiones Aláïdicae, auctore *Zein-ed-din Abu'lfedháïl Ismaïl Ben-elhosein Hoseini Jorjáni* Medico famoso, anno 535 (inc. 17. Aug. 1140) defuncto. Opus magnum persice scriptum et duo volumina complectens. Dispositum est in viginti sex dissertationes, quae singulae plura capita continent, et incipit ita: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus gloriosus etc. Narrat auctor in eo, cum *Nasret-ed-dino Atsüz Khowarezmshahi* filio

ابن خوارزمشاه مختصرًا فى الطبّ سأله وزيره مجد الدين ابو محمد صاحب بن محمد البخارى ايضاحه وبسطه فاجاب بتأليف الاغراض ملخصًا من تأليفه الذخيرة الخوارزمشاهيّة ٩٨٨ الاغريض فى الفرق بين الكناية والتعريض للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ٩٨٩ الاغضآء عن دعآء الاعضآء للشيخ جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ من رسآئله الحديثيّة كما ذكره فى الفهرس ٩٩٠ الاغفال فيما اغفله الزجاج من المعانى للشيخ ابى على حسن بن احمد الفارسى النحوى المتوفى سنة ٣٧٧ ٩٩١ الاغفال فى غريب الحديث لابى بكر الحنبلى ٩٩٢ آفات الوعّاظ للشيخ ابى الفتوح اسعد بن محمود [بن خلف] العجلى الاصفهانى المتوفى سنة ٦٠٠ كان اولا واعظًا ثمّ ترك وصنّف ذلك ٩٩٣ الافادات المنظومة فى العبادات المختومة لجمال الدين يوسف بن محمد بن مسعود السرمرى [الحنبلى] مختصر اوله الحمد للواحد المعبود جلّ وعلا الخ ٩٩٤ افادة الخير بنصّه فى زيادة العمر ونقصه من رسآئل الشيخ جلال

---

compendium medicum obtulisset, *Majd-ed-din Abu Mohammed Sáhib Ben Mohammed Bokhári* illius Wesirum a se petiisse, ut illud explicaret et amplificaret. Votis igitur satisfecit componendo libro *Aghrádh*, quem ex opere suo *El-Dzekhíret El-Khowarezmsháhíyet* excerpsit. — 988. El-Ighrídh, flores palmae de discrimine inter metonymias et allegorias, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) defuncto. — 989. El-Ighdhá an duá el-a'dhá, liberatio a precatione membrorum, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Unus est ejus tractatuum traditionalium, ut ipse in catalogo librorum suorum monet. — 990. El-Aghfál, res minus certae de iis sententiis, quas *Zejjáj* non explicuit, auctore Sheikh *Abu Ali Hasan Ben Ahmed Fárisi* Grammatico, anno 377 (inc. 3. Mai. 987) defuncto. — 991. El-Aghfál, res dubiae in vocibus traditionum inusitatis, auctore *Abu Bekr* Hanbalita. — 992. Afát el-woátz, calamitates concionatorum. Composuit hunc librum Sheikh *Abu'lfatúh As'ad Ben Mahmud [Ben Khalaf] Ajeli Isfaháni*, postquam antea concionator fuerat, deinde vero munere se abdicaverat. Obiit anno 600 (inc. 10. Sept. 1203). — 993. El-Ifadát El-Mantzúmet, institutiones rhythmicae de ritibus sancitis, auctore *Jemál-ed-din Yusuf Ben Mohammed Ben Mes'ud Sermeri* [Hanbalita]. Compendium ita incipiens: Laus unico adorato qui gloriosus et excelsus est etc. — 994. Ifádet el-kheir bi nassihi, institutio de commodis verbis clarissimis concepta, quae vitae longiorem et breviorem durationem tractat. Tractatus

الدين السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ٩٩٥ افادة الشيوخ لطهارة الجوخ من رسائل ابن طولون الدمشقى ٩٩٦ افادة المبتدى المستفيد فى حكم اتيان المأموم بالتسميع وجهره به اذا بلغ واسراره بالتحميد على مذهب الشافعى جزء للحافظ برهان الدين ابرهيم بن محمد التاجى الشافعى [بعد ان كان حنبليًّا المتوفى فى سنة ٩٠٠] اوله الحمد لله على ما انعم الخ ٩٩٧ الافادة فى النحو لنور الدين محمود بن حمزة الكرمانى المتوفى بعد سنة ٥٠٠ ٩٩٨ افاضة الانوار فى اضآءة اصول المنار من شروحه يأتى فى الميم ٩٩٩ افاضة الفتاح فى حاشية تغيير المفتاح يأتى ايضا فى الميم ١٠٠٠ آفاق الاشراق فى الحكمة لنجم الدين ابن اللبودى ١٠٠١ افانين البساتين لابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى الحافظ المتوفى سنة ٥٦٢ ١٠٠٢ افانين البلاغة للعلامة ابى القاسم حسين بن محمد المعروف بالراغب الاصفهانى ١٠٠٣ افتتاح فى شرح المصباح يأتى فى الميم ١٠٠٤ الافتتاح لارباب الصلاح ١٠٠٥ افتخار

---

Sheikhi *Jelál-ed-din Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defuncti. — 995. **Ifádet el-shoyúkh**, institutio Sheikhorum, quae ad munditiem panni ducit. Unus tractatuum, quos *Ibn Tulún Dimeshcki* scripsit. — 996. **Ifádet el-mubtedi el-mustefíd**, utilis instructio tironis studiosi de precatione *Tesmí'* ab eo, quem Imám precando praeit, voce elata, si adolevit, recitanda, et formula *Tehmíd* ad mentem Imami *Shafii* submisse dicenda. Fasciculus Shafiitae Hafitz *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Táji* ita incipiens: Laus Deo pro beneficiis collatis etc. [Fuit ille antea Hanbalita et obiit anno 900 (inc. 2. Oct. 1494)]. — 997. **El-Ifádet**, institutiones grammaticae, auctore *Nur-ed-din Mahmud Ben Hamza Kermáni*, post annum 500 (inc. 2. Sept. 1106) defuncto. — 998. **Ifádhet el-anwár**, effusio luminum de illustratione principiorum operis *Menár*. Commentarius hujus libri, de quo in litera *Mím* sermo erit. — 999. **Ifádhet el-fettáh**, effusio Dei aperientis. Glossae ad commentarium *Taghyír* operis *Miftáh*, de quo eadem litera *Mím* videatur. — 1000. **Afác el-ishrác**, plagae aurorae. Opus de philosophia, auctore *Nejm-ed-din Ibn-ellobúdi*. — 1001. **Afanín el-besatín**, diversa hortorum genera, auctore *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni* El-Hafitz, mortuo anno 562 (inc. 28. Oct. 1166). — 1002. **Afanín el-belághet**, diversa eloquentiae genera, auctore viro eruditissimo *Abu'lcásim Hosein Ben Mohammed*, vulgo *Rághib Isfaháni* dicto. — 1003. **El-Iftitáh**, patefactio. Commentarius operis *Misbáh* in litera *Mím* laudandi. — 1004. **El-Iftitáh**, patefactio hominibus probis oblata. — 1005. **Iftikhár**

العرب لزين المشايخ ابى الفضل محمد بن ابى القاسم البقالى الخوارزمى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٠٠٦ افتراض دفع الاعتراض للقاضى قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الدمشقى [الشافعى] المتوفى سنة ٨٩٤ ردّ فيه على من تعقّب عليه من اليمانيّين فى روض النضر ١٠٠٧ الافتراض فى ردّ الاعتراض للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٠٠٨ افحام الممارى باخبار تميم الدارى للشيخ شهاب الدين ابى محمود احمد بن محمد المقدسى المتوفى سنة ٦٦٥ ١٠٠٩ افحام اليهود ١٠١٠ الافصاح فى اسمآء النكاح للجلال السيوطى من رسآئله فى اللغة ١٠١١ الافصاح عن شرح معانى الصحاح اى الاحاديث الصحاح لابى المظفر يحيى بن محمد ابن هبيرة الوزير المتوفى سنة [٥٦٠] شرح فيه احاديث الصحيحين لخّصه ابو على الحسن بن الخطير النعمانى الفارسى المتوفى سنة ٥٩٨ ١٠١٢ الافصاح بفوائد الايضاح وهو من شروح ايضاح الفارسى يأتى قريبًا ١٠١٣ الافصاح فى زوائد القاموس على الصحاح

---

**El-Arab**, gloriatio Arabum, auctore *Zein-el-meshâïkh Abu'lfadhl Mohammed Ben Abi'lcâsim Beccâli Khowarezmi*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) defuncto. — 1006. **Iftirâdh**, obligatio dubitationes adversariorum expellendi. Cadhi *Cotb-ed-dîn Mohammed Ben Mohammed Heidheri Dimeshcki* [Shafiita], qui anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) obiit, hic quendam Jemenensium refutat, qui ei ob librum *Raudh el-nadhar* obtrectaverat. — 1007. **El-Iftirâdh**, obligatio de dubitationibus adversariorum eximendis, auctore Sheikh *Jelâl-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyûti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defuncto. — 1008. **Ifhâm el-momâri**, silentium contentioso impositum per historiam *Temími Dári*, auctore Sheikh *Shehâb-ed-dîn Abu Mahmud Ahmed Ben Mohammed Mocaddesi*, anno 665 (inc. 2. Oct. 1266) mortuo. — 1009. **Ifhâm El-Yehûd**, silentium Judaeis imperatum. — 1010. **El-Ifsâh**, explicatio perspicua nominum, quae conjugium denotant. Tractatus lexicologicus *Jelâl-ed-dini Soyuti*. — 1011. **El-Ifsâh**, explicatio perspicua. Commentarius sententiarum traditionum sanarum. *Abu'lmotzaffer Yahya Ben Mohammed Ibn Hobeira El-Wezír*, qui anno [560 (inc. 18. Nov. 1164)] obiit, in hoc opere traditiones in duobus *Sahîh* obvias explicat. Potiora ejus *Abu Ali Hasan Ben-elkhatír Nomâni Fârisi* separatim edidit. Obiit hic anno 598 (inc. 1. Oct. 1201). — 1012. **El-Ifsâh**, expositio clara institutionum utilium operis *Idhâh*. Commentariorum unus est libri *Idhâh*, a *Fârisi* compositi et mox commemorandi. — 1013. **El-Ifsâh**, expositio clara, de additamentis *Camusi* ad lexicon *Sahâh*. Edidit illa Sheikh *Jelâl-ed-dîn*

للشيخ جلال الدين السيوطى ذكره فى الفهرس   ١٠١٤ الافصاح فى شرح مختصر المزنى يأتى فى الميم   ١٠١٥ الافصاح وغاية الاشراح فى القرآات السبع للشيخ علم الدين على بن محمد السخاوى المقرى المتوفى سنة ٦٤٣   ١٠١٦ الافصاح عن لبّ الفوائد والتلخيص والمصباح فى المعانى والبيان للشيخ رضى الدين محمد بن محمد الغزى العامرى [المتوفى سنة ٩٣٥] ثمّ شرحه وسمّاه تحرير الاصلاح فى تقرير الافصاح اوله الحمد لله الذى شرح صدورنا الخ وهو متن [متين] جمع فيه بين التلخيص والفوائد الغياثيّة والمصباح ثمّ شرحه ممزوجًا مفيدًا   ١٠١٧ الافصاح فى اختصار المصباح يأتى فى الميم   ١٠١٨ الافصاح فى اسمآء النكاح لجلال الدين عبد الرحمن السيوطى وهو لغة صرف مبسوط بنقوله وشواهده فى مجلّد   ١٠١٩ الافصاح فى اعراب الكافية يأتى فى الكاف   ١٠٢٠ الافصاح فى النكت على تلخيص المعانى يأتى فى التآء   ١٠٢١ الافصاح فى شرح ابيات تكملة

---

*Soyuti*, libellumque commemorat in catalogo operum suorum. — **1014. El-Ifsáh**, explicatio perspicua. Commentarius ad opus *Mukhtesar* a *Mozeni* editum. Videatur de eo litera *Mím.* — **1015. El-Ifsáh we Gháyet el-ishráh**, expositio clara et explicatio omnino perfectissima de septem Corani recensionibus, auctore Sheikh *Ilm-ed-din Ali Ben Mohammed Sekháwi El-Mucri* (Corani lectore), anno 643 (inc. 29. Mai. 1145) mortuo. — **1016. El-Ifsáh**, expositio clara medullae operum *Fewáïd*, *Telkhis* et *Misbáh* de doctrina sententiarum et expositionis, auctore Sheikh *Redhi-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ghazzi Amiri* [anno 935 (inc. 15. Sept. 1528) mortuo]. Hic deinde textum commentatus est, commentariumque, qui a verbis incipit: Laus Deo, qui pectora nostra aperuit etc., inscripsit: *Tehrír el-isláh fi tecrír El-Ifsáh.* Est textus [solidus], in quo opera *Telkhis*, *Fewáïd Ghiyáthiyet* et *Misbáh* conjunxit. Deinde in commentario utili, cui textum admiscuit, illum explicuit. — **1017. El-Ifsáh**, clara expositio. Epitome operis *Misbáh*, de quo litera *Mím* videatur. — **1018. El-Ifsáh**, clara expositio de nominibus conjugii, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti.* Glossarium classicum et amplum cum locis ex auctoribus allatis et probantibus uno volumine comprehensum. — **1019. El-Ifsáh**, expositio clara de flexionibus grammaticae *Kafiya* finalibus. Videatur litera *Káf.* — **1020. El-Ifsáh**, expositio clara, continens annotationes subtiles ad opus *Telkhis el-meáni*, quod in litera *Tá* commemorabitur. — **1021. El-Ifsáh**, expositio clara. Commentarius versuum in opere *Tekmilet* .... obviorum. —

١٠٢٢ علم افضل القران وفاضله

ذكره ابو الخير من فروع علم التفسير ونقل فيه مذاهب الائمّة كما في الاتقان

١٠٢٣ افضل القرى لقرّاء امّ القرى يأتى قريبًا ١٠٢٤ افعال العباد للشيخ الامام ابى عبد الله محمد بن اسمعيل البخارى المتوفى سنة ٢٥٦ ١٠٢٥ الافعال وتصاريفها لابى بكر محمد بن عمر [بن عبد العزيز] القرطبى المعروف بابن القوطيّة النحوى المتوفى سنة ٣٦٧ وهو اول من صنّف فيه ولابى منصور محمد بن على بن عمر الجيّانى الاصفهانى الاديب صنّف سنة ٤١٦ وممّن صنّف فيه الشيخ ابو القاسم على بن جعفر المعروف بابن القطاع السعدى الصقلى المصرى المتوفى سنة ٥١٥ وتأليفه اجود من افعال ابن القوطيّة كما ذكره ابن خلكان ثمّ انّى رأيته يذكر انّه رتّب كتاب ابن القوطيّة على الحروف وذكر ما لم يذكره من الرباعى والخماسى اوله الحمد لله ذى العزّة والسلطان الخ وذكر ما اغفله وهذّب ومنهم ابو عثمان سعيد بن محمد السرقسطى

---

**1022. Ilm afdhal El-Cor'an we fádhilihi.** Doctrina praestantiorum partium Corani ejusque praestantium.

Numerat eam *Abu'lkheir* in partibus exegeseos coranicae specialibus, variasque ad exemplum operis *Itcán* de ea Jmamorum affert sententias.

**1023. Afdhal el-ckira**, praestantissima coena hospitalis lectoribus urbis patriae lectorum Corani oblata. Videatur paulo infra. — **1024. Af'ál el-ibád**, actiones servorum, auctore Sheikh Imam *Abu Abdallah Mohammed Ben Ismaïl Bokhári*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. — **1025. El-Af'ál we Tesarífoha**, verba et eorum flexiones. Primus, qui de hac materia scripsit, fuit *Abu Bekr Mohammed Ben Omar* [*Ben Abd-el-aziz*] *Cortúbi* Grammaticus, *Ibn-elcutiya* cognominatus et anno 367 (inc. 19. Aug. 977) mortuus. Hunc secutus est *Abu Mansur Mohammed Ben Ali Ben Omar Jayyáni Isfaháni* Philologus, qui anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) scripsit. Eandem materiam tractarunt Sheikh *Abu'lcásim Ali Ben Jafar Sa'di Sickilli Misri*, *Ibn-elcattá'* cognominatus et anno 515 (inc. 22. Mart. 1121) mortuus. Ejus opus, ut *Ibn Khallekán* monet, praestantius habetur opere *Af'ál Ibn-elcutiyae*. Vidi deinde eum commemorare, ipsum librum *Ibn-elcutiyae* in ordinem alphabeticum redegisse verbaque quatuor et quinque literarum, quae ille non commemoraverit, recensuisse. Incipit ita: Laus Deo glorioso et imperium tenenti etc. Commemorat quae ille omiserat eaque recognoscit — et *Abu Othman Sa'íd Ben Mohammed*

المنبوز بالحمار اول كتابه الحمد لله بجميع محامده الخ ذكر فيه انّ ابن القوطيّة قصد الايجاز حتى اخلّ فى كثير من المواضع فاصلحه بعد روايته عنه بالحاق كثير من الافعال فبلغ عدد ما فيه الى ٢٧٥٣ افعال مرتّبا على ترتيب مخارج الحروف ولجمال الدين محمد بن عبد الله ابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ لاميّة فى الافعال ١٠٢٦ افعل من فى الامثال لمحمد ابن حبيب النحوى ١٠٢٧ افواج القرا ١٠٢٨ الافهام والاصابة فى مصالح الكتابة للشيخ الامام برهان الدين ابرهيم ابن عمر الجعبرى القارى المتوفى سنة ٧٣٣ منظومة ١٠٢٩ الافهام لما فى البخارى من الابهام يأتى فى الصاد ١٠٣٠ افهام الافهام لمعانى عقيدة شيخ الاسلام ابن عبد السلام يأتى فى العين ١٠٣١ اقاليم التعاليم للقاضى محمد بن احمد بن الخليل الخويى المتوفى سنة ٦٩٣ فى الفنون السبعة التفسير والحديث والفقه والادب والطبّ والهندسة والحساب اوله الحمد لله خالق الاشيآء واضع الارض ورافع السمآء الخ

---

*Saracosti*, contumeliose *Hammár* (asinarius) cognominatus. Opus ejus incipit a verbis: Laus Deo cum omnibus laudis ejus titulis etc. Monet in eo, *Ibn-elcutíya* nimis brevitati studuisse, ita ut in multis locis dormitaverit. Itaque, allatis iis, quae ille ei tradiderat, additione multorum verborum damnum reparavit, ita ut numerus verborum, quae recensuit, summam duorum millium septingentorum quinquaginta trium expleret secundum organa quibus literae pronunciantur dispositorum. — Deinde *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ibn Málik* Grammaticus, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuus, *Lamíyet* (carmen in *Lám* desinens) de verbis composuit. — 1026. Af'al min, forma comparativi *af'al min* in proverbiis obvia, auctore *Mohammed Ben Hebíb* Grammatico. — 1027. Afwáj el-corrá, familiae lectorum Corani. — 1028. El-Ifhám we El-Isábet, institutio et doctrina recta de rebus ad scriptoris munus pertinentibus. Poëma, auctore Sheikh Imám *Borhán-ed-din Ibrahim Ibn Omar Jaberi El-Cári*, anno 732 (inc. 4. Oct. 1331) mortuo. — 1029. El-Ifhám, expositio nominum incertorum, quae in *Bokhári* occurrunt. Videatur infra sub *Sahíh*. — 1030. Ifhám el-afhám, institutio intellectuum de sententiis libri *Ackídet* Sheikhi-el-islám *Ibn Abd-el-selám*, de quo in *Aïn* videatur. — 1031. Acalím el-tealím, climata institutionum de septem doctrinis, exegesi coranica, re traditionaria, jurisprudentia, philologia, medicina, geometria et arithmetica, auctore Cadhi *Mohammed Ben Ahmed Ben-elkhalíl Khowayi*, anno 693 (inc. 2. Dec. 1293) mortuo. Incipit ita: Laus Deo rerum creatori, terrae fundatori, coelum erigenti etc. —

١٠٣٢ اقاليم البلاد وسيأتى ما يتعلّق به فى علم جغرافيا ١٠٣٣ اقامة الدلائل على معرفة
الاوائل للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر المتوفى سنة ٨٥٢ ١٠٣٤ اقبال
تقرير المواكب فى ابطال تسخير الكواكب للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى
سنة ٧٨٨ ١٠٣٥ اقبال نامه فارسى من خمسه الشيخ يوسف النظامى وسيأتى فى الخاء المعجمة
اوله خدايا جهان پادشاهى تراست الخ ١٠٣٦ اقتباس الانوار والتماس الازهار فى انساب
الصحابة ورواة الآثار لابى محمد عبد الله بن على اللخمى [الاندلسى] الشهير بالرشاطى
المتوفى سنة ٥٤٢ وهو من الكتب القديمة فى الانساب لخّصه مجد الدين اسمعيل بن ابرهيم
البلبيسى المتوفى سنة ٧٠٢ واضاف اليه زيادات ابن الاثير على انساب السمعانى وسمّاه القبس
اوله الحمد لله الذى خلق صنف البشر الخ ١٠٣٧ اقتباس الانوار فى شرح المنار
يأتى فى الميم ١٠٣٨ اقتباس رفع الالتباس فى بيان طريق الناس للشيخ عبد اللطيف بن

---

1032. **Acalím el-bilád**, climata terrarum. Quae huc pertinent, vide infra sub *Ilm Jaghrafiya*. — 1033. **Icámet el-deláïl**, erectio columnarum viae ad cognitionem eorum, qui primi aliquid fecerunt, auctore Hafitz *Shehâb-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 1034. **Icbál tecrír el-mewákib**, felicitas sermonis comitatuum de vanitate conatuum stellas sibi subjiciendi, auctore Sheikh *Zein-ed-din Serîja Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 1035. **Icbál námeh** liber fortunae secundae Alexandri. Pars operis quincuplicis Sheikhi *Yusuf Nitzámi*, de quo infra videatur in litera *Khá*. Incipit ita: O Deus, imperium mundi tuum est etc. — 1036. **Ictibás el-anwár we iltimás el-azhár**, mutuatio luminum et flagitatio florum, de genealogiis sociorum prophetae et eorum, qui effata canonica tradiderunt, auctore *Abu Mohammed Abdallah Ben Ali Lakhmi* [*Andalusi*], vulgo *Roshâti* dicto et anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Pertinet ad opera genealogica antiqua, librique delectum instituit *Majd-ed-din Ismaïl Ben Ibrahim Bolbeisi*, anno 702 (inc. 3. Sept. 1399) defunctus. Supplementa *Ibn el-athiri* ad Genealogias *Sem'áni*i addidit librumque inscripsit *El-Cabs*. Incipit ita: Laus Deo qui genus humanum creavit etc. — 1037. **Ictibás el-anwár**, mutuatio luminum. Commentarius operis *Ménar*, de quo litera *Mím* videatur. — 1038. **Ictibás raf' el-iltibás**, facultas comparata obscuritates removendi, de expositione viae (mysticae) hominum. Compendium in introductionem, viam et conclusionem divisum, auctore Sheikh *Abd-el-letif Ben*

عبد الرحمن المقدسى المتوفى سنة ٨٥٦ وهو مختصر على مقدّمة وطريق وخاتمة ١٠٣٩ اقتراح فى اصول الحديث للشيخ تقى الدين محمد بن على بن دقيق العبد [المنفلوطى] الشافعى المتوفى سنة ٧٠٢ وهو مختصر ذكره لحافظ زين الدين عبد الرحيم بن الحسين العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ فى الغنية وانّه نظمه ١٠٤٠ اقتراح فى اصول النحو وجدله لجلال الدين عبد الرحمن السيوطى المتوفى سنة ٩١١ مختصر اوله الحمد لله الذى ارشد لابتكار هذا النمط الخ رتّب على مقدّمات وسبعة كتب [وشرحه للعلامة ابن علان المكى شرحه شرحًا ممزوجًا] ١٠٤١ اقتراح فى القراءة للشيخ ابى على الحسن بن احمد بن يحيى المعروف بابن الكذابة ١٠٤٢ اقتصاد فى الاعتقاد للامام حجة الاسلام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٠٤٣ الاقتصاد فى رسم المصحف للشيخ ابى عمرو عثمان بن سعيد الدانى المتوفى سنة ٤٤٤ ١٠٤٤ الاقتصاد فى الفروع لابى حنيفة نعمان بن عبد الله القاضى الشافعى المتوفى سنة ٣٦٧ ١٠٤٥ الاقتصاد فى شرح

---

*Abd-el-rahman Mocaddesi*, anno 856 (inc. 23. Jan. 1452) mortuo. — 1039. **Ictiráh**, institutio extemporalis de principiis doctrinae traditionalis, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Mohammed Ben Ali Ben Deckic El-Abd* [*Manfeluti*] Shafiita, anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) mortuo. Compendium, quod Hafitz *Zein-ed-din Abd-el-rehím Ben-elhosein Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuus, in opere *Ghonyet* commemorat, et ut monet, poëtice exaravit. — 1040. **Ictiráh**, institutio extemporalis de principiis grammaticae ejusque locis controversis, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Compendium in plures introductiones et septem libros digestum, quod incipit ita: Laus Deo qui ad primam inventionem hujus methodi direxit etc. [Commentatus illud est vir eruditissimus *Ibn Allán Mekki*, commentarioque textum admiscuit]. — 1041. **Ictiráh**, institutio extemporalis de Corano legendo, auctore Sheikh *Abu Ali Hasan Ben Ahmed Ben Yahya*, vulgo *Ibn-elkedzdzába* cognominato. — 1042. **Ictisád fi el-iticád**, libellus modicus de fidei professione, auctore Imam *Hojjet-el-islám Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) defuncto. — 1043. **Ictisád**, dissertatio modica de codicibus Corani exarandis, auctore Sheikh *Abu Amru Othmán Ben Saíd Dáni*, anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. — 1044. **El-Ictisád**, opus modicum de partibus juris specialibus, auctore *Abu Hanífa Nomán Ben Abdallah* Judice Shafiitico, anno 367 (inc. 19. Aug. 977) defuncto. — 1045. **El-Ictisád**,

الايضاح فى النحو يأتى قريبا ١٠٤٦ الاقتصاد فى كفاية العقاد للشهاب احمد بن عماد
الاقفهسى الشافعى المتوفى سنة ٨٠٨ منظومة تزيد على خمسمائة بيت ١٠٤٧ الاقتصاد فى
الاجماع والخلاف مجلدين للشيخ الامام محمد بن منذر النيسابورى المتوفى سنة ٣١٨
١٠٤٨ اقتضاء الصراط المستقيم ١٠٤٩ اقتضاء العلم العمل للخطيب ١٠٥٠ الاقتضاب المجموع على
طريق المسئلة والجواب فى الطبّ لبعض المتطبّبين ومختصره لابى نصر سعد بن ابى الخير المسيحى
١٠٥١ الاقتضاب فى شرح ادب الكتّاب سبق ذكره ١٠٥٢ اقتطاف الازاهر فى ذيل روض المناظر
يأتى ١٠٥٣ اقتفاء المنهاج فى احاديث المعراج للحافظ ابى محمود احمد بن محمد بن ابرهيم
الخواصى المقدسى الشافعى المتوفى سنة ٧٦٥ ١٠٥٤ الاقتفاء فى فضائل المصطفى عليه السلام لناصر
الدين احمد بن محمد بن المنير [الجذامى المالكى] المتوفى سنة ٦٨٣ عارض به الشفاء ورتّب على

---

libellus modicus. Commentarius operis *Idhâh* de grammatica, de quo paulo infra videndum. — 1046. El-Ictisád, tractatus modicus de sufficientia bonorum acquisitorum. Opus rhythmicum amplius quingentos versus complectens, auctore *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Imâd Acfahesi* Shafiita, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — 1047. El-Ictisád, compendium modicum duobus voluminibus comprehensum de omnium consensione et dissensione, auctore Sheikh Imám *Mohammed Ben Mondzir Nisaburi*, anno 318 (inc. 3. Feb. 930) mortuo. — 1048. Ictidhá el-sirát el-musteckím, necessitas absoluta viae rectae. — 1049. Ictidhá, argumentatio, scientiam carere non posse actione, auctore *El-Khatib*. — 1050. El-Ictidháb El-Mejmu', opus ex tempore recitatum et e variis auctoribus collectum. Quaestiones et responsiones de medicina, auctore medico quodam. Earum epitomen confecit *Abu Nasr Sa'd Ben Abi'lkheir Mesihi*. — 1051. El-Ictidháb, opus extemporale. Commentarius operis *Adab el-kottâb* antea commemorati. — 1052. Ictitáf el-azáhir, messis florum. Continuatur hic opus *Raudh el-menâtzir*, de quo infra. — 1053. Ictifá el-minháj, persecutio viae, de traditionibus, quae ascensum *Mohammedis* in coelos tractant, auctore Hafitz *Abu Mahmûd Ahmed Ben Mohammed Ben Ibrahim Khawwâsi Mocaddesi* Shafiita, anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuo. — 1054. El-Ictifá fi fedháïl El-Mustefá, persecutio de meritis electi (*Mohammedis*) egregiis. Auctor *Nâsir-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben-elmonîr* [*Jodzâmi* Malikita], qui anno 683 (inc. 20. Mart. 1284) decessit, imitatus hic est opus *Shifâ*, et totum in duas partes divisit, quarum prior merita ejus egregia,

قسمين الاول فى فضائله والثانى فى سيره وبسط قصّة المعراج بسطا فى اربعة ابواب وفيه فوائد كثيرة ١٠٥٥ اقتناص النافر وانتقاص الوافر ديوان الشعر للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١٠٥٦ الاقتناص فى الفرق بين الحصر والاختصاص للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٠٥٧ الاقتناص فى مسئلة النماص للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٠٥٨ اقدار الرائض على الفتوى فى الفرائض لابى اسحق ابرهيم بن عمر السوسى الشافعى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى فرض الفرائض الخ رتّب على فاتحة واحد وستين بابا وخاتمة ذكر فيه مذاهب الصحابة فمن بعدهم من ائمّة المذاهب الباقية وفرغ فى صفر سنة ٨٤٧ ١٠٥٩ اقدار واهب القدر فى المعانى والبيان للمولى يوسف بن حسين الكرماستى المتوفى سنة ٩٠٦ اوله الحمد لله الذى بعث لصلاح عباده فى النشأتين نذيرا الخ ١٠٦٠ اقرابادين هو لفظ يونانى معناه التركيب اى تراكيب الادوية

---

posterior ejus vitae rationem tractat. Admodum copiose in quatuor capitibus historiam ascensus *Mohammed*is in coelos describit et multa docte et commode monet. — 1055. Ictinás el-náfir we Inticás el-wáfir, persecutio fugacis et studium copiam locupletis deminuendi. Corpus carminum, auctore Sheikh *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 1056. El-Ictinás, venatio de discrimine inter restrictionem et indicationem specialem, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1057. El-Ictinás, venatio. Quaestio de eo, qui pilos evellit, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1058. Icdár el-ráïdh, liber qui doctori facultatem praebet responsa dandi de haereditatibus. Disposuit eum auctor *Abu Is'hac Ibrahim Ben Omar Susi* Shafiita, anno ... defunctus, in apertionem, unum et sexaginta capita et conclusionem, in eoque recenset doctrinas sociorum prophetae et Imamorum subsequentium, qui reliquas scholas praeierunt, et opus, quod ita incipit: Laus Deo qui statuta sancivit etc., mense Safar anni 847 (inc. 1. Mai. 1443) absolvit. — 1059. Icdár wáhib el-cadr, dispositio ejus qui facultatem praebet de doctrina sententiarum et expositionis, auctore Molla *Yusuf Ben Hosein Kermáseti*, anno 906 (inc. 28. Jul. 1500) defuncto. Incipit ita: Laus Deo qui ad salutem cultorum suorum in mundis geniorum et hominum monitorem misit etc. — 1060. Ecrabadzín, dispensatoria medica. Vox illa graeca est compositionem significans i. e. compositiones medicamentorum simplicium earumque

المفردة وقوانينها صنّفوا فيه قديمًا وحديثًا ١٠٦١ اقسام البلاغة واحكام الفصاحة لابى عبد الله محمد بن احمد الزهرى النحوى المتوفى سنة ٦١٧

١٠٦٢ علم اقسام القران

جمع قسم بمعنى اليمين جعله السيوطى نوعا من انواع علوم القران وتبعه صاحب مفتاح السعادة حيث اورده من فروع علم التفسير وقال صنّف فيه ابن القيم مجلّدا سمّاه التبيان اقسم الله تعالى بنفسه فى القران فى سبعة مواضع والباقى كلّه قسم بمخلوقاته واجابوا عنه بوجوه

١٠٦٣ اقصى الامانى فى علم البيان والبديع والمعانى وهو مختصر تلخيص المفتاح يأتى فى التآء ١٠٦٤ اقصى الامد فى الردّ على منكر سرّ العدد لمحمد بن منكلى المصرى ١٠٦٥ اقصى القرب فى صناعة الادب للشيخ زين الدين محمد بن محمد التنوخى ١٠٦٦ اقضية الرسول عليه الصلوة والسلام للشيخ الامام ظهير الدين على بن عبد [العزيز

---

**regulas.** **Scripserunt de hac re veteres et recentiores. — 1061. Acsám el-belághet we ahkám el-fesáhet, partes eloquentiae et praecepta facundiae, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Zohri* Grammatico, anno 617 (inc. 8. Mart. 1220) mortuo. —**

**1062. Ilm acsám El-Cor'an. Doctrina juriumjurandorum in Corano obviorum.**

***Acsám* pluralis est vocis *casem* idem quod *el-yemín* i. e. jusjurandum significantis. *Soyuti* hanc doctrinam in speciebus doctrinarum coranicarum numerat, eumque auctor libri *Miftáh el-seádet* secutus est, quatenus eam partibus exegeseos coranicae specialibus accenset. Monet hic etiam, *Ibn-elcayyim* volumen de ea composuisse, illudque *Tubyán* inscripsisse. Deus in septem locis per se ipsum juravit, in ceteris vero per ea quae creavit. Viri docti variis modis ad hanc rem responderunt. —**

**1063. Acsa el-amáni, extrema vota de doctrina expositionis, ornate dicendi et sententiarum. Epitome libri *Telkhís el-miftáh*, de quo litera *Tá* videatur. — 1064. Acsa el-amed, terminus remotissimus de refutatione ejus, qui virtutes literarum secretas negat, auctore *Mohammed Ben Mengüli Misri.* — 1065. Acsa el-carab, extrema aquatio in arte literarum elegantiorum, auctore Sheikh *Zein-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ṭenúkhi.* — 1066. Acdhiyet el-rasúl, judicia legati, cui Deus benedicat et propitius sit, auctore Sheikh Imam *Tzehír-ed-din Ali Ben***

ابن عبد] الرزاق المرغيناني الحنفي المتوفى سنة [٥٠٦] ولها شروح وللشيخ ابى عبد الله محمد ابن فرج المالكى اولها الحمد لله كما حمد نفسه الخ ١٠٦٧ اقلام الاسلام فارسى

١٠٦٨ اقليد فى درء التقليد وهو من شروح التنبيه فى الفقه يأتى ١٠٦٩ اقليد فى التفسير ذكر صاحب الكشف عن العلّامة انّه طالعه ١٠٧٠ اقليدس فى اصول الهندسة والحساب وهو بضم الهمزة وكسر الدال وبالعكس لفظ يونانىّ مركّب من اقلى بمعنى المفتاح ودس بمعنى المقدار وقيل الهندسة اى مفتاح الهندسة فى القاموس اوقليدس اسم رجل وضع كتابا فى هذا العلم وقول ابن عباد اقليدس اسم كتاب غلط انتهى وفى شرح الاشكال للفاضل قاضى زاده الرومىّ حكى انّ بعض ملوك اليونان مال الى تحصيل ذلك الكتاب فاستعصى عليه حلّه فأخذ يتوسّم اخبار الكتاب من كلّ وارد عليه فاخبره بعضهم بان فى بلدة صور رجلا مبرّزا فى علمى الهندسة والحساب يقال له اقليدس فطلبه فالتمس منه تهذيب الكتاب وترتيبه فرتّبه وهذّبه

---

*Abd-* [*el-azíz Ben Abd-*] *el-rezzác Marghinání* Hanefita, mortuo anno [506 (inc. 28. Jun. 1112)]. Plures exstant hujus libri commentarii. De eadem re scripsit Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Farah* Malikita, cujus opus incipit ita: Laus Deo talis quali se ipsum laudat etc. — 1067. Aclám el-islám, variae scribendi rationes inter Mohammedanos usitatae. Persice. — 1068. Iclíd, clavis de prohibitione fidei sola auctoritate aliena nixae. Unus commentariorum ad opus juridicum *Tenbíh*, de quo infra. — 1069. Iclíd fi el-tefsír, clavis. Commentarius Corani, quem auctor libri *Kashf* commemorat auctoritate viri doctissimi *Zamakhsheri* nixus, qui se eum perlegisse narrat. — 1070. Uclídis fi osúl el-hendeset we el-hisáb, *Euclides* de elementis geometriae et arithmeticae. — Arabes illud nomen *Uclídes* et inverso modo *Icludes* pronuntiant. Vox est graeca, ex *ucli* (κλεις) „clavis" et *dis* (ταοις?), quod mensuram seu, ut alii volunt, geometriam significat, composita, ut *Uclides* idem sit ac clavis geometriae. Auctor *Camusi* vero haec habet: „*Uclidis* nomen est viri, qui primus librum de hac scientia composuit, et quod *Ibn Abbad* objicit, esse nomen libri, falsum est." In commentario libri *Ashkál*, quem vir bene meritus *Cadhizadeh Rumi* edidit, hoc narratur. Rex quidam Graecorum intrare in sensum hujus libri studuit, neque tamen ejus quaestiones solvere potuit. Ex singulis igitur viris doctis ipsum visitantibus notitias de hoc libro quaesivit. Ita quondam accidit, ut eorum quidam regem certiorem faceret, versari in urbe Tyro virum in doctrinis geometriae et arithmeticae versatissimum, eique nomen esse *Euclidi*. Hunc

فاشتهر باسمه بحيث اذا قيل كتاب اقليدس يفهم منه هذا الكتاب دون غيره من الكتب المنسوبة اليه انتهى بل صار هذا اللفظ حقيقة عرفيّة فى الكتاب كصدر الشريعة فيقال كتبت اقليدس وطالعته فظهر من كلام الفاضل ان اقليدس ما صنّف كتاب الاصول بل هذّبه وحرّره ويؤيده ما فى رسالة الكندىّ فى اغراض اقليدس انّ هذا الكتاب الّفه رجل يقال له ابلونيوس النجّار وانّه رسمه خمسة عشر قولا فلمّا تقادم عهده تحرّك بعض ملوك الاسكندرانيّين لطلب الهندسة وكان على عهده اقليدس فامره باصلاحه وتفسيره ففعل وفسّر منه ثلاث عشرة مقالة فنسبت اليه ثمّ وجد ابسقلاوس تلميذ اقليدس مقالتين وهما الرابعة عشر والخامسة عشر فاهداهما الى الملك فاضيفتا الى الكتاب انتهى ثمّ نقل من اليونانيّة الى العربيّة جماعة منهم حجّاج بن يوسف الكوفىّ فانّه نقله نقلين احدهما يعرف بالهارونى وهو الاوّل والثانى هو المسمّى بالمامونى وعليه يعول ونقل ايضا حنين بن اسحق العبادىّ المتطبّب المتوفى سنة ٢٦٠ وابو الحسن

---

rex statim arcessivit, et ut librum recognosceret et in ordinem redigeret, ab eo flagitavit. Quo facto liber ab hoc inde tempore illius viri nomen tulit, ita ut, cum liber *Euclidis* commemoratur, hoc compendium, exceptis ceteris scriptis, quae ei tribuuntur, intelligendum sit. — Haec *Cadhizadeh.* — At vero hoc nomen de illo libro eodem modo mere conventionali, quo *Sadr-el-sheriet*, usurpatur, ut dicant: Descripsi *Euclidem* eumque perlegi. — Jam ex illa narratione viri bene meriti apparet, *Euclidem* non esse Elementorum auctorem, at eum illa tantum recognovisse et correxisse. Idem ex tractatu, quem *Kindi* de instituto libri *Euclidis* scripsit, magis confirmatur. Ibi enim hoc opus a viro compositum esse legitur, cui nomen fuerit *Apollonius* faber lignarius (*El-Nejjár*), et in quindecim verba (*caul* i. e. sectiones) distributum. Aetate qua ille vixerit, longe praeterita, quendam regum Alexandrinorum ad studia geometriae impulsum esse, ejusque tempore *Euclidem* vixisse. Huic, ut librum in integrum restitueret et explicaret, regem mandasse, ideoque *Euclidem* tredecim libros, qui de eo denominati sint, exposuisse. Postea vero *Hypsiclen*, *Euclidis* discipulum, duos libros decimum quartum et decimum quintum detexisse, eosque regi oblatos ceteris additos esse. —

Plures Elementa ex lingua graeca in arabicam transtulerunt, ut *Hejjáj Ben Yusuf Kufi*, qui duas edidit versiones, quarum prior *Haru*nica, posterior, cui major fides attribuitur, *Mamun*ica est appellata. Verterunt illa etiam *Honein Ben Is'hac Ibádi* Medicus, qui anno 260 (inc. 27. Oct. 873) decessit, et *Abu'lhasa*n *Thábit Ben*

ثابت بن قرّة الحرّانىّ المتوفى سنة ٢٨٨ ونقل ابو عثمان الدمشقىّ منه مقالات وذكر عبد اللطيف المتطبّب انه رأى المقالة العاشرة منه برومية وهو يزيد على ما فى ايدى الناس اربعين شكلا والذى بايدى الناس مأئة وتسعة اشكال وانّه عزم على اخراج ذلك الى العربىّ واشتهر من النسخ المنقولة نسخة ثابت وحجّاج ثمّ اخذ كثير من اهل الفنّ شرحه وتفسيره منهم اليزيدىّ والجوهرىّ والهامانىّ فانّه فسّر المقالة الخامسة فقط وابو حفص الحرث الخراسانىّ وابو الوفآء البوزجانىّ وابو القاسم الانطاكىّ واحمد بن محمد الكرابيسىّ وابو يوسف الرازى فسّر العاشرة لابن العميد وجوّده والقاضى ابو محمد عبد الباقى البغدادىّ الشهير بقاضى مارستان شرح شرحًا بيّنًا مثّل فيه الاشكال بالعدد وابو على الحسن بن حسين بن الهيثم البصرى نزيل مصر شرح مصادراته وله ايضا ذكر شكوكه والجواب عنه وتفسير المقالة العاشرة لابى جعفر الخازن وللاهوازى ايضا وشرح ذوات الاسمين والمنفصلات من العاشرة ايضا لابى داود سليمان بن عقبة وشرح العلّة التى رتّب اقليدس [عليها] اشكال كتابه وفى التسبّب الى استخراج ما يرد من قضايا الاشكال

---

***Corra Harráni***, anno 288 (inc. 26. Dec. 900) mortuus. — ***Abu Othman Dimeshcki*** nonnullos tantum libros transtulit. — Decimum autem librum se Romae vidisse testatur ***Abd-el-letif*** Medicus, illumque quadraginta schemata plus continere quam exemplar vulgo ab hominibus usitatum; hoc enim novem et centum schemata comprehendere. Qua de causa sibi proposuisse, ut partem reliquam arabicam faceret. — Inter versiones autem ***Thabit***iana et ***Hejjáj***iana majorem celebritatem adeptae sunt. Deinde multi viri geometriae periti elementa commentari et explicare instituerunt, ut ***Yezídi***, ***Jauhari***, ***Hamáni***, qui quintum tantum librum exposuit, ***Abu Hafs Harith Khorasáni***, ***Abu'lwefá Buzjáni***, ***Abu'lcásim Antáki***, ***Ahmed Ben Mohammed Kerabísi***, ***Abu Yusuf Rázi***, qui librum decimum in commodum ***Ibn-elamíd***i egregie explicuit, ***Abu Mohammed Abd-el-báki*** Judex Baghdadensis, ***Cádhi maristán*** cognominatus, qui commentarium perspicuum composuit et schemata numeris expressit, ***Abu Ali Hasan Ben Hosein Ben-el-heithem Basri***, Misrae inquilinus, qui non solum definitiones libri commentatus est, sed etiam dubios ejus locos recensuit ad eosque respondit. Decimum librum explicuerunt ***Abu Jafar Kházin*** et ***Ahwázi***. ***Abu Dawud Soleimán Ben Ocba*** quoque exposuit libri decimi lineas binominales et apotomas. Commentarius causae, ad quam ***Euclides*** figuras libri sui in ordinem redegerit, et rationis, quae eum ad enunciationes propositionum (s. schematum), quae exstant, postquam eas

بعد فهمه لثابت بن قرّة ومن شروح اقليدس كتاب البلاغ لصاحب التجريد ومن تحريراته تحرير تقى الدين ابى الخير محمد بن محمد الفارسى تلميذ غياث الدين منصور وقد جعله من اقسام رياضيّات صحيفة وسمّاه بتهذيب الاصول ولايرن حلّ شكوكه ولبلبس اليونانى شرح العاشرة ثمّ اخذ كثير من المتأخّرين فى تحريره متصرّفين فيه ايجازًا وضبطًا وايضاحًا وبسطًا والاشهر ممّا حرّروه تحرير العلّامة المحقّق نصير الدين محمد بن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ بايجاز غير مخلّ واضاف اليه ما يليق به ممّا استفاده واستنبط اوّله الحمد لله الذى منه الابتداء الخ ذكر فيه انّه حرّره بعد تحرير المجسطى وانّ الكتاب يشتمل على خمس عشرة مقالة وهى اربعمائة وثمانية وستّون شكلا فى نسخة الحجاج وبزيادة عشرة اشكال فى نسخة ثابت افرز ما يوجد من اصل الكتاب فى نسختى الحجاج وثابت عن المزيد عليه امّا بالاشارة او باختلاف الوان الاشكال وفى بعض المواضع فى الترتيب ايضا بينهما اختلاف وعلى

---

intellexit, eliciendas duxerit, auctorem habet *Thâbit Ben Corra.* — Alius *Euclidis* commentarius ab eodem auctore, qui *El-Tejríd* composuit, scriptus, titulum habet *Kitâb el-belâgh.* Recensionem ejus correctiorem *Tacki-ed-din Abu'lkheir Mohammed Ben Mohammed Fârisi*, discipulus *Ghiyâth-ed-din*i *Mansur*, libro suo *Sahífet el-núr*, ubi partes doctrinarum mathematicarum tractat, inseruit, eamque appellavit *Tehdzíb el-osúl.* — Porro *Heron* eorum dubia solvit in libro singulari, et *Balbos* (*Pappos?*) Graecus commentarium libri decimi composuit. — Deinde plures recentiorum in hac re bene versatorum melius ea digerere instituerunt, modo compendiose et strictim, modo explicate et fuse rem tractantes. Recensionum omnium celeberrimam et brevitate, salvo archetypo, insignem curavit vir eruditissimus et subtilissimus *Nasír-ed-dín Mohammed Ben Mohammed Tusi*, qui anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) decessit. Addidit autem ea, quae vel edoctus fuerat vel cogitando elicuerat, et ipsi huc pertinere videbantur. Incipit editio ita: Laus Deo, a quo initium proficiscitur etc. Monet auctor, se ad haec elementa recensenda accessisse, postquam *Almagestum* recensuerit, et editionem eorum *Hejjâj*ianam quindecim libros seu quadringentas sexaginta octo propositiones continere, in *Thabit*iana vero decem propositiones plus exstare, et se, quae de archetypo in editionibus laudatis inveniantur, ab iis separasse quae accesserint vel indicio distincto vel colorum varietate, quibus schemata pinxerit. Praeterea in nonnullis locis illarum duarum editionum quandam dispositionis varietatem depre-

تحرير النصير حاشية للعلّامة الشريف الجرجانيّ وللفاضل العلّامة موسى بن محمد المعروف بقاضى زاده الرومى بلغ الى آخر المقالة السابعة ومن حواشى التحرير حاشية اوّلها الحمد لله الذى رفع سطح السمآء الخ ذكر صاحبه انّ التحرير كان مشتملًا على فوائد يحتاج بعضها الى تنبيه قليل وبعضها الى نظر جليل فكتب ومختصر اقليدس لنجم الدين ابن اللبوديّ ١٠٧١ اقناع الحذاق فى انواع الاوفاق لتاج الدين على بن محمد بن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٢ ١٠٧٢ اقناع فى احكام السماع لابى بكر محمد بن الادفوى الشافعى [المتوفى سنة ٣٨٨] ١٠٧٣ اقناع فى الكلام على ان لو للانتفآء للشيخ تقى الدين على بن عبد الكافى السبكى المتوفى سنة ٧٥٦ ١٠٧٤ اقناع فى تفسير قوله تعالى ما للظالمين من حميم ولا شفيع يطاع للشيخ تقى الدين المذكور ١٠٧٥ الاقناع لما حوى تحت القناع للشيخ الامام ناصر [الدين] ابن عبد السيد المطرزى النحوى المتوفى سنة ٦١٠ وهو لغة مرتّب على الاجناس ذكر الهوآء

---

hendi. — Ad hanc *Nasír-ed-dini* recensionem glossas exararunt vir eruditissimus *Sheríf Jorjáni*, et vir bene meritus et doctissimus *Musa Ben Mohammed Rumi*, *Cadhizadeh* cognominatus, qui tamen ultra finem libri septimi non progressus est. — Aliae glossae auctoris anonymi a verbis incipiunt: Laus Deo, qui expansum coeli erexit etc. Monet scriptor earum, recensionem *Nasír-ed-dini* continere institutiones, quarum aliae expositione levi, aliae meditatione gravi egeant, et hac de causa se ad scribendum adductum esse. — Epitomen denique *Euclidis* confecit *Nejm-ed-din Ibn-ellobúdi*. — 1071. Icná el-hodzdzác, institutio satisfaciens solertium de generibus quadratorum talismanicorum, auctore *Táj-ed-din Ali Ben Mohammed Ben-eldoreihim Mausili*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 1072. Icná' fi ahkám el-simá', institutio satisfaciens de regulis musicae, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-eladfewi* Shafiita [anno 388 (inc. 3. Jan. 998) mortuo]. — 1073. Icná', institutio satisfaciens de oratione legitima nixa illo praecepto, particulam *Lau* esse negativam, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ali Ben Abd-el-káfi Sobki*, anno 756 (inc. 16. Jan. 1355) mortuo. — 1074. Icná', institutio satisfaciens de explicatione effati divini: Injusti habebunt neque tutorem neque intercessorem, qui exaudiatur, auctore Sheikh *Tacki-ed-din* modo laudato. — 1075. El-Icná', institutio satisfaciens de iis quae sub velo latent, auctore Sheikh Imam *Násir-* [*ed-din*] *Ben Abd-el-seyyid Motarrizi* Grammatico, anno 610 (inc. 23. Mai. 1213) mortuo. Lexicon secundum species rerum dispositum, in quo v. c. aër et quae ad eum spectant in sectione

وما يتعلّق بها فى فصل وبنى على اربعة قواعد اوله الحمد لله الذى جعل العربيّة مفتاح التنزيل الخ ذكر فيه انّ ولده لمّا فرغ من حفظ القرآن ألّفه ليحفظه واعلم فيه للجوهرىّ والتهذيب ١٠٧٦ اقناع فى النحو لابى سعيد حسن بن عبد الله السيرافى النحوى المتوفى سنة ٣٦٨ ولم يكمله ثمّ كمّله ولده الجمال يوسف النحوى المتوفى سنة ٣٨٩ وكان يقول وضع والدى النحو فى المزابل بالاقناع يعنى سهله جدًّا فلا يحتاج الى مفسّر شواهد البصريّين ١٠٧٧ اقناع فى القرآآت السبع لابى جعفر احمد بن على بن بادش النحوى المتوفى سنة ٥٤٦ وهو كتاب لم يؤلّف مثله ١٠٧٨ اقناع فى القرآآت الشاذّة لابى على حسن بن على الاهوازى المقرى المتوفى سنة ٤٤٦ وذكر الجعبرى انّه لابى العزّ القلانسى وانّه اوضح فيه كفاية للطالب ١٠٧٩ اقناع فى الفروع مختصر لابى الحسن على بن محمد الماوردى الشافعى المتوفى سنة ٤٥٠ ولمحمد بن منذر النيسابورى الشافعى ايضا وكتابه احكام مجرّدة عن الدليل

---

tractatur et quatuor fundamentis constituitur. Incipit ita: Laus Deo qui linguam arabicam clavem revelationis fecit etc., auctorque se hunc librum composuisse monet, ut filius ipsius, postquam totum Coranum memoria tenuit, illum memoriae traderet, et relegat voce *alam* ad lexicon *Jauharii* et librum *Tehdzib.* — 1076. Icná', institutio satisfaciens. Opus grammaticum, auctore *Abu Saíd Hasan Ben Abdallah Siráfi* Grammatico. Obiit hic anno 368 (inc. 9. Aug. 978), opere nondum absoluto. Illud ad finem perduxit filius ejus *Jemál-ed-din Yusuf* Grammaticus, anno 389 (inc. 23. Dec. 998) defunctus, qui dicere consuevit, patrem suum grammaticam opere *Icná'* in latrinis posuisse, voluitque significare, illum eam dictione vulgari tam facilem reddidisse, ut non amplius desideraretur, qui dicta probantia grammaticorum Basrensium explicaret. — 1077. Icná', institutio satisfaciens de septem Corani recensionibus, auctore *Abu Jafar Ahmed Ben Ali Ben Bádish* Grammatico, anno 546 (inc. 20. Apr. 1151) defuncto. Liber qui parem nullum habet. — 1078. Icná', institutio satisfaciens de lectionibus Corani analogiae contrariis, auctore *Abu Ali Hasan Ben Ali Ahwázi Mocri* (Corani lectore), anno 446 (inc. 12. Apr. 1054) mortuo. *Iaberi* tamen monet, libri auctorem esse *Abu Izz-ed-din Calánisi*, huncque tam clare res explicuisse, ut studioso satisfaceret. — 1079. Icná', institutio satisfaciens. Compendium de partibus juris specialibus, auctore *Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Mawerdi* Shafiita, anno 450 (inc. 28. Febr. 1058) mortuo. Sub eodem titulo scripsit *Mohammed Ben Mondzir Nisaburi* Shafiita, ejus tamen liber statuta tantum continet argumentis nudata. —

١٠٨٠ اقناع في الحديث للقاضي ابي الفضل محمد بن احمد بن الليث المروزي المتوفى سنة ١٠٨١ اقناع في العروض لابي القاسم اسمعيل بن عباد الوزير المعروف بالصاحب المتوفى سنة [٣٨٥] ١٠٨٢ اقناع في الطبّ ١٠٨٣ اقناع لابي حيّان علي بن محمد التوحيدي المتوفى سنة [٤٠٠] ١٠٨٤ اقنوم اللغة فارسي مرتّب على الحروف اوله الحمد لله الذي اعطى كلّ شيء خلقه ثمّ هدى الخ ١٠٨٥ الاقوال القويمة في حكم النقل من الكتب القديمة لبرهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعي المتوفى سنة ٨٨٥ ١٠٨٦ اقوى العدد في القرآءة للشيخ علم الدين محمد بن عبد الصمد السخاوي المتوفى سنة [٦٤٣] ١٠٨٧ آكام العقيان في احكام الخصيان رسالة للسيوطي ١٠٨٨ آكام المرجان في احكام الجانّ للقاضي بدر الدين محمد بن عبد الله الشبلي الحنفي المتوفى سنة ٧٦٩ اوله الحمد لله خالق الانس والجنّ الخ رتّب على مائة واربعين بابًا في اخبار الجنّ واحوالهم

---

**1080. Icná', institutio satisfaciens de re traditionaria, auctore Cadhi *Abu'lfadhl Mohammed Ben Ahmed Ben-elleith Merwezi*, anno . . . mortuo. — 1081. Icná', institutio satisfaciens de versificatione, auctore *Abu'lcásim Ismaïl Ben Abbád El-Wesír*, vulgo *Sáhib* dicto et anno [385 (inc. 5. Febr. 995)] mortuo. — 1082. Icná', institutio satisfaciens de medicina. — 1083. Icná', institutio satisfaciens, auctore *Abu Hayyán Ali Ben Mohammed Tauhídi*, anno [400 inc. 25. Aug. 1009] mortuo. — 1084. Ocnúm el-loghet, essentia lexicologica. Dictionarium persicum ad ordinem alphabeticum dispositum. Incipit ita: Laus Deo qui singulis rebus indolem propriam dedit et tum direxit etc. — 1085. El-Acwál El-Cawímet, sententiae rectae de locis ex libris antiquis afferendis, auctore *Borhán-ed-din Ibrahím Ben Omar Becáï*, anno 885 (13. Mart. 1480) mortuo. — 1086. Acwa el-odad, apparatus instructissimi de lectione coranica, auctore Sheikh *Ilm-ed-din Mohammed Ben Abd-el-samed Sekháwi*, anno [643 (inc. 29. Mai. 1245)] mortuo. — 1087. Akám el-icyán, colles aurei. Tractatus de statutis castratorum, auctore *Soyuti*. — 1088. Akám el-merján, colles margaritarum de rebus geniorum, auctore Cadhi *Bedr-ed-din Mohammed Ben Abdallah Shibli* Hanefita, anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuo. Opus incipit ita: Laus Deo hominum et geniorum creatori etc., et in centum quadraginta capita de descriptione geniorum eorumque conditione dispositum est. —**

١٠٨٩ علم الاكتاف

هو علم باحث عن الخطوط والاشكال التى ترى فى اكتاف الضأن والمعز اذا قوبلت بشعاع الشمس من حيث دلالتها على احوال العالم الاكبر من الحروب والخصب والجدب وقلّما يستدلّ بها على الاحوال الجزئيّة لانسان معين يوخذ لوح الكتف قبل طبخ لحمه ويلقى على الارض اوّلا ثمّ ينظر فيه فيستدلّ باحوال من الصفآء والكدر والحمرة والخضرة الى الاحوال الجارية فى العالم وينسب اطرافه الاربعة الى جهات العالم ويحكم بذلك على كلّ صقع منها باحوال متعلّقة بها وينسب علم الكتف الى امير المؤمنين على رضى الله عنه قال صاحب مفتاح السعادة رأيت مقالة فى هذا العلم مختصرة لكن بيّن فيها الانيّة دون اللميّة يعنى المسائل المجرّدة عن الدلائل وقد سبق انّه من فروع علم الفراسة

١٠٩٠ اكتساب فى تلخيص كتب الانساب لقطب الدين محمد بن محمد الخيضرى المتوفى سنة ٨٩٤ ١٠٩١ اكتفآء فى حسن الوفآء لمحمد بن احمد بن ابى بكر المستبشرى ١٠٩٢ اكتفآء

---

**1089. Ilm el-aktáf. Doctrina scapularum.**

Haec doctrina quaerit de lineis et figuris in scapulis ovium et caprorum apparentibus, quando hae radiis solis objiciuntur, quatenus inde argumenta petuntur, quibus eventa mundi graviora, ut bella, anni annona abundantes vel inopia laborantes, praedicuntur. Raro autem fit, ut ex iis de eventis particularibus hominum singulorum argumentum petatur. Sumunt autem hujus rei gnari scapulam, antequam ejus caro coquitur, eamque primum in terram jactam inspiciunt, ex ejus qualitate, ut ex munditie vel immunditie, ex colore rubro vel viridi de eventis mundanis conjecturam facturi. Latera ejus quatuor referuntur ad plagas mundi, et hinc cuique earum tractui illa eventa ad eum spectantia prophetice tribuuntur. — Doctrinae scapularum initia *Alio* principi fidelium, cui Deus propitius sit, adscribuntur, et auctor libri *Miftáh el-seádet*: Vidi, inquit, tractatum de illa compendiosum, in quo tamen res explicantur causis omissis i. e. quaestiones proferuntur argumentis nudatae. Antea autem jam commemoratum est, eam pertinere ad doctrinas physiognomiae speciales.

1090. Iktisáb, acquisitio. Delectus ex libris genealogicis habitus, auctore *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri*, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuo. — 1091. Iktifá fi husn el-wefá, institutio sufficiens de bona fide, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Abi Bekr Mostabshiri*. — 1092. Iktifá,

فى مغازى المصطفى صلعم والخلفآء الثلثة للحافظ ابى الربيع سليمان بن موسى الكلاعى المتوفى سنة ٦٣٤ ولم يذكر عليًّا رضى الله عنه لعدم الفتوحات فى عصره ١٠٩٣ اكتفآء فى القرآءة لابى طاهر اسمعيل بن خلف المقرى النحوى المتوفى سنة ٤٥٥ اوله الحمد لله الذى انشأنا بقدرته الخ بسطه كلّ البسط وجعل كافيا للمبتدى ثمّ لخّص منه كتابًا مختصرًا فيما اختلف فيه القرّا السبعة كالعنوان له والترجمة عنه ١٠٩٤ اكتفآء فى قرآءة نافع وابى عمرو للحافظ ابى عمر يوسف بن عبد الله ابن عبد البرّ القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ ١٠٩٥ اكتفآء بالدوآء من خواصّ الاشيآء مختصر لعبد الرحمن بن اسحق بن حنين ١٠٩٦ اكتفآء فى الطبّ

### ١٠٩٧ علم الاكر

وهو علم يبحث فيه عن الاحوال العارضة للكرة من حيث انّها كرة من غير نظر الى كونها بسيطة او مركّبة عنصريّة او فلكيّة فموضوعه الكرة بما هو كرة وهى جسم يحيط به سطح واحد

---

institutio sufficiens de expeditionibus bellicis electi (prophetae) et trium Khalifarum. Auctor Hafitz *Abu'lrebî' Soleimán Ben Musa Kelâï*, anno 634 (inc. 4. Sept. 1236) defunctus, Khalifam *Ali* non commemorat, quod nullae expugnationes ejus tempore acciderunt. — 1093. Iktifá, institutio sufficiens de lectione coranica, auctore *Abu Táhir Ismaïl Ben Khalaf* Corani lectore et Grammatico, anno 455 (inc. 4. Jan. 1063) defuncto. Incipit ita: Laus Deo qui nos potentia sua creavit etc. Liber admodum latus et ita comparatus, ut tironi sufficiat, ex quo auctor postea epitomen confecit de eo, in quo septem Corani lectores in varias abeunt sententias, ut sit quasi prioris libri titulus et argumenti index. — 1094. Iktifá, institutio sufficiens de recensione coranica (duorum Corani lectorum) *Náfi'* et *Abu Amru*, auctore Hafitz *Abu Omar Yusuf Ben Abdallah Ibn Abd-el-berr Cortubi*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) defuncto. — 1095. Iktifá bil-dewá, compendium de medicinae, quae ex viribus rerum peculiaribus comparatur, sufficientia, auctore *Abd-el-rahman Ben Is'hac Ben Honein*. — 1096. Iktifá, institutio sufficiens de medicina.

### 1097. Ilm el-okar. Doctrina sphaericorum.

Haec est ea doctrina, quae de rebus quaerit sphaerae accidentibus, quatenus est sphaera, nulla ratione habita, utrum ea sit simplex an composita, elementaris an coelestis. Objectum ejus est sphaera, quatenus est sphaera. Est autem ea corpus una superficie rotunda circumdatum, in cujus media parte punctum exstat tale, ut

مستدير فى داخله نقطة يكون جميع الخطوط المستقيمة الخارجة منها اليه متساوية وتلك النقطة مركز حجمها سوآء كانت مركز ثقلها او لا وقد يبحث فيه عن احوال الاكر المتحرّكة فاندرج فيه ولا حاجة الى جعله علمًا مستقلًا كما جعله صاحب مفتاح السعادة وعدّهما من فروع علم الهيئة وقيل يتوقّف براهين علم الهيئة على هذين اشدّ توقّف وفيه كتب للاوآئل والاواخر منها

١٠٩٨ **الاكر المتحرّكة** للمهندس الفاضل اوطولوقس اليونانى وقد عرّبوه فى زمن المأمون ثمّ اصلحه يعقوب بن اسحق الكندى ١٠٩٩ **اكر ثاوذوسيوس** اليونانى المهندس وهو من اجلّ الكتب المتوسّطات بين اقليدس والمجسطى وهو ثلاث مقالات مشتملة على تسعة وخمسين شكلًا وفى بعض النسخ بنقصان شكل واحد وقد امر بنقله من اليونانيّة الى العربيّة المستعين بالله ابو العباس احمد بن المعتصم فى خلافته فتولّى نقله قسطا بن لوقا البعلبكى الى الشكل الخامس من الثانية فى حدود سنة ٢٥٠ ثمّ تولّى نقل باقيه غيره واصلحه ثابت بن قرّة ثمّ حرّره العلّامة نصير الدين محمد بن محمد الطوسى المتوفى سنة ٦٧٢ والفاضل تقى

---

omnes lineae rectae ex eo ad superficiem proficiscentes ejusdem sint magnitudinis. Hoc punctum centrum molis ejus est, sive centrum gravitatis ejus est sive non est. Quaerit interdum haec doctrina de rebus sphaerarum mobilium, ita ut haec disquisitio illa doctrina contineatur, neque opus sit, ex ea doctrinam integram constituere, id quod auctor libri *Miftâh el-seâdet* fecit, qui has duas doctrinas inter partes astronomiae speciales retulit. Alii autem dicunt, demonstrationes astronomiae his duabus disciplinis potissimum niti. Veteres et recentiores de hac doctrina scripserunt, ut sequentes.

1098. El-Okar El-Moteharreket, sphaerae mobiles, auctore *Autolyco* Graeco Geometra bene merito. Librum tempore Khalifae *Mamun* arabice verterunt, illumque postea *Yacub Ben Is'hac Kindi* recognovit et emendavit. — 1099. Okar Thaudzusiús, Sphaerica *Theodosii* Graeci Geometrae. Numeratur hoc opus in celeberrimis inter Euclidem et Almagestum intermediis et e tribus constat libris, qui quinquaginta novem schemata continent, quorum tamen in nonnullis exemplis unum excidit. *Mostaîn billah Abu'labbâs Ahmed Ben-elmotesem* tempore Khalifatus sui illud e graeca lingua in arabicam verti jussit, versionemque *Costa Ben Luca Baalbeki* curandam suscepit ad schema quintum usque libri secundi circa annum 250 (inc. 13. Febr. 864). Reliquam partem deinde alius quidam vertendam curavit, versionemque *Thâbit Ben Corra* correxit. Postea illam perpoliverunt vir eruditissimus *Nasir-ed-din Mohammed Ben Mohammed Tusi*, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) defunctus, et bene

الدين محمد بن معروف الراصد المتوفى سنة ٩٩٣ ‎١١٠٠ اكر مانالاوس اليونانى الرياضىّ من اهل الاسكندريّة كان قبل زمن بطلميوس وكتابه من المشهورات المسلّمات ايضا يخاطب فيه باسيليدس اللاذى وقال ايّها الملك انى وجدت ضربا برهانيّا فاضلا الخ وهو نسخ كثيرة مختلفة لها اصلاحات كاصلاح المهانى وابى الفضل احمد ابى سعيد الهروى بعضها غير تامّ واتمّها اصلاح الامير ابى نصر منصور بن عراق وهو مشتمل عل ثلاث مقالات فى البعض وعلى مقالتين فى الآخر امّا الثلاث فعند الاكثرين مشتمل اولاها على تسعة وثلثين شكلًا والمختار خمسة وعشرون شكلا ووسطاها فى كثير من النسخ على اربعة وعشرين شكلا وفى نسخة ابن عراق على احد وعشرين شكلا وعند البعض يشتمل اولاها على احد وستين شكلا والثانية على ثمانية عشر شكلا والاخيرة على اثنى عشر شكلا وامّا المقالتان فيشتمل الاولى على احد وستين شكلا والاخيرة على ثلثين شكلا وفى بعض الاشكال اختلاف وجميع اشكال الكتاب فيما بين خمسة وثمانين شكلا واحد وتسعين شكلا ذكر ذلك كلّه العلّامة نصير الدين الطوسى فى

---

meritus *Tacki-ed-din Mohammed Ben Ma'rúf El-Rásid* (i. e. spectator siderum), anno 993 (inc. 24. Dec. 1585) defunctus. — **1100. Okar Manalaus**, Sphaerica *Menelai* Graeci Mathematici Alexandrini, qui ante tempus Ptolemaei vixit. Hic quoque unus est librorum celebriorum, qui ex confesso optimi sunt. Auctor in eo alloquitur *Basilidem El-Ládzi*, et: O princeps, inquit, inveni ego rationem demonstrativam praestantem etc. Multa exstant exempla varia, quae plures castigarunt, ut *Mohání* et *Abu'lfadhl Ahmed* [*Ben*] *Abi Saíd Herewi*. Nonnullae harum editionum castigatarum non ad finem perductae sunt; perfectissimam autem earum curavit Emír *Abu Nasr Mansur Ben Irác*, quae in aliis apographis tres continet libros, in aliis duos. Quae apographa tres libros habent, in eorum pluribus primus liber triginta novem schemata complectitur, ex opinione autem, quae praevaluit, ei viginti quinque tantum tribuuntur. Liber medius deinde in pluribus exemplis viginti quatuor schemata continet, recensio *Ibn Irácki* vero viginti unum. Alia porro apographa in primo libro sexaginta unum schema, in secundo octodecim, in ultimo duodecim exhibent. In apographis autem, quae duos tantum libros habent, primus eorum sexaginta unum schema continet, secundus triginta. In nonnullis schematibus quoque diversitas quaedam conspicitur. Summa schematum libri autem inter octoginta quinque et nonaginta unum fluctuat. Haec omnia vir eruditissimus *Nasír-ed-dín Tusi* in recensione hujus

تحريره لهذا الكتاب وانّه لمّا وصل اليه وجد نسخًا كثيرة مختلفة كذلك واصلاحات فبقى متحيّرًا الى ان عثر على اصلاح ابن عراق فاتّضح له ما كان متوقّفا فيه فحرّر وفرغ من تحريره فى شعبان سنة ٦٦٣ ١١٠١ اكسير الاسمآء وسعادة المسمّى ١١٠٢ اكسير السعادة فى التصريف للقاضى برهان الدين احمد الارزنجانى المتوفى سنة ٨٠٠ ١١٠٣ الاكسير الاعظم فى الحكمة لناصر الدين خسرو الاصفهانى ١١٠٤ الاكسير فى قواعد التفسير للشيخ نجم الدين سليمان ابن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ ١١٠٥ اكسير نامه فى التاريخ لابى الفضل الاكرى ١١٠٦ الاكليل الزاهر فيما فضل من نظم التاج من الجواهر للشيخ لسان الدين محمد بن عبد الله بن الخطيب القرطبى المتوفى [مقتولا] سنة ٧٧٦ ١١٠٧ اكليل فى الانشآء ١١٠٨ اكليل فى استنباط التنزيل للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب تبيانًا لكلّ شىء الخ ذكر فيه انّه ما من شىء الّا

---

libri elimata monet, et cum primum Menelai librum videret, se multa dicit exempla deprehendisse modo dicto inter se diversa et ejusmodi quoque editiones castigatas, ita ut stupefactus haereret, usque dum in *Ibn Iráck*i editionem castigatam incidisset. Tum sibi patefacta esse, in quibus haesisset, opusque perpolivisse. Absolvit autem recensionem suam mense Sha'bán anni 663 (inc. 24. Oct. 1264). — 1101. Iksír el-asmá, elixir nominum et felicitas nominati. — 1102. Iksír el-seádet, elixir felicitatis de flexu formarum grammatico, auctore Cadhi *Borhán-ed-din Ahmed Arzenjáni*, anno 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuo. — 1103. El-Iksír El-Atzam, elixir gravissimum de philosophia, auctore *Násir-ed-din Khosrew Isfaháni.* — 1104. El-Iksír, elixir de fundamentis exegeseos coranicae, auctore Sheikh *Nejm-ed-din Soleiman Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. — 1105. Iksírnameh, liber historicus auctore *Abu'lfadhl Egri.* — 1106. El-Iklíl El-Záhir, strophium floreum unionum, qui de serto coronae restant, auctore Sheikh *Lisán-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ben-elkhatíb Cortúbi*, [violentam] mortem oppetente anno 776 (inc. 12. Jun. 1374). — 1107. Iklíl, corona. Opus epistolare. — 1108. Iklíl fi istinbát el-tenzíl, corona de veritatibus revelationis eruendis, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defuncto. Incipit ita: Laus Deo qui librum servo suo revelavit, ut dux esset ad omnes res apertus etc. Auctor in hoc libro contendit, nihil in mundo exstare, de quo non quidquam ex Corano elici possit.

ويمكن استنباطه من القران فذكر آية آية وما يستنبط منها ١١٠٩ اكليل في الحديث للامام ابي عبد الله محمد بن عبد الله الحاكم النيسابوري المتوفى سنة ٤٠٥ صنّفه لبعض الامرآء ثمّ صنّف كتابًا في اصول الحديث وسمّاه المدخل الى الاكليل اورد في آخره ما اورده في اكليله من رموز الاحاديث الصحيحة وطبقاتها ١١١٠ اكليل في انساب حمير وايام ملوكها لابي محمد الحسن بن احمد بن يعقوب الهمداني اليمني [المعروف بابن حائك] المتوفى سنة ٣٣٤ وهو كتاب كبير عظيم الفآئدة يتمّ في عشر مجلّدات ويشتمل على عشرة فنون وفي اثنائه جمل من حساب القرانات واوقاتها ونبذ من علم الطبيعة واصول احكام النجوم وآرآء الاوآئل في القدم والادوار وتناسل الناس ومقادير اعمارهم وغير ذلك ١١١١ اكمال الاعلام بمثلّث الكلام للشيخ جمال الدين محمد بن عبد الله ابن مالك النحوي المتوفى سنة ٦٧٢ ١١١٢ اكمال المواهب هو ذيل مواهب الكريم يأتي في الميم ١١١٣ اكمال العمدة في النحو يأتي في العين

---

Recenset igitur singulos versus et quae inde eruenda sint affert. — 1109. **Iklíl**, corona. Opus de re traditionaria, quod Imam *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Hákim Nisaburi*, anno 405 (inc. 2. Jul. 1014) defunctus, in commodum Emiri cujusdam composuit. Postea librum de principiis traditionum scripsit, eumque introductionem ad opus *Iklíl* appellavit. In ejus fine notas traditionum sanarum aenigmaticas earumque classes, quas in *Iklíl* suo recensuerat, affert. — 1110. **Iklíl**, corona de Himyaridarum genealogiis eorumque regum proeliis gravibus, auctore *Abu Mohammed Hasan Ben Ahmed Ben Yacúb Hemdáni Yemeni* [vulgo *Ibn Háïc* dicto et] anno 334 (inc. 13. Aug. 945) mortuo. Liber magnus, doctrinae dives, decem volumina implens et decem species (*fonún*) complectens. In ejus cursu plura dantur de constellationum computatione et earum epochis, eique nonnulla inserta sunt de physica, principiis astronomiae judiciariae, de opinionibus, quas majores de aeternitate tenuerunt, de periodis, de continua hominum propagatione, de eorum aetatum longitudine et quae sunt alia. — 1111. **Ikmál el-ilám**, perfecta institutio de vocibus triliteris, quae pro triplici vocali primae radicalis tres habent varias significationes, auctore Sheikh *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abdallah Ibn Málik* Grammatico, anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. — 1112. **Ikmál el-mewáhib**, consummatio donorum. Continuatur in hoc libro opus *Mewáhib el-kerím*, de quo litera *Mím* videatur. — 1113. **Ikmál el-omdet**, fulcrum perfectum. Opus grammaticum, in litera *Aïn*

١١١٤ اكمال شرح صحيح مسلم كمل به المعلم يأتى فى الصاد   ١١١٥ اكمال فى المؤتلف والمختلف
فى اسمآء الرجال يأتى فى الميم   ١١١٦ اكمال لما وقع فى التنبيه من الاشكال يأتى فى التآء
١١١٧ اكمال فى النحو للشيخ ابى عمر عيسى بن عمر الثقفى النحوى المتوفى سنة ١٤٩ وله
الجامع فى النحو ايضا قال بعض الشعرآء فيه   شعر

بطل النحو جميعا كلّه   غير ما احدث عيسى بن عمر
ذاك اكمال وهذا جامع   فهما للناس شمس وقمر

١١١٨ اكنى الشعرآء لابى جعفر محمد بن حبيب البغدادى المتوفى سنة ٢٤٥
١١١٩ آلات التقويم لابى على المراكشى   ١١٢٠ آلات النفس لموفق الدين عبد اللطيف
البغدادى المتوفى سنة

---

laudandum. — 1114. **Ikmál sharh Sahíh Moslim**, perfectio commentarii ad *Sahíh Moslimi*, quo opere liber *Moallim* ad finem perductus est. Videatur litera *Sád*. — 1115. **Ikmál**, institutio perfecta de nominibus virorum in traditionibus obviorum, de quibus vel dissentitur vel consentitur. Videatur litera *Mím*. — 1116. **Ikmál**, perfecta institutio de locis difficilibus in libro *Tenbíh* obviis. Videatur litera *Tá*. — 1117. **Ikmál**, opus grammaticum Sheikhi *Abu Omar Isa Ben Omar Thacafi* Grammatici, anno 149 (inc. 16. Febr. 766) defuncti, qui idem librum *Jámi'* de grammatica composuit. In utrumque opus poëta quidam hos condidit versus:

Ars grammatica omnino omnis ad nihilum recidit, exceptis iis, quae *Isa Ben Omar* nova in ea protulit.
Alterum est *Ikmál* appellatum, alterum *Jámi'*. Utrumque est hominibus solis et lunae loco.

1118. **Akna el-shoará**, ii poëtarum, qui plurima cognomina habent, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben Hebíb Baghdádi*, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuo. — 1119. **Alát el-tecwim**, confectiones ephemeridum, auctore *Abu Ali Merákeshi*. — 1120. **Alát el-nefes**, instrumenta respirationis, auctore *Mowaffic-ed-din Abd-el-letif Baghdádi*, anno ... mortuo. —

### ١١٢١ علم الالات الحربيّة

وهو علم يتعرّف منه كيفيّة اتّخاذ الآلات الحربيّة كالمنجنيق وغيرها وهو من فروع علم الهندسة ومنفعته ظاهرة وهذا العلم احد اركان الدين لتوقّف امر الجهاد عليه ولبنى موسى ابن شاكر كتاب مفيد فى هذا العلم كذا فى مفتاح السعادة وينبغى ان يضاف علم رمى القوس والبنادق الى هذا العلم وان ينبّه على ان امثال ذلك العلم قسمان علم وضعها وصنعتها وعلم استعمالها وفيه كتب

### ١١٢٢ علم الالات الرصديّة

ذكره من فروع الهيئة وقال هو علم يتعرّف منه كيفيّة تحصيل الآلات الرصديّة قبل الشروع فى الرصد فانّ الرصد لا يتمّ الّا بآلات كثيرة وكتاب الآلات العجيبة للخازنى يشتمل على ذلك انتهى قال العلّامة تقى الدين الراصد فى سدرة منتهى الافكار والغرض من وضع

---

**1121. Ilm el-alát el-harbíyet.** Doctrina machinarum bellicarum.

Haec est ea doctrina, quae rationem demonstrat, qua machinae bellicae, ut *Manjaníc* (*μάγγανον*) et alia instrumenta, construendae sint. Pertinet ad partes geometriae speciales, ejusque utilitas omnibus apparet. Unum est religionis columinum, quoniam eventus bellorum sacrorum secundus maxime inde pendet. Filii *Musae Ben Sháhir* librum utilem de hac doctrina composuerunt. Haec quidem auctor libri *Miftáh el-seádet* monet; at convenit huc adjicere doctrinam tela ex arcu mittendi et glandes missiles jaculandi, et monere, hanc doctrinam de instrumentis bellicis aliasque similes continere duas partes, alteram de his machinis inveniendis et conficiendis, alteram de earum usu. Exstant etiam de ea libri.

**1122. Ilm el-alát el-rasdíyet.** Doctrina instrumentorum astronomicorum.

*Tashköprizadeh*, qui illam in partibus astronomiae specialibus numerat, dicit esse eam doctrinam, qua ratio instrumentorum astronomicorum comparandorum cognoscitur, antequam observatio ipsa corporum coelestium incipiat. Observationes enim tantum ope multorum instrumentorum perfici et librum de instrumentis mirabilibus, quem *Kházini* ediderit, complecti hanc materiem. — Haec ille. — *Tacki-ed-din*, observator eruditissimus, in opere *Sidret munteha el-afkár* dicit: Finis, qui in his instrumentis

تلك الآلات تشبيه سطح منها دائرة فلكيّة ليمكن بها ضبط حركتها ولن يستقيم ذلك ما دام لنصف قطر الارض قدر محسوس عند نصف قطر تلك الدائرة الفلكيّة الّا بتعديله بعد الاحاطة باختلافه الكلّى وحيث احسسنا بحركات دوريّة مختلفة وجب علينا ضبطها بآلات رصديّة تشبيهها فى وضعها لما يمكن له التشبيه ولمّا لم يمكن له ذلك يضبط اختلافه ثمّ فرض كرات تطابق اختلافاتها المقيسة الى مركز العالم تلك الاختلافات المحسوس بها اذا كانت متحرّكة حركة بسيطة حول مراكزها فبمقتضى تلك الاغراض تعدّدت الآلات والذى انشأناه بدار الرصد الجديد هذه الآلات منها اللبنة وهى جسم مربع مستو يستعلم به الميل الكلّى وابعاد الكواكب وعرض البلد ومنها الحلقة الاعتداليّة وهى حلقة تنصب فى سطح دائرة المعدّل ليعلم بها التحويل الاعتدالى ومنها ذات الاوتاد قال وهى من مخترعنا وهى اربع اسطوانات مربّعات تغنى عن الحلقة الاعتداليّة على انّها يعلم بها تحويل الليل

---

fabricandis spectatur, assimilatio est planitiei horum instrumentorum in speciem circuli sphaerici, ut illa motus circuli accurate numeris persequi possimus. Hoc autem minime ad liquidum perduci poterit, quamdiu semidiameter terrae comparata cum semidiametro illius circuli sphaerici adhuc quantitatem sensibilem exhibet, nisi illa, differentia tota plane intellecta, exaequetur. Jam cum in coelo motus in orbem inter se diversos animadvertimus, necessario nobis hi ope instrumentorum astronomicorum ad calculos vocandi essent, in quorum fabricatione ad veram assimilationem eorum omnium, quae specie assimilari possent, perveniretur. Quod cum fieri non potest, differentia in observatione rerum illarum notata accurate definitur. Deinde in instrumentis astronomicis fabricandis spectatur quantitatis sphaerarum definitio, quarum dispositiones variae, quas illae, si rationem habueris centri totius mundi, subeunt, dispositionibus illis sensibus percipiendis respondent, quas subeunt, quando circa centra sua motu simplici moventur. Itaque factum est, ut pro ratione eorum, quae illis instrumentis consequi volebant, horum numerus augeretur. Eadem instrumenta sunt illa, quae in specula astronomica nova paranda curavimus. Ad ea pertinent *Libnet* (laterculus) i. e. corpus quadrans rectangulum, quo declinatio solis ab aequatore universalis, distantiae stellarum et latitudo loci cognoscuntur — *El-Halcat El-Itidáliyet* (annulus aequinoctialis) i. e. annulus, qui in planitie circuli aequinoctialis figitur, ut inde conversio aequinoctialis cognoscatur — *Dzát el-autád* (instrumentum paxillis instructum). Hoc instrumentum, quod nos praeter alia invenimus, quatuor paxillis quadratis erectis constat, qui locum annuli aequinoctialis explent, ita ut inde pariter

ايضا ومنها ذات الحلق وهى اعظم الآلات هيئة ومدلولا وتركب من حلقة تقام مقام منطقة تلك البروج وحلقة تقام مقام المارّة بالاقطاب تركب احديهما فى الاخرى بالتنصيف والتقطيع وحلقة الطول الكبرى وحلقة الطول الصغرى تركب الاولى فى محدب المنطقة والثانية فى مقعرها وحلقة نصف النهار قطر مقعرها مساوٍ لقطر محدب حلقة الطول الكبرى ومن حلقة العرض قطر محدبها قدر قطر مقعر حلقة الطول الصغرى فتوضع هذه على كرسىّ ومنها ذات السمت والارتفاع وهى نصف حلقة قطرها سطح من سطوح اسطوانة متوازية السطوح يعلم بها السمت وارتفاعه وهذه الالة من مخترعات الرصّاد الاسلاميّين ومنها ذات الشعبتين وهى ثلاث مساطر على كرسىّ يعلم بها الارتفاع ومنها ذات الجيب وهى مسطرتان منتظمتان انتظام ذات الشعبتين ومنها المشبهة بالمناطق قال وهى من مخترعاتنا كثيرة الفوائد فى معرفة ما بين الكوكبين من البعد وهى ثلاث مساطر ثنتان منتظمتان انتظام ذات الشعبتين

---

conversio noctis cognoscatur — *Dzát el-halac* (instrumentum annulis pluribus instructum s. sphaera armillaris). Hoc instrumentum, et forma et usus ambitu omnium amplissimum, compositum est ex annulo, qui zodiacum, et ex annulo, qui circulum polos transeuntem repraesentat. Alter eorum alteri ita insertus est, ut se in duas partes aequales secando dividant — porro ex angulo longitudinis majori et minori, quorum ille lateri zodiaci convexo, hic ejus lateri concavo insertus est — e circulo meridiano, qui ita comparatus est, ut diameter lateris sui concavi diametro lateris convexi majoris annuli longitudinis aequalis sit — et denique ex annulo latitudinis ita comparato, ut diameter lateris sui concavi diametro lateris convexi minoris annuli longitudinis aequalis sit. Instrumentum totum basi impositum est — *Dzát el-semt we el-irtifá'* (instrumentum ad indicandum punctum verticale et altitudinem) i. e. semicirculus, cujus diameter una planitierum lateralium paxilli est, qui planities laterales parallelas habet. Cognoscitur eo punctum verticale ejusque altitudo. Hoc quoque instrumentum ab astronomis islamicis inventum est — *Dzát el-shobatein* (instrumentum bifurcum). Constat hoc e tribus canonibus dioptricis basi impositis, quibus altitudo cognoscitur — *Dzát el-jeib* (instrumentum sinus). Canones dioptrici duo eodem modo dispositi, quo canones instrumenti *Dzát el-shobatein* — *El-Moshabbehet bi'lmenátic* (instrumentum cingulis assimilatum). Hoc quoque a nobis inventum et admodum utile est ad distantiam inter duas stellas cognoscendam. Constat e tribus canonibus dioptricis, quorum duo eodem modo dispositi sunt, quo canones instrumenti *Dzát el-shobatein* — *El-Rob'*

ومنها الربع المسطرى وذات الشفتين والبنكام الرصدى وغير ذلك وللعلامة غياث الدين جمشيد رسالة فارسية فى وصف تلك الآلات سوى ما اخترعه تقى الدين واعلم انّ الآلات الفلكيّة كثيرة منها الآلات المذكورة ومنها ذات المسدس الذى ذكره جمشيد ومنها ذات المثلث ومنها انواع الاسطرلابات كالتامّ والمسطح والطومارى والهلالى والزورقى والعقربى والاسى والقوسى والجنوبى والشمالى والكبرى والمبطح والمسرطق وحُقّ القمر والمغنى والجامعة وعصى موسى ومنها انواع الارباع كالتامّ والمجيب والمقنطرات والافاقى والشكازى ودائرة المعدّل وذات الكرسى والزرقالة وربع الزرقالة وطبق المناطق وذكر ابن الشاطر فى النفع العامّ انّه امعن النظر فى الآلات الفلكيّة فوجد مع كثرتها انّ ليس فيها ما يفى بجميع الاعمال الفلكيّة فى كلّ عرض قال ولا بدّ انّ يداخلها الخلل فى غالب الاعمال امّا من جهة تعسّر تحقيق الوضع كالمبطحات او من جهة تحرّك بعضها على بعض وكثرة تفاوت ما بين خطوطها وتزاحمها

---

***El-Masteri*** **(quadrans canonibus dioptricis instructus) —** ***Dzát el-shafatein*** **(instrumentum duobus labiis instructum) —** ***El-Binkám El-Rasdi*** **(clepsydra astronomica) et alia, quae omnia vir doctissimus** ***Ghiyáth-ed-din Jemshid*** **in tractatu persico describit, exceptis iis, quae** ***Tacki-ed-din*** **invenerat. Notandum etiam est, magnum instrumentorum astronomicorum numerum esse et praeter nominata adhuc commemorari** ***Dzát el-mosaddes*** **(instrumentum sexangulum), de quo** ***Jemshid*** **mentionem facit,** ***Dzát el-mothalleth*** **(triangulum), et species astrolabiorum, ut** ***Támm, Musattah, Tumári, Hiláli, Zewrecki, Acrebi, Assi, Causi, Jenúbi, Shemáli, Kóbra, Mubattah, Musartac, Hocc el-camar, Mughni, Jámiet, Asa Musa,*** **porro species quadrantium, ut** ***Támm, Mojayyeb, Mocanterát, Afácki, Shekkázi, Dáïret el-moaddil, Dzát el-korsi, Zercálet, Rob' el-zercálet, Tabac el-menátic.*** **—** ***Ibn-elsháttir*** **in libro** ***El-Nef' El-A'mm*** **monet, se in explorandis instrumentis astronomicis multum operae posuisse, et quamvis eorum numerus magnus sit, in illis nullum invenisse, quod sub quovis latitudinis gradu ad omnes operationes coelestes sufficiat. Non impediri potest, inquit, quo minus in pluribus operationibus usus horum instrumentorum vitiis obnoxius sit, vel ratione habita difficultatis, ea accurate construendi, ut astrolabia** ***Mubattahát,*** **vel ratione habita motus alterius instrumenti super altero et magni interstitii inter eorum lineas harumque coartationis, ut in astrolabio,** ***Shekkázíye, Zercálet,*** **et plurimis aliis instrumentis, vel ratione habita fili et motus nodi in eo et coartationis linearum, ut in quadrantibus,** ***Mucanterát, Mojayyebet.*** **Deinde plurimae observationes**

كالاسطرلاب والشكازيّة والزرقالة وغالب الآلات او من جهة الخيط وتحريك المرى وتزاحم الخطوط كالارباع والمقنطرات والجيبية وان بعضها يعسر بها غالب المطالب الفلكيّة وبعضها لا يفى الّا بالقليل وبعضها مختصّ بعرض واحد وبعضها بعروض مختصّة وبعضها يكون اعمالها ظنّيّة غير برهانيّة وبعضها يأتى ببعض الاعمال بطرق مطوّلة خارجة عن الحدّ وبعضها يعسّر حملها ويقبح شكلها كالآلة الشاملة فوضع آلة يخرج بها جميع الاعمال فى جميع الآفاق بسهولة مقصد ووضوح برهان فسمّاها الربع التامّ

---

### ١١٢٣ علم آلات الساعات

من الصناديق والضوارب وامثال ذلك ونفعه بيّن وفيه مجلّدات عظيمة هذا حاصل ما ذكره ابو الخير فى فروع الهيئة اقول لا يخفى عليك انّه هو علم البنكامات الذى جعله من فروع الهندسة وسيأتى فى الباء

---

siderum aliis instrumentis admodum difficiles sunt, alia ad paucas tantum observationes sufficiunt, alia sub uno tantum latitudinis gradu usurpari possunt, alia sub nonnullis gradibus peculiaribus, alia operationes permittunt, quae probabiles quidem sunt, neque tamen demonstrari possunt, aliis operationes quaedam non nisi via longa et omnem modum excedente ad finem perducuntur, alia denique difficillime transportantur et deformia sunt, ut instrumentum universale (*El-Alet El-Shámilet*). Hanc ob causam *Ibn-elshátir* instrumentum invenit, quo omnes operationes in omnibus tractibus ita perficiuntur, ut facile quod volumus assequi et observationes argumentis perspicuis probare possimus, illudque denominavit quadrantem perfectum (*El-Rob' El-Támm*). —

### 1123. Ilm alát el-sáát. Doctrina horologiorum,

qualia sunt *El-Sanádic* (arcae) et *El-Dhewárib* et similia alia. Eorum utilitas in aprico est et magna de hac re scripta sunt volumina. Haec est summa eorum, quae *Abu'lkheir* in partibus astronomiae specialibus commemorat. At vero, ut equidem statuo, te non fugit, hanc materiam pertinere ad doctrinam de clepsydris (*Ilm-el-binkamát*), cui ille locum inter partes speciales geometriae attribuit. Ceterum vide de illa literam *Bá*.

## ١١٢٤ علم الآلات الظلّية

وهو علم يتعرّف منه مقادير ظلال المقاييس واحوالها والخطوط التى ترسم فى اطرافها واحوال الظلال المستوية والمنكوسة ومنفعته معرفة ساعات النهار بهذه الآلات كالبسائط والقائمات والمائلات من الرخامات وفيه كتاب مبرهن لابرهيم بن سنان الحرانى ذكره ابو الخير فى فروع الهيئة

## ١١٢٥ علم الآلات العجيبة الموسيقارية

وهو علم يتعرّف منه كيفيّة وضعها وتركيبها كالعود والمزامير والقانون سيّما الارغنون ولقد ابدع واضعها فيها الصنائع العجيبة والامور الغريبة قال ابو الخير ولقد شاهدته واستمعت به مرّات عديدة ولم تزد المشاهدة والنظرة الّا دهشة وحيرة ثمّ قال وانّما تعرّضت مع كونها محرّمة فى شريعتنا لكونها من فروع العلوم الرياضيّة اقول وسيأتى بيان حكمة الحرمة

---

**1124. Ilm el-alát el-tzillíyet.** Doctrina instrumentorum sciathaericorum.

Haec est ea doctrina, quae quantitates umbrarum gnomonum, horum rationes et lineas, quae in eorum lateribus ducuntur, rationesque umbrarum rectarum et inversarum docet. Utilitas doctrinae spectatur in cognitione horarum diei, quam his instrumentis, ad quae v. c. *Besáït* (horizontalia), *Caïmát* (perpendicularia) et *Maïlát* (obliqua) pertinent, consequimur. Hanc doctrinam, quam *Abu'lkheir* inter doctrinas astronomiae speciales commemorat, *Ibrahim Ben Sinán Harráni* in libro singulari tractavit rem claris argumentis demonstrante.

**1125. Ilm el-alát el-ajíbet el-musicaríyet.** Doctrina instrumentorum mirabilium musicorum.

Haec est ea doctrina, qua ratio illa instrumenta construendi et componendi cognoscitur, qualia sunt cithara, fistulae, sambuca, praecipue vero organon. Certe, qui illa primus construxit, in illis artificia mirabilia et res extraordinarias reclusit. Vidi equidem, dicit *Abu'lkheir*, et audivi organon saepius, adspectu tamen et contemplatione stupor et perturbatio animi tantummodo augetur. Deinde monet, se instrumenta illa, quamvis lege illicita declarentur, eam solam ob causam tetigisse, quoniam partem specialem constituant doctrinarum mathematicarum. — Causae interdictionis (haec sunt verba *Haji Khalfa*e) expositio accuratior infra sequetur sub

في الموسيقى ومن انواع تلك الآلات الكوس والطبل والنقارة والدائرة ومن انواع المزامير الناى والسورنا والنفير والمثقال والقوال وآلة يقال لها بورى ودودك ومن انواع ذات الاوتار الطنبور والششتار والرباب وآلة يقال لها قبوز وجنك وغير ذلك وقد اورد الشيخ في الشفا بصورها وكذا العلّامة الشيرازى في التاج

## ١١٢٦ علم الآلات الروحانيّة

المبنية على ضرورة عدم الخلا كقدح العدل وقدح الجور امّا الاوّل فهو اناء اذا امتلأ منها قدر معيّن يستقرّ فيها الشراب وان زيد عليها ولو بشيء يسير ينصبّ الماء ويتفرّغ الاناء عنه بحيث لا يبقى قطرة وامّا الثانى فله مقدار معيّن ان صبّ فيه الماء بذلك القدر القليل يثبت وان ملئ يثبت ايضا وان كان بين المقدارين يتفرّغ الاناء كلّ ذلك لعدم امكان الخلا قال ابو الخير وامثال هذه من فروع الهندسة من حيث تعيّن قدر الاناء والّا فهو من فروع علم

---

voce ***Musica.*** In speciebus autem horum instrumentorum numerantur ***Kaus*** (tympanum majus), ***Tabal*** (tympanum minus), ***Necaret*** (ahenotympanum) et ***Daïret*** (tympanum manuale). Ad fistularum species pertinent ***Naï*** (ciccuta), ***Surna*** (lituus), ***Nefír***, (tuba ductilis), ***Mithcál*** (syrinx), ***Cawwál*** (fistula), instrumentum quod dicunt ***Buri*** (tuba) et ***Duduk*** (tibia). Ad genus fidium referuntur ***Tanbur*** (cithara), ***Sheshtár*** (testudo sex fidium), ***Rebáb*** (pandura), instrumentum ***Cobúz et Jenk*** (nablium) et alia. Sheikh in opere ***El-Shifa*** ut et vir eruditissimus ***Shirázi*** in opere ***El-Táj*** figuras eorum repraesentarunt.

**1126. Ilm el-alát el-ruhaníyet. Doctrina instrumentorum pneumaticorum.**

Eorum constructio e lege necessaria pendet, ut nihil omnino vacuum sit. Pertinet huc calix justitiae et calix injustitiae. Ille calix est vas, in quo potus residet, ubi certa ejus portio impletur. Quodsi ille vel minima parte augetur, aqua defluit et vas totum evacuatur, ut ne gutta quidem remaneat. Calix injustitiae quoque certa mensura adstrictus est, cui si ad normam hujus quantitatis exiguae aqua infunditur, residet, aeque ac si totus impletur. At vero si quis hujus duplicis mensurae legem non observat, totum vas evacuatur, quoniam nullum omnino vacuum esse potest. Ejusmodi doctrinae, ut ***Abu'lkheir*** statuit, quatenus mensura vasis determinatur, ad speciales geometriae partes pertinent, alioquin eae in partibus physicae specialibus numerandae sunt. Eidem

الطبيعيّ ومن هذا القبيل دوران الساعات ويسمّى علم الآلات الروحانيّة لارتياح النفس بغرآئب هذه الآلات واشهر كتب هذا الفنّ حيل بنى موسى بن شاكر وفيه كتاب مختصر لفيلن وكتاب مبسوط للبديع الجزرى انتهى

١١٢٧ الآلة فى معرفة الوقف والامالة للشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد الكركى الشافعى المقرى المتوفى سنة ٨٥٣ ١١٢٨ التقاط الجنى فى التفسير ١١٢٩ الجام العوامّ عن علم الكلام للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١١٣٠ الجام النفوس رسالة للشيخ عبد الكريم السيواسى الواعظ المتوفى سنة ١٠٤٩ ١١٣١ الحان السواجع بين المبادى والمراجع للشيخ صلاح الدين خليل بن ايبك الصفدى المتوفى سنة ٧٤٩ جمع فيه مكاتباته ومشاعرته بين فضلاء عصره ورتّب على حروف اسمآئهم فى مجلد وسط اوله الحمد لله الذى جعل المبادى اميرًا الخ ١١٣٢ الزامات على الصحيحين للامام ابى

---

speciei accensendum est instrumentum *Dewarán el-sáát* (gyrus horarum) dictum. Doctrina instrumentorum pneumaticorum (*alát ruhaníyet*) nomen ex voluptate (*irtiyáh*) traxit, quam animus ex mirabili eorum constructione percipit. Operum de hac materia celeberrimum est liber filiorum *Musae Ben Shákir*, *Hiyel* (artes mechanicae) inscriptus. *Philon* quoque de eadem re compendium et *El-Bedí' Jezeri* tractatum copiosum ediderunt. —

1127. El-Alet fi ma'rifet el-wacf we el-imálet, instrumentum de cognitione, ubi cui in legendo subsistendum et vocalis inclinanda sit, auctore Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Kereki* Mocri Shafiita, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuo. — 1128. Ilticát el-jena, collectio fructuum decerptorum. Commentarius Corani. — 1129. Iljám el-awámm, propulsio plebis a doctrina metaphysices, auctore Imam *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 1130. Iljám el-nofús, refrenatio perturbationum animi. Tractatus Sheikhi *Abd-el-kerím Siwási* Concionatoris, anno 1049 (inc. 24. Apr. 1639) mortui. — 1131. Elhán el-sewáji', modulationes turturum gementium inter eum, qui scribendi initium facit, et qui rescribit. Sheikh *Saláh-ed-din Khalíl Ben Ibek Safedi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) defunctus, collegit in hoc volumine mediocri literas suas et poëmata, quae eum inter et viros temporis sui meritos scribebantur, horumque nomina secundum ordinem alphabeticum disposuit. Incipit ita: Laus Deo, qui eum, qui primus scribit, Emirum constituit etc. — 1132. Ilzamát ala el-sahíhein, argumenta, quibus necessitas studii duorum librorum *Sahíh* imponitur.

لحسن على بن عمر الدارقطنى المتوفى سنة ٣٨٥ جمع فيه ما وجده على شرط البخارى ومسلم من الاحاديث الصحاح وليس بمذكور فى كتابيهما ١١٣٣ الالطاف الخفية فى اشراف الحنفيّة لمجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧

### ١١٣٤ علم الالغاز

وهو علم يتعرّف منه دلالة الالفاظ على المراد دلالة خفية فى الغاية لكن لا بحيث تنبو عنها الاذهان السليمة بل تستحسنها وتنشرح اليها بشرط ان يكون المراد من الالفاظ الذوات الموجودة فى الخارج وبهذا يفترق من المعمّا لانّ المراد من الالفاظ اسم شىء من الانسان وغيره وهو من فروع علم البيان لانّ المعتبر فيه وضوح الدلالة كما سيأتى والغرض فيهما الاخفآء وستر المراد ولمّا كان ارادة الاخفآء على وجه الندرة عند امتحان الاذهان لم يلتفت اليهما البلغآء حتى لم يعدّوهما ايضا من الصنآئع البديعيّة التى يبحث فيها عن الحسن العرضىّ ثمّ

---

Imam *Abu'lhasan Ali Ben Omar Daracotni*, anno 385 (inc. 5. Febr. 995) mortuus, collegit hic traditiones sanas, quas tales invenit, ut a *Bokhári* et *Moslim* recipiendae essent, neque tamen in eorum libris reperirentur. — 1133. El-Altáf El-Khafiyet, elegantiae secretae de nobilioribus Hanefitarum, auctore *Majd-ed-din Abu Táhir Mohammed Ben Yacub Firuzabádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) defuncto. —

### 1134. Ilm el-algház. Doctrina aenigmatum.

Haec est ea doctrina, qua notionem discimus, qua voces aliquid modo quidem occulto et non nisi per ultimam analysin indicant neque tamen ita ut mentes rectae illum abhorreant, sed potius eum probent et ad eum lubenter se applicent, ea lege ut quae verbis indicantur, res sint sub sensus cadentes, qua in re discrimen videtur logogriphi. Verba enim illa indicant nomen rei, ut hominis aut alius rei. Haec doctrina referenda igitur est ad partes doctrinae *Beyán* speciales, quoniam, quod haec respicit, perspicuitas significationis est, ut infra demonstrabitur. Intendimus autem per aenigmata et logogriphos involvere notionem et velare. Deinde cum non nisi raro et ad mentes explorandas sensus occultetur, rhetores has doctrinas non curarunt, ita ut illas ne in artificiis quidem rhetoricis numeraverint, in quibus de pulchritudine orationis accidentali agitur. Si autem res occulte indicata non e verbis et literis constat, ita

هذا المدلول الخفى ان لم يكن الفاظا وحروفا بلا قصد دلالتها على معان اخر بل ذوات موجودة يسمّى اللغز وان كان الفاظا وحروفا دالّة على معان مقصودة يسمّى معمّا وبهذا يعلم انّ اللفظ الواحد يمكن ان يكون معمّا ولغزًا باعتبارين لانّ المدلول اذا كان الفاظا فان قصد بها معان اخر يكون معمّا وان قصد ذوات الحروف على انّها من الذوات يكون لغزًا واكثر مبادى هذين العلمين مأخوذ من تتبّع كلام الملغزين واصحاب المعمّا وبعضها امور تخييليّة تعتبرها الاذواق ومسائلها راجعة الى المناسبة الذوقيّة بين الدالّ والمدلول الخفى على وجه تقبلها الذهن السليم ومنفعتها تقويم الاذهان وتشحيذها ومن امثلة الالغاز قول القائل

فى القلم    شعر

وما غلام راكع ساجد    اخو نحول دمعه جارى
ملازم الخمس لاوقاتها    منقطع فى خدمة البارى

---

ut non diversas cogitationes abstractas indicare velimus, sed res concretas reales, dicitur aenigma. Sin vero illa res obscure indicata e verbis et literis constat, quae res abstractas ab auctore animo intentas indicant, dicitur logogriphus. Hinc cognoscitur, unam eandemque vocem esse posse aenigma et logogriphum pro duplici ratione. Si enim res indicata voces sunt, aut res aliae abstractae intenduntur, res indicata est logogriphus, at si essentiae literarum intenduntur, quatenus sunt res concretae, res indicata aenigma est. Plurima harum duarum doctrinarum principia petita sunt ex perlustratione eorum, quae ab inventoribus aenigmatum et logogriphorum prolata sunt. Nonnulla illorum res sunt phantasiae falsas imaginationes gignentis, quas sensus subtilior examinat. Theoremata eorum autem spectant ad analogiam sensu illo subtiliori percipiendam inter rem significantem et occulte significatam eo modo, quo mens recta illas probat. — Utilitas tam aenigmatum quam logogriphorum eo constat, quod mens iis confirmatur et acuitur. Exemplum aenigmatis quod poëta aliquis solvendum proposuit, est illud *calamum* significans:

Quis est servus ille caput demittens et se humilians, attenuatus, lacrimas fundens,
Assidue temporibus statutis quinioni affixus, unice creatoris servitio deditus?

وآخر في الميزان   شعر

وقاضي قضاة يفصل الحقّ ساكتًا   وبالحقّ يقضي لا يبوح فينطق
قضى بلسان لا يميل وان يمل   على احد الخصمين فهو مصدّق

ومن الكتب المصنّفة فيه كتاب الالغاز للشريف عزّ الدين حمزة بن احمد الدمشقي الشافعي المتوفى سنة ٨٧٤ وصنّف فيه جمال الدين عبد الرحيم بن حسن الاسنوي الشافعي المتوفى سنة ٧٧٢ وتاج الدين عبد الوهّاب ابن السبكي المتوفى سنة ٧٧١ ومن الكتب المصنّفة فيه الذخائر الاشرفيّة في الالغاز الخفية للقاضي عبد البرّ بن الشحنة الحلبي [المتوفى سنة ٩٢١] وهو الذي انتخب ابن النجيم في الفنّ الرابع من الاشباه وذكر انّ خيرة الفقهآء والعدة اشتملا على كثير من ذلك لكن الجميع الغاز فقهيّة

١١٣٥ الغاز شمس الدين محمد بن محمد الجزري المتوفى سنة ٨٣٣ وهي همزيّة في القرآءة اولها سألتكم يا مقرى الارض كلّها الخ ثمّ شرحها النشار وسمّاه العقد الثمين

---

Alii versus *libram* denotantes sunt hi:

Judex judicum, qui jus dicit tacitus; juste judicat, arcanum suum non manifestat, et tamen loquitur.

Judicat linguâ, quae non inclinat, et si ad unum adversariorum inclinat, hic justus declaratur.

Libros de hac materia composuerunt *Sherif Izz-ed-din Hamza Ben Ahmed Dimeshcki* Shafiita, anno 874 (inc. 11. Jul. 1469) mortuus, cujus opus *Kitáb el-alghâz* inscribitur — *Jemál-ed-din Abd-el-rehim Ben Hasan Esnewi* Shafiita, anno 772 (inc. 26. Jul. 1370) mortuus — et *Taj-ed-din Abd-el-wehháb Ibn-elsobki*, anno 771 (inc. 5. Aug. 1369) mortuus. Eandem rem tractat liber *El-Dzakhâïr El-Ashrefíyet fi el-alghâz el-khafiyet*, qui Cadhi *Abd-el-berr Ben-elshehne Halebi* [anno 921 (inc. 15. Febr. 1515) mortuum] auctorem habet. Potiora ejus *Ibn-el-nejím* quartae classi (*fenn*) operis *Ashbáh* inseruit, et monet, libros *Khiyaret el-focahá* et *Oddet* multa huc spectantia continere, omnia tamen aenigmata ibi allata juridica esse.

1135. Alghâz, aenigmata *Shems-ed-dini Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) defuncti. Carmen de lectione Corani in *Elif* hamzatum desinens, quod incipit ita: Interrogo vos lectores totius mundi etc. — Postea commentatus illud est *Neshshár* commentariumque *El-Icd El-Themín*

١١٣٦ الفات القطع والوصل لابى سعيد حسن بن عبد الله السيرافى النحوى المتوفى سنة ٣٦٨

١١٣٧ الفانيد فى حلاوة الاسانيد رسالة فى الحديث للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ 

١١٣٨ الف بآء فى المحاضرات للشيخ ابى الحجاج يوسف ابن محمد البلوى الاندلسى المعروف بابن الشيخ وهو مجلّد ضخم اوله انّ افصح كلام سمع واعجز حمد الله تعالى بنفسه الخ ذكر فيه انّه جمع فوائد بدآئع العلوم لابنه عبد الرحيم ليقراه بعد موته اذ لم يلحق لبعد صغره الى درجة النبلآء وسمّى ما جمعه لهذا الطفل المربّا كتاب الف بآء ومن نظمه فى اوله شعر

هذا كتاب الف با ... صنّفته يا البآء
من اجل نجلى المرجّا ... اذا شدا ان يلبّى
ادعوا لعلم ومن حقّ ... متى دعا ان يلبّى
وانت عبد الرحيم ابنى ... الطفل الصغير المربّا

---

inscripsit. — 1136. **Elifát el-cat' we el-wasl**, *Elif* disjunctionis et conjunctionis, auctore *Abu Said Hasan Ben Abdallah Sirâfi* Grammatico, anno 368 (inc. 9. Aug. 978) defuncto. — 1137. **El-Faníd**, bellaria saccharina de dulcedine auctoritatum effatorum propheticorum. Tractatus traditionalis, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) defuncto. — 1138. **Elif Bá**, A B C. Anthologia Sheikhi *Abu'lhejjáj Yusuf Ben Mohammed Belewi Andalusi*, vulgo *Ibn-elsheikh* dicti. Volumen crassum ita incipiens: Sermo facundissimus et modo elegantissimo expressus, qui auditur, est laudatio Dei verbis ipsius coranicis etc. Monet auctor, se fructus elegantiorum literarum salubres in commodum filii sui *Abd-el-rehím* congessisse, ut eos post mortem suam legeret, cum propter aetatem immaturam nondum virorum ingeniosorum gradum assecutus esset, inscripsitque, quod huic infanti diligenter educato collegit, *Elif Ba*. — Versus primi operis sunt hi:

Hunc librum *Elif Ba* composui, o viri cordati,
In usum filii mei bonae spei, alios ei, quando docendo praeibit, morem gessuros esse.
Voco ad scientiam, et is qui vocat, dignus est cui obediatur,
Tu mi fili, *Abd-el-rehím*, infans tenuis et diligenter educate,

اذا عقلت فقل قد رضيت بالله ربّا
ودين الاسلام دينا وبالنبى المنبّا
محمد قل رسولا وقل نبيا محبّا
ثمّ استقم واتبعه تردد من الله قربا
وذا الكتاب اتخذه لداء جهلك طبّا
فانّه صنع مرء طبّ لمن حبّ طبّا
هذا وصاة اب لم يزل لشخصك صبّا

ثمّ ذكر فيه تسعة وعشرين بيتا على عدد الحروف المعجمة وشرحه كلمة كلمة مع مقلوبه ومعكوسه واورد فى اول الشعر ثمانية ابواب وفى اخره اربعا من الكلمات المزدوجات المتشابهات الحروف وهو تاليف غريب لكن فيه فوائد كثيرة ١١٣٩ الف الرائض فى الفرائض لزين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ ١١٤٠ الف حديث عن مائة شيخ للشيخ الامام ابى

---

Quando intelligentia tua uti poteris, dic: Acquiesco in Deo, domino meo,
In religione Islami tanquam religione mea, et in propheta a Deo prophetia donato,
Mohammede, dic, legato Dei, dic, propheta a Deo amato.
Itaque recta via incede et sequere illum, ita propius ad Deum accedes.
Utere hoc libro tanquam medicina contra morbum ignorantiae tuae.
Mixtura enim est viri, ei, qui sanari volet, mederi callentis.
Hoc est testamentum patris, qui nunquam cessavit personam tuam tenere amare.

Deinde viginti novem versus affert secundum numerum literarum alphabeti arabici eosque e verbo commentatur, positis simul iisdem verbis per metathesin et palindromum mutatis. Posuit etiam in principio poëmatis octo capita in ejusque fine quatuor e verbis composita, quae syllabas habent unius ejusdemque mensurae et literis sibi invicem respondentibus constant. Quamvis hoc opus admodum singulare sit, continet tamen multa ad discendum utilia. — 1139. **Ilf el-râïdh**, socius magistri. Liber de jure haereditario, auctore *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti*, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — 1140. **Alf hedíth**, mille effata prophetica per centum Sheikhos tradita, auctore Sheikh Imam *Abu'lmotzaffer Mansur*

المظفر منصور بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٤٨٩ ‏1141 الف كلمة فى احكام النجوم لارسطو ‏1142 الف ليلة ‏1143 الالفيّة فى النحو للشيخ العلّامة جمال الدين ابى عبد الله محمد ابن عبد الله الطائى الجيّانى المعروف بابن مالك النحوى المتوفى سنة ٦٧٢ وهو مقدّمة مشهورة فى ديار العرب كالحاجبيّة فى غيرها جمع فيه مقاصد العربيّة وسمّاها الخلاصة وانّما اشتهرت بالالفيّة لانّها الف بيت فى الرجز اولها شعر

قال محمد هو ابن مالك      احمد ربّى الله خير مالك

وله عليها شرح ذكره الذهبى وشروحها كثيرة منها شرح ولده بدر الدين ابى عبد الله محمد المتوفى سنة ٦٨٦ وهو شرح منقّح اشتهر بشرح ابن المصنّف خطّأ والده فى بعض المواضع واورد الشواهد من الآيات القرانيّة اولها امّا بعد حمد الله سبحانه الخ فرغ من تأليفه فى محرّم سنة ٦٧٦ وعلى هذا الشرح حاشية للشيخ عزّ الدين محمد بن ابى بكر ابن جماعة الكنانى المتوفى

---

*Ben Mohammed Sem'âni*, anno 489 (inc. 31. Dec. 1095) mortuo. — 1141. Alf kelimet, mille verba de astrologia judiciaria, auctore *Aristotele*. — 1142. Alf leilet, mille et una nox. — 1143. El-Alfíyet, opus grammaticum *Alfiya* dictum, auctore Sheikh doctissimo *Jemâl-ed-din Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah Tâï Jayyâni* Grammatico, vulgo *Ibn Mâlik* dicto et anno 672 (inc. 18. Jul. 1273) mortuo. Introductio est in grammaticam in Arabia celeberrima, ut *El-Hâjibíyet* in ceteris gentibus. In ea auctor res linguae arabicae capitales collegit eamque *Kholâset* appellavit. Vulgo vero *Alfiya* (milliaria) tantum dicitur, quoniam mille versus ad schema metri *Rejes* continet. Incipit ita:

Dicit *Mohammed*, vulgo *Ibn Mâlik* appellatus: Laudo dominum meum Deum optimum regem.

Ipse commentarium ad eam scripsit, quem *Dzehebi* laudat. Exstant plures praeterea commentarii, ut filii ejus *Bedr-ed-din Abu Abdallah Mohammed*, anno 686 (inc. 16. Febr. 1287) defuncti, cujus opus perpolitum vulgo *Sharh Ibn-elmosannif* (commentarius filii auctoris) dicitur. In nonnullis locis patrem erroris arguit et dicta probantia affert e versibus Corani depromta. Incipit ita: Praemissis praemittendis. Laus Deo glorioso etc. — Ad hunc commentarium, cujus compositionem auctor mense Moharrem anni 676 (inc. 4. Jun. 1277) ad finem perduxit, glossas scripserunt Sheikh *Izz-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemâa Kinâni*, anno 819 (inc.

سنة ٨١٩ .وحاشية للقاضى زكريا بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩١٠. سمّاها بالدرر السنيّة اولها لحمد لله الذى فتحنا علم اللسان الخ علّقها سنة ٨٩٥ وحاشية للقاضى تقى الدين ابن عبد القادر التميمى المتوفى سنة ١٠٠٥ جمع فيها اقوال الشرّاح وحاكم فيما بينهم وتعليقة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وصل فيها الى اثناء الاضافة وسمّاها المشنّف على ابن المصنّف وحاشية للشيخ العلّامة شهاب الدين احمد بن قاسم العبادى جرّدها الشيخ محمد [بن احمد] الشوبرى [الشافعى المتوفى سنة تسع وستين بعد الالف] فى مجلّد وحاشية العلّامة بدر الدين محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ ومن الشروح المشهورة شرح الشيخ شمس الدين حسن بن القاسم المرادى المعروف بابن امّ قاسم النحوى المتوفى سنة ٧٤٩ اوله لحمد لله والشكر له الخ وشرح الشيخ ابى محمد عبد الله بن عبد الرحمن الشهير بابن عقيل النحوى المتوفى سنة ٧٦٩ وعليه حاشية لجلال الدين السيوطى سمّاها بالسيف الصقيل على شرح ابن عقيل وله شرح مختصر ممزوج مكث فى تأليفه

---

1. Mart. 1416) defunctus — Cadhi *Zakariya Ben Mohammed Ansári*, anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) mortuus, qui suas inscripsit *El-Dorer El-Seniyet* easque anno 895 (inc. 25. Nov. 1489) confecit. Incipiunt ita: Laus Deo, qui nobis scientiam linguae aperuit etc. — Cadhi *Tacki-ed-din Ben Abd-el-cádir Temími*, anno 1005 (inc. 15. Aug. 1596) mortuus, qui opiniones interpretum collegit deque earum valore dijudicavit — Sheikh *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui in suis annotationibus nomine *Ta'licket* consignatis ad caput medium de annexione (*Idháfet*) pervenit easque *El-Moshannif ala Ibn-elmosannif* inscripsit — Sheikh eruditissimus *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Cásim Abbádi*, cujus glossas Sheikh *Mohammed* [*Ben Ahmed*] *Shauberi* [Shafiita anno 1069 (inc. 19. Sept. 1658) mortuus] in volumine dictis probantibus denudavit — et denique vir eruditissimus *Bedr-ed-din Mahmud Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus. — Commentarios celebriores scripserunt Sheikh *Shems-ed-din Hasan Ben-elcásim Morádi* Grammaticus, vulgo *Ibn Omm Cásim* dictus et anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus. Incipit ita: Laus et gratiarum actio Deo etc. — Sheikh *Abu Mohammed Abdallah Ben Abd-el-rahman* Grammaticus, vulgo *Ibn Ackíl* dictus et anno 769 (inc. 28. Aug. 1367) mortuus, ad cujus commentarium Sheikh *Jelál-ed-din Soyuti* glossas edidit *Seif Sackíl ala Sharh Ibn Ackíl* inscriptas. Idem *Ibn Ackíl* commentarium compendiosum textu admixto scripsit, in quo componendo duos annos

سنتين وسمّاه بهجة المرضية اوله احمدك اللهم على نعمك وآلائك الخ وقد قرظ له جماعة من الادباء وله مختصر الالفية فى ستمائة بيت وثلثين دقيقة وسمّاه الوفية وللشيخ عبد الوهّاب الشعرانى [المتوفى سنة ٩٧٣] مختصر الالفيّة ايضا ومنها شرح الشيخ محمد بن محمد بن جابر الاعمى [الهوارى] النحوى المتوفى سنة ٧٨٠ وهو شرح مفيد نافع للمبتدى لاعتنائه باعراب الابيات وتفكيكها وحلّ عبارتها قال السيوطى لكنه وقع فيه وهم تتبّعته فى تأليفى المسمّى بتحرير شرح الاعمى والبصير وشرح الشيخ العلّامة ابى زيد عبد الرحمن بن على المكودى الفاسى المتوفى فى حدود سنة ٨٠٠ كبيرًا وصغيرًا وشرحه الصغير وصل الى الديار المصريّة وهو شرح لطيف نافع استوفى فيه الشرح والاعراب وعليه حاشية للشيخ عبد القادر بن ابى القاسم [بن احمد بن محمد الانصارى السعدى] العبادى [المالكى المتوفى سنة ٨٨٠] وشرح العلّامة تقى الدين احمد بن محمد الشمنى المتوفى سنة ٨٧٢ وهو شرح بديع مهذب المقاصد سمّاه منهج المسالك الى الفيّة ابن مالك اوله الحمد لله تعالى على ما منح من اسباب البيان الخ وممّن

---

consumserat. Titulum fert *El-Behjet El-Mardhiet* et incipit ita: Laudo Te, o Deus, pro Tua gratia et Tuis beneficiis etc. Multi philologi eum ob hoc opus laudibus celebrarunt. Deinde epitomen quoque *Alfiya*e sexcentis versibus et triginta *Deckicket* comprehensam et *Wefiyet* inscriptam publicavit. Epitomen similem *Alfiya*e Sheikh *Abd-el-wehháb Sha'ráni* [anno 973 (inc. 29. Jul. 1565) defunctus] edidit. Commentarios in *Alfiya*m porro confecerunt Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Ben Jábir El-A'ma* [*Hewári*] Grammaticus, anno 780 (inc. 30. Apr. 1378) mortuus. Opus doctrina plenum et tironi utile, quoniam auctor flexionum finalium versuum curam gessit, hos a ceteris sejunxit eorumque dictiones explicuit. Attamen, ut *Soyuti* monet, liber errorum non est expers, ipseque eos in opere *Tehrír Sharh El-A'ma we El-Besír* persecutus est — Sheikh doctissimus *Abu Zeid Abd-el-rahman Ben Ali Mekúdi Fasi*, circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus, qui majorem et minorem commentarium composuit. Hic ad tractus Aegyptios penetravit, et opus est facetum et utile, in quo explicationi pariter ac doctrinae flexionum finalium plene prospectum est. Glossas ad illud edidit Sheikh *Abd-el-cádir Ben Abi'lcásim* [*Ben Ahmed Ben Mohammed Ansári Sa'di*] *Abbádi* [Malikita anno 880 (inc. 7. Mai. 1475) defunctus] — vir doctissimus *Tacki-ed-din Ahmed Ben Mohammed Shemeni*, anno 872 (inc. 2. Aug. 1467) mortuus, cujus commentarius excellens et sententiis aptis ornatus et perpolitus *Minhaj el-mesálik ila Alfiyet Ibn Málik* inscriptus est et ita incipit: Laus Deo pro iis adminiculis, quibus nos ad eloquentiam comparandam donavit etc. —

شرحها الشيخ شمس الدين محمد بن محمد الجزرى المتوفى سنة ٨٣٣ ومحمد بن ابى الفتح [بن ابى الفضل البعلى] الحنبلى النحوى المتوفى سنة ٧٠٩ والعلّامة اثير الدين ابو حيّان محمد ابن يوسف الاندلسى النحوى المتوفى سنة ٧٤٥ ولم يكمله سمّاه منهج السالك فى الكلام على الفيّة ابن مالك اوله حمد الله من اوجب ما افتتح به الانسان الخ ذكر انّ غرضه فى مقاصد ثلثة تبيين ما اطلقه وتنبيه على الخلاف الواقع فى الاحكام وحلّ ما اشكل وابو امامة محمد بن على ابن النقاش المتوفى سنة ٧٦٣ والشيخ محمد بن احمد الاسنوى المتوفى سنة ٧٦٣ وزين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٤٩ وشمس الدين محمد بن عبد الرحمن ابن الصائغ الزمردى المتوفى سنة ٧٧٦ قيل هو شرح حسن والقاضى برهان الدين ابرهيم بن عبد الله الحكرى المصرى المتوفى سنة ٧٨٠ وجمال الدين عبد الرحيم بن الحسن الاسنوى المتوفى سنة ٧٧٢ [قال السيوطى فى طبقات النحاة ولم يكمله] وابو زيد عبد الرحمن بن على الكوفى المتوفى تقريبًا سنة ٨٠٠ وبهرام بن عبد الله [الدميرى] المالكى المتوفى سنة ٨٠٥ ومحمد

---

porro Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Jezeri*, anno 833 (inc. 30. Sept. 1429) mortuus — *Mohammed Ben Abi'lfat'h* [*Ben Abi'lfadhl Ba'li*] Grammaticus Hanbalita, anno 709 (inc. 11. Jun. 1309) mortuus — vir eruditissimus *Athir-ed-din Abu Heyyán Mohammed Ben Yusuf Andalusi* Grammaticus, anno 745 (inc. 15. Mai. 1344) mortuus, qui commentarium suum, *Minhaj el-sálik fi el-kelám ala Alfiyet Ibn Málik* inscriptum et ita incipientem: Laudatus sit Deus, qui caussa efficiens est earum rerum, quas homo auspicatur etc., non perfecit..et se triplicem finem in hoc opere spectasse monet. Voluisse enim se accuratius definire, quae *Ibn Málik* generatim dixerit, animos attentos reddere ad contradictiones, quibus regulae laborent, et explicare, quae difficiliora sint intellectu — *Abu Imáma Mohammed Ben Ali Ibn-elnaccásh*, anno 763 (inc. 31. Oct. 1361) mortuus — Sheikh *Mohammed Ben Ahmed Esnewi* anno eodem mortuus — *Zein-ed-din Omar Ben Motzaffer Ibn-elwardi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuus — *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Ibn-el-sáïgh Zomorrodi,* anno 776 (inc. 12. Jun. 1374) mortuus, cujus commentarius bonae notae esse dicitur — Cadhi *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Abdallah Hakiri Misri*, anno 780 (inc. 30. Apr. 1378) mortuus — *Jemál-ed-din Abd-el-rehím Ben-elhasan Esnewi*, anno 772 (inc. 26. Jul. 1370) mortuus [opere nondum finito, ut *Soyuti* in *Tabacát el-nohhát* monet] — *Abu Zeid Abd-el-rahman Ben Ali Kufi*, circa annum 800 (inc. 24. Sept. 1397) mortuus — *Behrám Ben Abdallah* [*Demíri*] Malikita, anno 805 (inc. 1. Aug. 1402) mortuus — *Mohammed*

ابن محمد الاندلسى الشهير بالراعى النحوى المتوفى سنة ٨٥٣ والقاضى جمال الدين يوسف ابن الحسن [بن محمد] الحموى المتوفى سنة ٨٠٩ ونور الدين على بن محمد الاشمونى المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ وبرهان الدين ابرهيم بن موسى الانباسى المتوفى سنة ٨٠٣ وبدر الدين محمد بن محمد بن الرضى الغزى المتوفى فى حدود الف له ثلثة شروح منثور ومنظومان والعلّامة زين الدين عبد الرحمن بن ابى بكر الشهير بابن العينى الحنفى المتوفى سنة ٨٩٣ شرحها مزجًا وعماد الدين محمد بن حسين الاسنوى المتوفى سنة ٧٧٧ ولم يكمله والشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد ابن قيم الجوزى المتوفى سنة ٧٦٥ وسمّاه ارشاد السالك وبرهان الدين ابرهيم بن محمد القباقبى الحلبى المتوفى فى حدود سنة ٨٥٠ وبرهان الدين ابرهيم الفزارى المتوفى سنة والقاضى احمد بن اسمعيل الشهير بابن الحسبانى المتوفى [فى حدود] سنة ٨١٥ وشمس الدين بن زين الدين المتوفى سنة ٨٤٥ شرحها نظمًا وجلال الدين محمد ابن احمد بن خطيب داريّا المتوفى سنة ٨١٠ مزج فيه المتن وسراج الدين عمر بن على الشهير

---

***Ben Mohammed Andalusi*** **Grammaticus, vulgo** ***Râï*** **dictus et anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus — Cadhi** ***Jemál-ed-din Yusuf Ben-elhasan [Ben Mohammed] Hamawi,*** **anno 809 (inc. 18. Jun. 1406) mortuus —** ***Nur-ed-din Ali Ben Mohammed Oshmúni,*** **circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus —** ***Borhán-ed-din Ibrahim Ben Musa Anbási*****, anno 803 (inc. 22. Aug. 1400) mortuus —** ***Bedr-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben-elredhi Ghazzi*****, circa annum 1000 (inc. 9. Oct. 1591) mortuus, qui tres commentarios reliquit, pedestrem et duos poëticos — vir doctissimus** ***Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr*** **Hanefita, vulgo** ***Ibn-el-aini*** **dictus et anno 893 (inc. 17. Dec. 1487) mortuus, qui commentario textum admiscuit —** ***Imád-ed-din Mohammed Ben Hosein Esnewi*****, qui commentario nondum absoluto anno 777 (inc. 2. Jun. 1375) decessit — Sheikh** ***Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Ibn-cayyim Jauzi,*** **anno 765 (inc. 10. Oct. 1363) mortuus, qui librum** ***Irshád-el-sálik*** **inscripsit —** ***Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Cabáckibi Halebi*****, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuus —** ***Borhán-ed-din Ibrahim Fezári*****, anno . . . mortuus — Cadhi** ***Ahmed Ben Ismaïl*****, vulgo** ***Ibn-elhosbáni*** **dictus et [circa] annum 815 (inc. 13. Apr. 1412) mortuus —** ***Shems-ed-din Ben Zein-ed-din*****, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuus, cujus commentarius rhythmice exaratus est —** ***Jelál-ed-din Mohammed Ben Ahmed Ben Khatib Dariya*****, anno 810 (inc. 8. Jun. 1407) mortuus, qui commentario textum admiscuit —** ***Siráj-ed-din Omar Ben Ali*****, vulgo** ***Ibn-el-molckin***

بابن الملقن المتوفى سنة ٨٠٤ وابو عبد الله محمد بن احمد بن مرزوق التلمسانى الصغير المتوفى سنة ٨٤٢ ومن شروح الالفيّة بلغة ذى الخصاصة فى حلّ الخلاصة لمحمد بن محمد الاسدى القدسى المتوفى سنة ٨٠٨ وفتح الربّ المالك لشرح الفيّة ابن مالك لمحمد بن قاسم ابن على الغزى الشافعى وهو شرح وسط حجمًا اوله الحمد لله المانح من اراد لسانًا عربيًّا الخ والشرح النبيل الحاوى لكلام ابن المصنّف وابن عقيل لعماد الدين محمد بن احمد الاقفهسى اوله الحمد لله جامع اشتات العلوم الخ ذكر فيه انّ ابن عقيل يستشهد غالبًا باشعار العرب وابن المصنّف يستشهد بذلك وبآيات القران فجمع بينهما واضاف فوائد من كلام ابن هشام والزمخشرى وفى اعراب الالفيّة كتاب للشيخ شهاب الدين احمد بن الحسين الرملى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٤ وللشيخ خالد بن عبد الله الازهرى [المتوفى سنة ٩٠٥] مجلّد ايضا سمّاه تمرين الطلّاب فى صناعة الاعراب اوله الحمد لله الذى رفع قدر من اعرب بالشهادتين الخ فرغ منه فى رمضان سنة ٨٨٦ وفى شرح شواهد شروح الالفيّة كتابان كبير وصغير للشيخ ابى

---

dictus et anno 804 (inc. 11. Aug. 1401) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ahmed Ben Merzúc Tilimsáni* minor, anno 842 (inc. 24. Jun. 1438) mortuus. Alii commentarii *Alfiyae* sunt *Bolghet dzi'l khasáset fi hall el-kholáset*, auctore *Mohammed Ben Mohammed Asedi Codsi*, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo — *Fat'h el-rabb el-málik li sharh Alfiyet Ibn Málik*, auctore *Mohammed Ben Cásim Ibn Ali Ghazzi* Shafiita. Hic commentarius mediocris ambitus est et incipit ita: Laus Deo qui, cui voluit, ei linguam arabicam tribuit etc. — porro *El-Sharh El-Nebíl El-Háwi li kelám Ibn-elmosannif we Ibn Ackíl*, auctore *Imád-ed-din Mohammed Ben Ahmed Acfakesi*, qui incipit ita: Laus Deo qui doctrinas distinctas conjunxit etc. Monet auctor, *Ibn Ackíl* dicta probantia praecipue e carminibus Arabum, *Ibn-elmosannif* ea tam ex illis quam e versibus coranicis attulisse, se vero utrumque conjunxisse et annotationes utiles e dictis *Ibn Hishám*i et *Zámakhsher*ii addidisse. — De flexionibus finalibus in *Alfiyet* obviis scripserunt Sheikh *Sheháb-ed-din Ahmed Ben-elhosein Ramli* Shafiita, anno 844 (inc. 2. Jun. 1440) mortuus et Sheikh *Khálid Ben Abdallah Azheri* [anno 905 (inc. 8. Aug. 1499) mortuus], qui volumen *Temrín el-tolláb fi sináat el-iráb* inscripsit et a verbis incipit: Laus Deo qui valorem eorum qui syntaxin flexionum finalium callent, duabus confessionis formulis distinxit etc. Confecit opus mense Ramadhan anni 886 (inc. 2. Mart. 1482). — Ad explicanda dicta probantia, in commentariis *Alfiyae* obvia, duplicem librum scripsit majorem et minorem Sheikh

محمد محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ سمّى الكبير بالمقاصد النحويّة فى شرح شواهد شروح الالفيّة وقد اشتهر بالشواهد الكبرى جمعها من شروح التوضيح وشرح ابن المصنّف وابن ام قاسم وابن هشام وابن عقيل ورمز اليها بالظّآء والقاف والهآء والعين وعدد الابيات المستشهد بها الف ومأتتان واربعة وتسعون وفرغ من الشرح فى شوال سنة ٨٠٦ وممّن نثر الالفيّة الشيخ نور الدين ابرهيم ابن هبة الله الاسنوى المتوفى سنة ٧٢١ وله شرحها ايضا وبرهان الدين ابرهيم بن موسى الكركى المتوفى سنة ٨٥٣ وله شرحها ايضا والعلّامة جمال الدين عبد الله بن يوسف المعروف بابن هشام النحوى المتوفى سنة ٧٦٢ نثرها فى مجلّد وسمّاه اوضح المسالك الى الفيّة ابن مالك ثمّ اشتهر بالتوضيح وله عدّة حواشى على الالفيّة منها وقع الخصاصة على الخلاصة فى اربع مجلّدات وعلى التوضيح تعليقات منها شرح الشيخ خالد بن عبد الله الازهرى النحوى الذى فرغ عنه سنة ٨٩٠ وهو شرح عظيم ممزوج سمّاه التصريح بمضمون التوضيح اوله الحمد لله الملهم لتوحيده الخ ذكر انّه رأى ابن هشام

---

***Abu Mohammed Mahmud Ben Ahmed Aini***, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus. Major inscriptus est ***El-Mecásid El-Nahwiyet fi sharh shewáhid shorúh El-Alfiyet*** et nomine vulgari insignitur ***El-Shewáhid El-Kobra.*** Collegit hic auctor dicta probantia e commentariis paraphrasis ***Taudhíh*** et interpretum ***Ibn-elmosannif***, ***Ibn Omm Cásim***, ***Ibn Hishám*** et ***Ibn Ackíl***, eosque consignavit literis ***Tzá***, ***Cáf***, ***Há***, ***Aïn***. Numerus versuum ad testimonium vocatorum summam explet mille ducentorum nonaginta quatuor, et ***Aini*** commentarium absolvit mense Shewwál anni 806 (inc. 21. Jul. 1403). Alii ***Alfiyam*** oratione prosa circumscripserunt, ut Sheikh ***Núr-ed-din Ibrahim Ibn Hibatallah Esnewi***, anno 721 (inc. 31. Jan. 1321) mortuus, qui illam etiam commentatus est — ***Borhán-ed-din Ibrahim Ben Musa Kereki***, anno 853 (inc. 24. Febr. 1449) mortuus, qui pariter commentarium ad eam composuit — et vir doctissimus ***Jemál-ed-din Abdallah Ben Yusuf*** Grammaticus, vulgo ***Ibn Hishám*** dictus et anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuus, qui paraphrasin uno volumine comprehensam inscripsit ***Audhah el-mesálik ila Alfiyet Ibn Málik.*** Postea vulgo ei nomen ***Taudhíh*** impositum est. Idem plura opera glossarum ad ***Alfiyam*** composuit, ut v. c. illud quod inscriptum est ***Wac' el-khasáset ala el-kholáset*** et e quatuor voluminibus constat. Ad opus ***Taudhíh*** plures appendices exstant, ut commentarius magnus, quem Sheikh ***Khálid Ben Abdallah Azheri*** Grammaticus anno 890 (inc. 18. Jan. 1485) confecit. Textum ei admiscuit et nomen tribuit ***Tesrîh bi medhmún El-Taudhíh.*** Incipit a verbis: Laus Deo qui ad unicum sui cultum inspiravit etc. et monet, se per somnum ***Ibn Hishám***

في منامه فاشار اليه بشرح كتابه فاجاب ومن الحواشى على التوضيح حاشية جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ سمّاها التوشيح وحاشية عز الدين محمد بن ابى بكر بن جماعة المتوفى سنة ٨١٩ وحاشية جمال الدين احمد بن عبد الله ابن هشام المتوفى سنة ٨٣٥ وحاشية بدر الدين محمود بن احمد العينى المتوفى سنة ٨٥٥ وحاشية برهان الدين ابرهيم بن عبد الرحمن الكركى المتوفى فى حدود سنة ٨٩٠ وحاشية محيى الدين عبد القادر بن ابى القاسم السعدى المالكى المكى المتوفى سنة ٨٨٠ سمّاها رفع الستور والارائك عن مخبّآت اوضح المسالك اولها امّا بعد حمدًا لله ذى الجلال الخ وشرح الشيخ ابى بكر الوفائى وحاشية سيف الدين محمد بن محمد البكتمرى المتوفى فى حدود سنة ٨٧٠ وحاشية الشيخ محمد بن ابرهيم بن ابى الصفآء من تلامذة ابن الهمام ونظم التوضيح للقاضى شهاب الدين محمد بن احمد الخويى المتوفى سنة ٦٩٣ ١١٤٤ الفيّة ابن معط فى النحو ايضا للشيخ زين الدين يحيى بن عبد المعطى النحوى المتوفى سنة ٦٢٨ سمّاها بالدرّة الالفيّة اولها

---

vidisse, ab illoque ad librum explicandum excitatum esse; quare se dicto audientem fuisse. — Glossas ad paraphrasin *Taudhih* scripserunt *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, qui eas *Taushih* inscripsit — *Izz-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ben Jemâa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuus — *Jemál-ed-din Ahmed Ben Abdallah Ibn Hishám*, anno 835 (inc. 9. Sept. 1431) mortuus — *Bedr-ed-din Mahmud Ben Ahmed Aini*, anno 855 (inc. 3. Febr. 1451) mortuus — *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Abd-el-rahman Kereki*, circa annum 890 (inc. 18. Jan. 1485) mortuus — *Mohyi-ed-din Abd-el-cádir Ben Abi'lcásim Sa'di Mekki* Malikita, anno 880 (inc. 7. Mai. 1475) mortuus, qui eas inscripsit *Raf' el-sotúr we el-aráïk an mokhabbaát Audhah el-mesálik*, et a verbis incipit: Praemissis praemittendis. Laudem Deo gloria praestanti etc. — Sheikh *Abu Bekr Wefáï*, qui commentarium scripsit — *Seif-ed-din Mohammed Ben Mohammed Bektemeri*, circa annum 870 (inc. 24. Aug. 1465) mortuus, et Sheikh *Mohammed Ben Ibrahim Ben Abi'lsefá*, discipulus *Ibn-elhemmámi* glossas ediderunt. Rursus metrice *El-Taudhih* exaravit Cadhi *Shehâb-ed-din Mohammed Ben Ahmed Khowayi*, anno 693 (inc. 2. Dec. 1293) mortuus. — 1144. Alfíyet Ibn-elmoti, simile opus grammaticum, quod Sheikh *Zein-ed-din Yahya Ben Abd-el-moti* Grammaticus, anno 628 (inc. 9. Nov. 1230) mortuus, inscripsit *El-Dorret El-Alfíyet*. Incipit ita:

يقول راجى ربّه الغفور    يحيى بن معط بن عبد النور

واتمّها فى سنة ٥٩٥ ولها شروح منها شرح محمد بن احمد [الاندلسى البكرى] الشريشى المتوفى سنة ٦٨٥ سمّاه بالتعليقات الوفية اوله الحمد لله الذى فضل اللغة العربيّة الخ ذكر ان الناظم نظم هذه الارجوزة فى اقامته بدمشق وكان ملكه المعظم قد ولّاه فى مصالح الجامع وكان معاصرًا لتاج الدين ابى اليمن زيد الكندى فكانا فى عصرهما رئيسا اهل الادب بدمشق وهذا الشرح كبير فى مجلّدين وشرح بدر الدين محمد بن يعقوب الدمشقى المتوفى سنة ٧١٨ وشرح شمس الدين احمد بن الحسين ابن الخبّاز الاربلى المتوفى سنة ٦٣٧ سمّاه الغرّة المخفية فى شرح الدرّة الالفيّة وشرح عبد المطلب ابن المرتضى الجزرى المتوفى سنة ٧٣٥ وسمّاه ضوء الدرر وشرح الشيخ اكمل الدين محمد بن محمود الحنفى الّفه فى شهرين ببلدة ماردين سنة ٧٤١ وسمّاه بالصدفة الملئة بالدرّة الالفيّة وشرح الشيخ محمد بن محمد بن جابر الاعمى

---

**Dicit, qui spem ponit in domino suo peccata ignoscente, *Yahya Ben Moti Ben Abd-el-núr.***

**Ad hanc grammaticam, quam *Ibn-elmoti* ad finem anno 595 (inc. 3. Nov. 1198) perduxit, plures viri commentarios scripserunt, ut *Mohammed Ben Ahmed* [*Andalusi Bekri*] *Sherishi*, anno 685 (inc. 27. Febr. 1286) mortuus, qui commentarium inscripsit *El-Ta'licát El-Wefíyat.* Incipit hic ita: Laus Deo qui linguam arabicam praetulit etc. Monet interpres, poëtam hanc *Orjuzet*, dum Damasci versatus esset, condidisse, regemque Damasci *El-Melek El-Moatztzem* eum negotiis templi cathedralis praefecisse. Fuit ille aequalis *Táj-ed-din*i *Abu'lyemen Zeid Kendi*, amboque temporis sui principes inter philologos Damascenos exstiterunt. Hic commentarius magnus est et duobus voluminibus comprehenditur — porro *Bedr-ed-din Mohammed Ben Yacub Dimeshcki*, anno 718 (inc. 5. Mart. 1318) mortuus — *Shems-ed-din Ahmed Ben-el-hosein Ibn-elkhabbáz Irbili*, anno 637 (inc. 3. Aug. 1239) mortuus, qui commentarium *El-Ghorret El-Makhfiyet fi sharh El-Dorret El-Alfiyet* inscripsit — *Abd-el-motallib Ibn-elmortedhi Jezeri*, anno 735 (inc. 1. Sept. 1334) mortuus, qui commentarium *Dhu el-dorer* appellavit — Sheikh *Akmal-ed-din Mohammed Ben Mahmud* Hanefita, qui opus, *El-Sadafet El-Maliyet bi'l Dorret El-Alfiyet* vocatum, duobus mensibus in urbe *Maridin* anno 741 (inc. 27. Jun. 1340) absolvit — Sheikh *Mohammed Ben Mohammed Ben Jábir El-A'ma*, anno 780 (inc. 30. Apr.**

المتوفى سنة ٧٨٠ فى ثمان مجلّدات وشرح شهاب الدين احمد بن محمد القدسى الحنبلى المتوفى سنة ٧٢٨ وشرح ابى عبد الله محمد بن الياس النحوى الحموى المتوفى سنة وشرح عبد العزيز بن جمعة بن زيد النحوى المعروف بالقواس الموصلى المتوفى سنة اوله الحمد لله بارى النسم الخ ١١٤٥ الفية العراقى فى اصول الحديث للشيخ الامام الحافظ زين الدين عبد الرحيم بن الحسين العراقى المتوفى سنة ٨٠٦ اولها

يقول راجى ربّه المقتدر    عبد الرحيم بن الحسين الاثرى

لخّص فيه كتاب علوم الحديث لابن الصلاح وعبّر عنه بلفظ الشيخ وزاد عليه وفرغ عنها بطيّبة فى جمادى الآخرة سنة ٧٦٨ ثمّ شرحها وفرغ عنه فى رمضان سنة ٧٧١ وسمّاه فتح المغيث بشرح الفيّة الحديث ذكر فيه انّه شرع فى شرح كبير ثمّ استطال وعدل الى شرح متوسّط وترك الاول وبدا بقوله الحمد لله الذى قبل تصحيح النيّة حسن العمل الخ

---

1378) mortuus, qui octo volumina conscripsit — *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Codsi* Hanbalita, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuus — *Abu Abdallah Mohammed Ben Ilyás Hamawi* Grammaticus, anno . . . mortuus — *Abd-el-azíz Ben Jom'a Ben Zeid Mausili* Grammaticus, vulgo *Cawwás* dictus et anno . . . mortuus, cujus commentarius ita incipit: Laus Deo animarum creatori etc. — 1145. Alfíyet El-Irácki, milliaria de principiis doctrinae traditionalis, auctore Sheikh Imam Háfitz *Zein-ed-din Abd-el-rehím Ben-elhosein Irácki*, anno 806 (inc. 21. Jul. 1403) mortuo. Incipit ita:

Dicit, qui spem ponit in domino suo potenti, *Abd-el-rehím Ben-elhosein El-Atheri.*

Delectum in hoc opere habuit libri *Olúm el-hedíth*, qui *Ibn-el-saláh* auctorem habet, et hunc significare vult, quando dicit *El-Sheikh.* Nova etiam addidit, opusque confecit Medinae Jomádi secundo anni 768 (inc. 7. Sept. 1366). Deinde hoc commentatus est, commentariumque, *Fat'h el-moghíth bi sharh Alfíyet el-hedíth* inscriptum, confecit mense Ramadhán anni 771 (inc. 5. Aug. 1369). Monet quoque, se commentarium amplum incepisse, rem vero deinde in longius tractam esse seque commentarium mediocrem scribere praetulisse et priorem abjecisse. Incipit ab his verbis: Laus Deo qui consilii puritatem tanquam bonum opus accipit etc. Potiora

وملخص هذا الشرح للسيد الشريف محمد امين الشهير بامير پادشاه البخارى نزيل مكة المتوفى بها سنة اوله الحمد لله الذى اسند حديث الوجود الخ فرغ عنه بمكة فى رمضان سنة ٩٧٢ وعلى هذا الشرح حاشية للشيخ قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ وحاشية برهان الدين ابرهيم ابن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ بلغ الى نصفه وسماه النكت الوفية بما فى شرح الالفية اورد فيه ما استفاد من شيخه ابن حجر اولها الحمد لله الذى من اسند اليه الخ ومن شروحها المشهورة شرح القاضى العلامة زكريا بن محمد الانصارى المتوفى سنة ٩٢٨ وهو شرح مختصر ممزوج سماه فتح الباقى بشرح الفية العراقى فرغ عنه فى رجب سنة ٨٩٦ اوله الحمد لله الذى وصل من انقطع اليه الخ قال السخاوى شرع فى غيبتى فيه مستمدا من شرحى بحيث يعجب الفضلاء من ذلك انتهى وشرح جلال الدين عبد الرحمن ابن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وشرح الشيخ ابرهيم بن محمد الحلبى المتوفى سنة ٩٥٥ وشرح زين الدين ابى محمد عبد الرحمن بن ابى بكر العينى المتوفى سنة ٨٩٣

---

hujus commentarii separatim edidit *Seyyid Sherif Mohammed Emín Bokhári*, vulgo *Emír Padishah* dictus et Meccae inquilinus, in qua urbe anno . . . obiit. Incipit a verbis: Laus Deo ad quem auctorem referenda est traditio de existentia divina etc. et epitomen Meccae mense Ramadhán anni 972 (inc. 9. Aug. 1564) confecit. Glossas ad hunc commentarium scripserunt Sheikh *Cásim Ibn Cotlubeghá* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus — *Borhán-ed-din Ibrahim Ibn Omar Becáï*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, qui ad dimidiam tantum libri partem progressus est, opusque inscripsit *El-Noket El-Wefíet bimá fi sharh El-Alfíyet.* Affert hic, quae a Sheikh suo *Ibn Hajr* didicerat, et incipit a verbis: Laus Deo qui eum, qui in ipso nititur etc. Commentarios operis celebriores scripserunt Cadhi doctissimus *Zakaríya Ben Mohammed Ansári*, anno 928 (inc. 1. Dec. 1521) mortuus, qui textum operi compendioso admiscuit idque inscriptum *Fat'h el-bácki bi sharh Alfíyet El-Irácki*, absolvit mense Rejeb anni 896 (inc. 14. Nov. 1490). A verbis incipit: Laus Deo, qui ad laetitiam conjunctionis eum admittit, qui se ad eum recipit etc. *Sekháwi* dicit: Opus ille me absente incepit clepens e commentario meo ita, ut viri meriti valde id mirarentur etc. — Haec ille. — Porro *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus — Sheikh *Ibrahim Ben Mohammed Halebi*, anno 955 (inc. 11. Febr. 1548) mortuus — *Zein-ed-din Abu Mohammed Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Aini*, anno 893 (inc. 17. Dec. 1487)

وشرح ابى الفدا اسمعيل بن ابرهيم ابن جماعة الكنانى القدسى المتوفى سنة ٨٦١ وهو شرح حسن وشرح قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الدمشقى المتوفى سنة ٨٩٤ وسماه صعود المراقى وشرح شمس الدين محمد بن عبد الرحمن السخاوى المتوفى سنة ٩٠٢ وهو شرح حسن لعلّه احسن الشروح ١١٤٦ الفيّة الورديّة فى التعبير لعمر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٥٠ اولها الحمد لله المعيد المبدئ الخ ختمها بباب مرتّب على الحروف ١١٤٧ الفيّة فى المعانى والبيان للشيخ برهان الدين ابرهيم بن محمد القباقبى الحلبى المتوفى فى حدود سنة ٨٥٠ وشرحها ايضا ١١٤٨ الفيّة فى النحو والتصريف والخطّ لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ جمع فيها بين الفيّة ابن مالك والفيّة ابن معط وسمّاها الفريدة ثمّ شرحها وسمّاه المطالع السعيدة ١١٤٩ الفيّة فى اصول الفقه لشمس الدين محمد ابن البرماوى الشافعى المتوفى سنة [٨٣١] اوله بسم الحميد قال عبده محمد الخ وله

---

mortuus — *Abu'lfeda Ismaïl Ben Ibrahim Ibn Jemáa Kináni Codsi*, anno 861 (inc. 29. Nov. 1456) mortuus, cujus commentarius valde laudatur — *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri Dimeshcki*, anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) mortuus, qui commentarium inscripsit *So'úd el-merácki* — *Shems-ed-din Mohammed Ben Abd-el-rahman Sekháwi*, anno 902 (inc. 9. Sept. 1496) mortuus, cujus commentarius bonae notae est et fortasse omnium pulcherrimus. — 1146. El-Alfíyet El-Wardíyet, milliaria de somniorum interpretatione, auctore *Omar Ibn-elwardi*, anno 750 (inc. 22. Mart. 1349) mortuo. Incipit ita: Laus Deo resuscitatori, creatori etc. In fine auctor caput adjecit alphabetice dispositum. — 1147. Alfíyet fi el-meáni we el-beyán, milliaria de doctrina sententiarum et expositionis, auctore Sheikh *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Cabáckibi Halebi*, circa annum 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuo. Idem opus commentatus est. — 1148. Alfíyet fi el-nahw we el-tesríf we el-khatt, milliaria de grammatica, flexu formarum et scriptura. Conjunxit in hoc opere *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) decessit, *Alfíyam Ibn Máliki* et *Alfíyam Ibn Moti*, illudque inscripsit *El-Ferídet*. Postea commentarium ejus scripsit, et hunc *El-Metáli' El-Saïdet* appellavit. — 1149. Alfíyet fi osúl el-fic'h, milliaria de principiis juris, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben-elbermáwi* Shafiita, anno [831 (inc. 22. Oct. 1427)] mortuo. Incipit ita: Nomine Dei laudati. Dicit *Mohammed*

شرحها اوله الحمد لله الذى شرح الصدور بكتابه المبين الخ ذكر فيه انّه نظم ما جمعه خاليًا من الخلاف والدلآئل وسمّاه النبذة الالفيّة فى الاصول الفقهيّة ١١٥٠ الالفية فى الالغاز الخفية الف لغز [فى الف اسم] منظومة لابى بكر محمد بن ابرهيم الاربلى الشاعر المتوفى سنة ٦٧٩ ١١٥١ الالفيّة فى الفرآئض للقاضى محبّ الدين محمد بن شحنة الحلبى المتوفى سنة [٨١٥] ١١٥٢ الالفية فى التعبير للشيخ زين الدين عمر بن مظفر ابن الوردى المتوفى سنة ٧٤٩ ١١٥٣ الفية وشلفية للحكيم الارزقى الشاعر الّفها لملك نيسابور طوغان شاه ابن اخت طغرل السلجوقى لمّا ابتلى بضعف الباه فانتفع بها وهى حكاية مصنوعة عن امرأة كانّها جامعها الف رجل فصوّرها باشكال مختلفة وقد ذكر فى علم الباه ان النظر الى امثال هذه يحرّك الباه تحريكا قويّا ١١٥٤ القاب الرواة لابى بكر احمد بن عبد الرحمن الشيرازى المتوفى سنة [٤٠٧] وللحافظ شهاب الدين احمد بن على المعروف بابن الحجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢

---

servus ejus etc. Commentarius ab eodem confectus incipit ita: Laus Deo, qui corda aperuit libro suo perspicuo etc. Monet in eo auctor, se, quae collegerit, omni controversia et argumentatione recisa, rhythmice exarasse opusque inde enatum inscripsisse *El-Nabdzet El-Alfíyet fi el-osúl el-fic'híyet.* — 1150. El-Alfíyet fi el-algház el-khafíyet, milliaria de aenigmatibus occultis. Mille aenigmata [de mille nominibus] metrice composita, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Ibrahim Irbili* Poëta, anno 679 (inc. 3. Mai. 1280) mortuo. — 1151. El-Alfíyet fi el-feráïdh, milliaria de jure haereditario, auctore Cadhi *Mohibb-ed-din Mohammed Ben Shehne Halebi*, anno [815 (inc. 13. Apr. 1412)] mortuo. — 1152. El-Alfíyet, milliaria de interpretatione somniorum, auctore Sheikh *Zein-ed-din Omar Ben Motzaffer Ibn-el-wardi*, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. — 1153. Alfíyet we Shelfíyet. Poëma, quod *Arzecki* medicus et poëta regi Nisaburae *Tughán-sháh* filio filiae *Toghrul* Seljucidae composuit, cum impotentia laboraret. Et revera ille lectione hujus poëmatis in integrum restitutus est. Continet autem historiam, quae feminam describit tanquam rem habentem cum mille viris. Repraesentatur etiam sub diversis figuris, et infra sub *Ilm el-báh* monebitur, adspectum ejusmodi rerum cupidinem vehementissime excitare. — 1154. Alcáb el-rowwát, nomina traditionariorum honorifica, auctoribus *Abu Bekr Ahmed Ben Abd-el-rahman Shirázi*, anno [407 (inc. 10. Jun. 1016)] mortuo, et Hafitz *Shehác-ed-din Ahmed Ben Ali Ascaláni*, vulgo *Ibn-el-hajr* dicto et anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. —

١١٥٥ القاب القبائل لابى جعفر محمد بن حبيب البغدادى النحوى المتوفى سنة ٢٤٥ ١١٥٦ القام الحجر لمن زكّى سابّ ابى بكر وعمر لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ اوله امّا بعد حمد الله الخ ذكر فيها انّه سمع من بعض المبتدئين انّ سابّ الشيخين تقبل شهادته فنهاه عن ذلك فما افاد فكتب نصحًا للمسلمين ١١٥٧ الماع فى الاتباع كحسن بسن فى اللغة للسيوطى ايضا ١١٥٨ الماع فى ضبط الرواية وتقييد السماع للقاضى عياض بن موسى اليحصبى المتوفى سنة ٥٤٤ ١١٥٩ الماع بطرف الانتفاع للشيخ ابى الحسن على بن احمد الحرانى النجيبى وهو مختصر فى علم الحروف ١١٦٠ المام فى احاديث الاحكام للشيخ تقى الدين محمد بن على المعروف بابن دقيق العيد الشافعى المتوفى سنة ٧٠٢ جمع فيه متون الاحاديث المتعلّقة بالاحكام مجرّدة عن الاسانيد ثمّ شرحه وبرع فيه وسمّاه الامام قيل انّه لم يؤلّف فى هذا النوع اعظم منه لما فيه من الاستنباطات

---

1155. **Alcáb el-cabáïl**, nomina tribuum honorifica, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben Hebíb Baghdádi* Grammatico, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuo. — 1156. **Ilcám el-hajr**, lapis projectus ei devorandus, qui calumniatorem *Abu Bekri* et *Omar*i absolvit. *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, in hoc tractatu, qui ita incipit: Praemissis praemittendis. Laudatus sit Deus etc., monet, se a tirone quodam audivisse, testimonium calumniatoris illorum Sheikhorum accipiendum esse. Quod quidem ei interdixit, sed frustra. Scripsit igitur Mohammedanos moniturus. — 1157. **Ilmá' fi el-itbá**, indicium de appositione, ut in vocibus *hasan basan*. Libellus lexicologicus, auctore eodem *Soyuti*. — 1158. **Ilmá'**, indicium de stabilienda traditione et de iis, quae usu praevaluerunt, regula adstringendis, auctore Cadhi *Iyádh Ben Musa Yahsebi*, anno 544 (inc. 11. Mai. 1149) mortuo. — 1159. **Ilmá' bi tarf el-intifá'**, indicatio cum oculo utilitatis comparandae. Compendium de doctrina literarum mystica, auctore Sheikh *Abu'lhasan Ali Ben Ahmed Harráni Nejíbi*. — 1160. **Ilmám fi ahádíth el-ahkám**, studium ad traditiones statutorum legis accedendi. Sheikh *Tacki-ed-din Mohammed Ben Ali* Shafiita, vulgo *Ibn Deckíc El-Abd* cognominatus et anno 702 (inc. 26. Aug. 1302) mortuus, collegit in hoc opere textus traditionum, quae statuta tractant testimoniis auctorum nudata. Deinde librum egregie commentatus est, commentariumque inscripsit *Imám*. Nullum de hac materia librum illo majorem compositum esse dicunt, cum dicta contineat e Corano petita et multa scitu utilia,

والفوائد لكنه لم يكمله وذكر البقاعى فى حاشية الالفيّة انّه اكمله ثمّ لم يوجد بعد موته الّا القليل فيقال انّ بعض الحسدة اعدمه لانّه كتاب جليل القدر لو بقى لاغنى الناس عن تطلّب كثير من الشروح انتهى وممّن شرحه شمس الدين محمد بن ناصر الدين بن محمد الدمشقى المتوفى سنة [٨٤٢] ولخّصه قطب الدين عبد الكريم بن عبد النور [بن منير] الحلبى المتوفى سنة ٧٣٥ وسمّاه الاهتمام بتلخيص كتاب الامام وشمس الدين محمد بن احمد الشهير بابن قدامة المقدسى الحنبلى المتوفى سنة ٧٤٤ لخّصه ايضا وسمّاه المحرّر وعلى هذا الملخّص شرح للقاضى جمال الدين يوسف بن حسن الحموى المتوفى سنة ٨٠٩ ولخّص ايضا الامام علاء الدين على بن بلبان الفارسى المتوفى سنة ٧٣١

١١٦١ المام بآداب دخول الحمام للشيخ الامام محمد بن السيد على بن حمزة الحسينى

١١٦٢ الواح الذهب واسرار الطلب فى اسمآء الله الحسنى

١١٦٣ الالواح العماديّة للشيخ شهاب الدين يحيى بن حبش الحكيم

---

neque tamen illum ad finem perduxit. *Becái* contra in glossis ad *Alfiya*m monet, eum commentarium confecisse, deinde vero post mortem ejus tenuem tantum partem repertam esse, qua de causa suspicionem esse, invidiosum aliquem reliqua subduxisse; esse enim librum magni valoris, qui si conservatus esset, homines studiis multorum commentariorum supersedere potuissent. — Haec ille. — Commentarius alius auctorem habet *Shems-ed-din Mohammed Ben Násir-ed-din Ben Mohammed Dimeshcki*, anno [842 (inc. 24. Jun. 1438)] mortuum. Potiora ejus separatim ediderunt *Cotb-ed-din Abd-el-kerím Ben Abd-el-nur* [*Ben Monír*] *Halebi*, anno 735 (inc. 1. Sept. 1334) mortuus, qui delectum hunc inscripsit *El-Ihtimám bi telkhís Kitáb El-Imám*, et *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Mocaddesi* Hanbalita, vulgo *Ibn Codáma* dictus et anno 744 (inc. 26. Mai. 1343) mortuus. Ad hanc epitomen, *El-Moharrir* inscriptam, commentarium composuit Cadhi *Jemál-ed-din Yusuf Ben Hasan Hamewi*, anno 809 (inc. 18. Jun. 1406) mortuus. Potiora denique libri *Imám* edidit *Alá-ed-din Ali Ben Bolbán Fárisi*, anno 731 (inc. 15. Oct. 1330) mortuus. — 1161. Ilmám bi adáb dokhúl el-hammám, accessus ad regulas in introitu balnei observandas, auctore Sheikh Imam *Mohammed Ben-elseyyid Ali Ben Hamza Hoseini*. — 1162. Alwáh el-dzeheb we asrár el-teleb, laminae aureae et secreta studii de nominibus Dei sanctis. — 1163. El-Alwáh El-Imádíyet, tabulae *Imád-ed-dini*, auctore Sheikh *Sheháb-ed-din Yahya Ben Habash El-Hekím*

السهروردى المتوفى سنة [٥٨٧] وهو مختصر اوله تبارك اسمك اللهم الخ ذكر فيه ان الملك عماد الدين قرا ارسلان بن داود امر بتحريره عجالة فى المبدأ والمعاد على رأى الالهيّين فاجاب واستشهد فيه بالسبع المثانى ورتّب على مقدّمة واربعة الواح ١١٦٤ الالواح فى مستقرّ الارواح لاميّة لمحمد الخالص المعروف بابن عنقآء الحسينى المكى اجاب فيه عن قول محمد بن ابى بكر الرازى وهو شعر

لعمرك ما ادرى وقد آذن البلى بعاجل ترحال الى اين ترحالى
واين محلّ الروح بعد خروجه من الهيكل المنحل والجسد البالى

فاجاب الصفدى بقوله شعر

الى جنة المأوى اذا كنت خيّرا تخلد فيها ناعم الجسم والبالى
وان كنت شرّيرا ولم تلق رحمة من الله فالنيران انت لها صالى

فلم يجبه وقال ما هما الّا جواب الى قوله الى اين ترحالى واين جواب البيت الآخر فاجاب

---

*El-Soharawerdi*, anno [587 (inc. 29. Jan. 1191)] mortuo. Compendium ita incipiens: Celebratum sit nomen tuum, o Deus etc., in quo auctor narrat, regem *Imád-ed-din Cara Arslan Ben Dawud* ipsi mandasse, ut hunc tractatum praecocem de hac et altera vita ad mentem metaphysicorum scriberet. Itaque mandato satisfecit, septem Suratae primae versus ad testimonium vocavit, totumque in introductionem et quatuor tabulas distribuit. — 1164. El-Alwáh fi mustecarr el-arwáh, tabulae de sede animarum [post mortem]. Poëma in *Lám* desinens, in quo *Mohammed El-Khális Hoseini Mekki*, vulgo *Ibn Anca* cognominatus, ad hoc dictum *Mohammed*is *Ben Abi Bekr Rázi* poëticum respondit:

Per vitam tuam, quanquam putredo me de accelerato meo itinere certiorem fecit, nescio ubi iter meum ducat,
Et ubi sit domicilium animae post exitum suum e templo caduco et corpore trito.

Ad hos versus *Safedi* respondit aliis:

In paradiso deversorium tuum est. Si bonus es, ibi perpetuo manebis egregio praeditus corpore et animo.
Si autem malus es neque frueris misericordia divina, tum incalesces ad ignes.

Attamen haec responsio auctori minime placuit statuenti, hos versus responsum ad verba tantum continere „ubi iter meum ducat.“ Ubi autem est responsio ad versum

بالواح فى كلّ لوح روح صنف من اصناف بنى آدم وما قيل فيه وجميع ابياتها ٣١٨ ١١٦٥ الوية النصر فى خصيصى بالقصر رسالة للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١١٦٦ الالهام الصادر عن الانعام الوافر فى الادعية للشيخ شهاب الدين ابى العباس احمد بن على القسطلانى وهى رسالة الّفها سنة ٦٨٠ ١١٦٧ الهام الفتاح بحكمة انزال الارواح وبثها فى الاشباح للشيخ كمال الدين محمد بن ابى الوفآء المعروف بابن الموقع المتوفى سنة ١١٦٨ الهام لما فى الروض من الاوهام يأتى

## ١١٦٩ علم الالهى

وهو علم يبحث فيه عن الموجودات من حيث هى موجودات وموضوعه الوجود من حيث هو وغايته تحصيل الاعتقادات الحقّة والتصوّرات المطابقة لتحصيل السعادة الابديّة والسيادة السرمديّة كذا فى مفتاح السعادة وقال صاحب ارشاد القاصد يعبّر عنه بالالهى لاشتماله على

---

secundum? Respondit igitur ipse his tabulis, quae singulae de anima unius ex hominum generibus agunt et quid de ea dicatur exhibent. Poëma totum constat e trecentis octodecim versibus. — 1165. Alwiyet el-nasr, vexilla victoriae. Tractatus de proprietate literae *Elif macsúra*, auctore Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1166. El-Ilhám El-Sádir, inspiratio e beneficentia abundante prodiens, quae in precationibus spectatur. Tractatus, quem Sheikh *Shehâb-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Ali Casteláni* anno 680 (inc. 22. Apr. 1281) composuit. — 1167. Ilhám el-fattáh, inspiratio arbitri, qui rationem demissionis animarum earumque in corporibus dispersionem aperit, auctore Sheikh *Kemál-ed-din Mohammed Ben Abi'lwefá*, vulgo *Ibn-elmowaccki'* dicto et anno ... mortuo. — 1168. Ilhám, inspiratio de iis erroribus, qui in libro *Raudh* deprehenduntur. Vide infra literam *Rá*. —

## 1169. Ilm el-alahi. Doctrina rerum divinarum.

Haec est ea doctrina, in qua de rebus existentibus quaeritur, quatenus sunt existentes. Objectum ejus est existentia, quatenus est existentia, et finis positus est in acquisitione persuasionum verarum et idearum ad comparandam felicitatem aeternam et dominationem perpetuam convenientium. Haec in libro *Miftáh el-seádet* leguntur. Auctor libri *Irshád el-cásid* dicit: Illa doctrina dicitur aut divina, quoniam doctrinam

علم الربوبيّة وبالعلم الكلّى لعمومه وشموله لكلّيات الموجودات وبعلم ما بعد الطبيعة لتجرّد موضوعه عن المواد ولواحقها قال واجزآؤه الاصليّة خمسة الاول النظر فى الامور العامّة مثل الوجود والماهيّة والوجوب والامكان والقدم والحدوث والوحدة والكثرة الثانى النظر فى مبادى العلوم كلّها وتبيين مقدّماتها ومراتبها والثالث النظر فى اثبات وجود الاله ووجوبه والدلالة على وحدته وصفاته والرابع النظر فى اثبات الجواهر المجرّدة من العقول والنفوس والملائكة والجنّ والشياطين وحقآئقها واحوالها والخامس النظر فى احوال النفوس البشريّة بعد مفارقتها وحال المعاد ولمّا اشتدّت الحاجة اليه اختلف الطرق فمن الطالبين من رام ادراكه بالبحث والنظر وهؤلآء زمرة الحكمآء الباحثين ورئيسهم ارسطوا وهذا الطريق انفع للتعلّم لوفائه بجملة المطالب وقامت عليها براهين يقينيّة وتنبيهات ومنهم من سلك طريق تصفية النفس بالرياضة واكثرهم يصل الى امور ذوقيّة يكشفها العيان وتجلّ ان توصف بلسان ومنهم من ابتدأ امره بالبحث

---

divinitatis comprehendit, aut doctrina universalis, quoniam res existentes universales circumplectitur et continet, aut doctrina eorum, quae post naturam sunt (i. e. metaphysica), quoniam objectum ejus materias et ea, quae huc pertinent, excludit. Pergit deinde: Partes ejus principales sunt quinque, meditatio de rebus communibus, ut de existentia, quidditate, necessitate absoluta, possibilitate, aeternitate, temporalitate, unitate, multitudine — meditatio de principiis doctrinarum omnium, de terminatione praemissarum et gradibus doctrinarum — meditatio de existentia Dei ejusque necessitate absoluta confirmanda et unitate ejusque attributis comprobandis — meditatio de confirmatione substantiarum immaterialium e classe intellectuum, animarum, angelorum, geniorum et daemonum eorumque vera natura et conditionibus — meditatio de vicibus animarum humanarum post separationem a corporibus et ratione reditus in alteram vitam. Quoniam vero necessitas hujus doctrinae admodum urgens est, investigatores ad eam indagandam varias tenuerunt methodos. Fuerunt inter eos, qui disputando et speculando eam animo percipere cuperent. Hi e schola sunt philosophorum dialecticorum, quorum antesignanus Aristoteles est. Haec methodus institutioni maxime convenit, quoniam summae quaestionum satisfacit, et argumenta firmissima et monita in ea nituntur. Alii ingressi sunt viam depurationis animae castigationibus asceticis, eorumque pars major attigit res voluptarias, quas cognitio intuitiva iis detexit, et quae sublimiores sunt, quam ut verbis describi possint. Alii denique rem suam aggressi sunt disputando et speculando et ad denudationem usque et purgationem animae processerunt.

والنظر وانتهى الى التجريد وتصفية النفس فجمع بين الفضيلتين وينسب مثل هذا الحال الى سقراط وافلاطون والسهروردى انتهى وقال الفاضل ابو الخير وهذا العلم هو المقصد الاقصى والمطلب الاعلى لكن من وقف على حقآئقه واستقام فى الاطلاع على دقآئقه فقد فاز فوزًا عظيمًا ومن زلّت فيه قدمه او طغى به قلمه فقد ضلّ ضلالا بعيدًا وخسر خسرانا مبينًا ان الباطل يشاكل الحقّ فى مآخذه والوهم يعارض العقل فى دلآئله جلّ جناب الحق عن ان يكون شريعة لكلّ وارد او يطلع على سرآئر قدسه الّا واحدًا بعد واحد وقلّ ما يوجد انسان يصفو عقله عن كدر الاوهام واعلم ان من النظر رتبة تناظر طريق التصفية ويقرب حدّها من حدّها وهو طريق الذوق ويسمّونه الحكمة الذوقيّة وممّن وصل الى هذه الرتبة فى السلف السهروردى وكتاب حكمة الاشراق له صادر عن هذا المقام برمز اخفى من ان يعلم وفى المتأخّرين الفاضل الكامل مولانا شمس الدين الفنارى فى الروم ومولانا جلال الدين الدوانى فى بلاد العجم ورئيس هؤلآء الشيخ صدر الدين القونوى والعلّامة قطب الدين الشيرازى انتهى ملخّصًا وسياتى

---

**Conjunxerunt igitur duas methodos probabiles, quae antecedunt. Hujus exstaticae disciplinae auctores dicuntur *Socrates*, *Plato* et *Soharawerdi*. — Hucusque auctor libri *Irshád el-cásid*. — Vir bene meritus *Abu'lkheir* monet: Haec doctrina summus finis est et disquisitio praestantissima: propterea is, qui dogmata vera ejus cognoscit et subtilitates ejus recte perspicit, is sane consecutus est felicitatem magnam. Cujus vero pes hic claudicat, aut cujus calamus exorbitat, in errorem inducitur omnino summum et jacturam facit manifestam, quia verum proxime ad falsum accedit in fontibus suis, et hallucinatio in argumentis suis rationi respondet. Majestas numinis divini nimis est excelsa, quam ut cuique accedenti potum praebeat, aut secreta sanctitatis ejus illi manifestentur nisi singulatim; et perraro fit, ut homo inveniatur, cujus mens a nebulis errorum turbidis sit purgata. Id quoque velim teneas, ex speculatione proficisci gradum, qui viae depurationis similis est, illiusque terminum prope hujus terminum accedere. Haec est via dulcedinis spiritualis, eamque appellarunt sapientiam spiritualem. Inter majores, qui hunc gradum adepti sunt, fuit *Soharawerdi*, ejusque liber *Hikmet el-ishrác* ab hac statione vitae spiritualis indicia reportat nimis occulta, quam ut qualia sint cognoscantur. Inter recentiores hunc gradum assecuti sunt Molla noster bene meritus et perfecta doctrina instructus *Shems-ed-din Fenári* in Rumelia et Molla noster *Jelál-ed-din Dewáni* in terra Persarum. Princeps illorum est Sheikh *Sadr-ed-din Cunewi* et horum princeps vir doctissimus *Cotb-ed-din***

تمام التفصيل فى الحكمة عند تحقيق الاقسام ان شآء الله العزيز العلّام ثمّ اعلم ان البحث والنظر فى هذا العلم لا يخلو امّا ان يكون على طريق النظر او على طريق الذوق فالاوّل امّا على قانون فلاسفة المشّائين فالمتكفّل له كتب الحكمة او على قانون المتكلّمين فالمتكفّل حينئذ كتب الكلام لافاضل المتأخّرين والثانى امّا على قانون فلاسفة الاشراقيّين فالمتكفّل له حكمة الاشراق ونحوه او على قانون الصوفيّة واصطلاحهم فكتب التصوّف وقد علم مواضع هذا الفنّ ومطالبه فلا تغفل فانّ هذا التنبيه والتعليم ممّا فات عن اصحاب الموضوعات وفوق كلّ ذى علم عليم

١١٧٠ الهى نامه فارسى منظوم للشيخ محمد بن آدم المعروف بالحكيم سنائى المتوفى سنة وللشيخ فريد الدين محمد بن ابرهيم العطّار الهمدانى المتوفى سنة ٦٢٧

١١٧١ الياسيّة فى الطبّ لمحمد بن محمود الشروانى وهو مختصر الّفه للسلطان الياس ابن محمد بن اورخان ثمّ ترجمه باشارة منه ورتّب على مقدّمة وعشرة ابواب

---

*Shirázi.* Haec summatim allata sunt ex iis, quae *Abu'lkheir* habet; expositionem autem accuratiorem plenius invenies infra sub *Hikmet*, ubi, Deo glorioso et omnisciente volente, partes philosophiae diligentius tractabuntur. Deinde notandum est, disquisitionem et speculationem de hac doctrina non posse non institui sive via speculationis sive via spirituali. Qui priorem viam ingreditur, is regulam sequitur aut philosophorum peripateticorum, ideoque ei tractandi sunt libri philosophici, aut regulam metaphysicorum, et tum scripta metaphysica, quae viri meriti inter recentiores ediderunt, persequi debet. Qui vero secundam viam tenet, is disciplinam vel mysticorum rationalium amplectitur, ideoque libro *Hikmet el-ishrác* aliisque incumbere debet, vel mysticorum suficorum regulam eorumque terminologiam, eique libri depurationis suficae tractandi sunt. Jam tibi locos hujus doctrinae ejusque quaestiones proposuimus, neve sis negligens; haec admonitio enim et institutio omissa est ab iis, qui de objectis doctrinarum scripserunt, „et super omnem praeditum scientia est sciens."

1170. Alahi Nameh, liber metaphysicus. Poëma persicum, auctoribus Sheikh *Mohammed Ben Adam Senái*, vulgo *El-Hekím* (philosophus) dicto et anno . . . mortuo, et Sheikh *Ferid-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Attár Hemdáni*, anno 627 (inc. 20. Nov. 1229) mortuo. — 1171. Ilyásíyet, compendium medicum, quod *Mohammed Ben Mahmud Shirwáni* Sultano *Ilyás Ben Mohammed Ben Urkhan* composuit. Postea illud hujus jussu vertit et in introductionem et decem capita disposuit,

وذلك بعبارات سقيمة والفاظ ركيكة ١١٧٢ آماء الشواعر لابى الفرج على بن حسين الاصفهانى المتوفى سنة [٣٥٦]

### ١١٧٣ علم امارات النبوّة

من الارهاصات والمعجزات القوليّة والفعليّة وكيفيّة دلالة هذه على النبوّة والفرق بينهما وبين السحر وموضوعه وغايته ظاهر وفيه كتب كثيرة لكنه لا انفع من كتاب اعلام النبوّة للماوردى هذا حاصل ما فى مفتاح السعادة وقد جعله من فروع العلم الالهى لكن كونه علمًا مستقلًّا محلّ بحث ونظر ولا عبرة فيه بالافراد بالتدوين وهو فى الحقيقة قسم من اقسام علم الكلام

### ١١٧٤ الامالى

هو جمع الاملآء وهو ان يقعد عالم وحوله تلامذته بالمحابر والقراطيس فيتكلّم العالم بما فتح الله سبحانه وتعالى عليه من العلم ويكتبه التلامذة فيصير كتابًا ويسمّونه الاملآء والامالى

---

usus vero est oratione corrupta et verbis exilibus. — **1172. Amá el-shewáïr**, servae poëtriarum, auctore *Abu'lfaraj Ali Ben Hosein Isfaháni*, anno [356 (inc. 17. Dec. 966)] mortuo. —

**1173. Ilm amarát el-nobowwet.** Doctrina signorum prophetiae,

qualia sunt signa extraordinaria prophetam praecedentia et miracula in verbis factisque. Ratio qua illa signa prophetiam probant, discrimen inter illa miracula et magiam, objectum hujus doctrinae ejusque finis in aprico sunt, atque de ea multi libri exstant, nec tamen ullus utilior est opere *Alám el-nobowwet*, quod *Mawerdi* scripsit. Haec summa est eorum, quae in *Miftáh el-seádet* leguntur, cujus auctor eam in partibus doctrinae rerum divinarum specialibus numerat; attamen cum sit doctrina absoluta, disputandi et speculandi locus est datus, neque hoc respiciendum est, de illa in opere singulari non esse actum, quoniam re vera ad partes pertinet metaphysicae.

**1174. El-Amáli.** Dictata.

*Amáli* pluralis est formae *Imlá*. Significat autem hoc. Doctor sedet discipulis circumdatus atramentario et charta instructis. Doctor dicit, quod Deus gloriosus et excelsus de doctrina aliqua ei patefacit, et discipuli hoc literis mandant. Libri ex his dictatis enati dicuntur *Imlá* et *Amáli*. Hanc consuetudinem inter majores in doctrinis suis observarunt jurisperiti, traditionarii, grammatici et alii in qualicunque doctrinarum

وكذلك كان السلف من الفقهآء والمحدّثين واهل العربيّة وغيرها فى علومهم فاندرست لذهاب العلم والعلمآء والى الله المصير وعلمآء الشافعيّة يسمّون مثله التعليق

١١٧٥ الامالى الخمسمأئة للامام ابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المروزى الشافعى المتوفى سنة ٥٦٢ ١١٧٦ امالى ابن حاجب هو ابو عمرو عثمان بن عمر النحوى المالكى المتوفى سنة ٦٤٦ مجلّد فيه تفسير بعض الآيات وفوآئد شتى من النحو على مواضع من المفصل ومواضع من الكافية فى غاية التحقيق ١١٧٧ امالى ابن حجر احمد بن على العسقلانى الحافظ المتوفى سنة ٨٥٢ اكثرها حديث املأ بمدينة حلب ١١٧٨ امالى ابن الحصين هبة الله بن محمد بن عبد الواحد ١١٧٩ امالى ابن دريد محمد بن الحسن اللغوى [المتوفى سنة ٣٢١] وهى فى العربيّة لخّصها جلال الدين عبد الرحمن السيوطى وسمّاه قطف الوريد ١١٨٠ امالى ابن الشجرى هو ابو السعادات هبة الله بن على المتوفى سنة ٥٤٢ وهى فى خمسة فنون من الآداب ثمان مجلّدات فرغ من املآء المجلس التاسع عشر فى سابع عشر

---

earum, quas tractabant; obsoleta tamen illa est hodie propter eruditionis et virorum eruditorum ruinam. Ad Deum omnia aliquando redibunt. Docti viri sectae Shafiiticae ejusmodi dictata *Ta'lík* appellarunt.

1175. El-Amáli El-Khamsemiat, dictata quingenta, auctore Imam *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni Merwezi* Shafiita, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 1176. Amáli Ibn Hájib, dictata, auctore Malikita *Abu Amru Othman Ben Omar* Grammatico, vulgo *Ibn Hájib* dicto et anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. Volumen, in quo nonnulli versus coranici explicantur et annotationes variae grammaticae ad locos operis *Mofassil* et grammaticae *Kafíya* ratione quam maxime subtili afferuntur. — 1177. Amáli Ibn Hajr, dictata, auctore Háfitz *Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Continent maximam partem traditiones, quas auctor Halebi dictavit. — 1178. Amáli Ibn-elhasín, dictata, auctore *Ibn-elhasín Hibat-allah Ben Mohammed Ben Abd-el-wáhid.* — 1179. Amáli Ibn Doreid, dictata, auctore *Mohammed Ben-elhasan* Lexicologo [anno 321 (inc. 1. Jan. 933) mortuo]. Tractant quaestiones grammaticas, eorumque partem potiorem *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Soyuti* in libello singulari *Catf el-woreid* inscripto edidit. — 1180. Amáli Ibn-elshajeri, dictata, auctore *Abu'lseádát Hibat-allah Ben Ali Ibn-elshajeri*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. Octo volumina de quinque speciebus literarum elegantiorum. Dictationem consessus undevicesimi die decimo septimo

من رجب سنة ٥٢٤ قال ابن خلكان املاه فى اربعة وثمانين مجلسا وختم بمجلس قصره على ابيات من شعر المتنبى تكلم عليها ما قاله الشراح وزاد من عنده وهو من الكتب الممتعة يشتمل على فوائد جمة من الادب ولما فرغ من املائه حضر اليه ابو محمد ابن الخشاب والتمس منه سماعه عليه فلم يجبه فرده عليه فى مواضع فوقف ابو السعادات على رده فرد عليه وبين وجوه غلطه فى كتاب سماه الانتصار وهو على صغر حجمه كثير الفائدة انتهى ١١٨١ امالى ابن شمعون هو ابو الحسين محمد ابن احمد املاً فى الحديث ورتب على اجزاء ١١٨٢ امالى ابن عساكر فى الحديث هو ابو القاسم على [بن الحسن بن هبة الله] الدمشقى [المتوفى سنة ٥٧١] ١١٨٣ امالى ابى بكر يوسف بن القاسم بن يوسف بن فارس القاضى فيه ايضا ١١٨٤ امالى ابى بكر محمد بن القاسم بن بشار الانبارى ١١٨٥ امالى ابى جعفر محمد بن [القاسم] البخترى فى الحديث ١١٨٦ امالى ابى طاهر محمد بن محمد بن محمش الزيادى فى الحديث

---

absolvit mensis *Rejeb* anni 524 (inc. 15. Dec. 1129). *Ibn-Khallekán* narrat haec. Dictata illa lectionibus octoginta quatuor absolvit et conclusit lectione, in qua nonnullos tantum *Motenebbii* versus explicuit, referens ea, quae interpretes de illis dixerant et nonnulla de suo adspergens. Hic liber in utilioribus numerandus est et continet multa de doctrinis elegantioribus scitu utilia. Quem cum auctor dictando absolvisset, *Abu Mohammed Ibn-elkhashsháb* eum adiit petens, ut sibi illum recitaret. Quod ille recusavit. Hinc *Ibn-elkhashsháb* eum in pluribus locis refutavit. Quam refutationem cum *Abu'lseádát* legisset, quae ei objecta erant repulit et ubi ille erraverit, in singulari libro exposuit, *Intisár* inscripto, qui pro parvo suo ambitu multa continet scitu utilissima. Haec ille. — 1181. Amáli Ibn Shem'ún, dictata traditiones tractantia et in fasciculos (*Azjá'*) digesta, auctore *Abu'lhosein Mohammed Ibn Ahmed*, vulgo *Ibn Shem'un* dicto. — 1182. Amáli Ibn Asákir, dictata de traditionibus, auctore *Abu'lcásim Ali* [*Ben-elhasan Ben Hibat-allah*] *Dimeshcki*, vulgo *Ibn Asákir* dicto [et anno 571 (inc. 22. Jul. 1171) mortuo]. — 1183. Amáli, dictata eandem rem tractantia, auctore El-Cadhi *Abu Bekr Yusuf Ben-elcásim Ben Yusuf Ben Fáris.* — 1184. Amáli, dictata, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben-elcásim Ben Beshshár Anbári.* — 1185. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben-*[*elcásim*] *Bokhteri.* — 1186. Amáli, dictata de eadem re, auctore *Abu Táhir Mohammed Ben Mohammed Ben Mokhammish Ziyádi.* — 1187. Amáli, dictata,

١١٨٧ امالى ابى بكر الحلوانى ١١٨٨ امالى ابى بكر ريغدمونى ١١٨٩ امالى ابى بكر النسفى ١١٩٠ امالى ابى بكر الخيزاخزى ١١٩١ امالى ابى طاهر الملخّص فى الحديث ١١٩٢ امالى ابى عبد الله حسين بن هارون بن جعفر الضبىء المتوفى سنة فى الحديث ١١٩٣ امالى ابى عبد الله سليمان بن عبد الله الحلوانى المتوفى سنة ٤٩٤ ١١٩٤ امالى ابى عثمان اسمعيل بن محمد بن احمد الاصفهانى الحافظ فى الحديث ١١٩٥ امالى ابى عروبة الحرّانى ١١٩٦ امالى ابى العلآء احمد ابن عبد الله المعرّى المتوفى سنة ٤٤٩ وهو مأئة كراسة ولم يكمله ١١٩٧ امالى ابى على وحشى ١١٩٨ امالى ابى الفرج السرخسى الشافعى وهى فى الفقه ١١٩٩ امالى ابى الفضل محمد بن ناصر السلامى المتوفى سنة وهى فى الحديث ١٢٠٠ امالى ابى القاسم الكلاباذى ١٢٠١ امالى ابى القاسم بن بشران وهى فى الحديث ١٢٠٢ امالى ابى القاسم عبيد الله بن محمد بن اسحق ابن حبابة البزار فى الحديث ١٢٠٣ امالى الاصفهانى للمحاملى ١٢٠٤ امالى الامام ابى يوسف يعقوب بن ابرهيم الانصارى الحنفى المتوفى سنة ١٨٣

---

auctore *Abu Bekr Holwáni.* — 1188. Amáli, dictata, auctore *Abu Bekr Righedmúni.* — 1189. Amáli, dictata, auctore *Abu Bekr Nesefi.* — 1190. Amáli, dictata, auctore *Abu Bekr Kheizákhizi.* — 1191. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore *Abu Táhir Molakhkhis.* — 1192. Amáli, dictata de eadem re, auctore *Abu Abdallah Hosein Ben Harun Ben Jafar Dhebi*, anno . . . mortuo. — 1193. Amáli, dictata, auctore *Abu Abdallah Soleiman Ben Abdallah Holwáni*, anno 494 (inc. 6. Nov. 1100) mortuo. — 1194. Amáli, dictata, de re traditionaria, auctore Háfitz *Abu Othman Ismaïl Ben Mohammed Ben Ahmed Isfaháni.* — 1195. Amáli, dictata, auctore *Abu Arúba Harráni.* — 1196. Amáli, dictata, quae, quanquam imperfecta sunt, centum *Keráris* implent, auctore *Abu'lalá Ahmed Ben Abdallah Maarri*, anno 449 (inc. 10. Mart. 1057) mortuo. — 1197. Amáli, dictata, auctore *Abu Ali Wahshi.* — 1198. Amáli, dictata de rebus juridicis, auctore *Abu'lfaraj Serakhsi* Shafiita. — 1199. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore *Abu'lfadhl Mohammed Ben Násir Selámi*, anno . . . mortuo. — 1200. Amáli, dictata, auctore *Abu'lcásim Kelabádzi.* — 1201. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore *Abu'lcásim Ben Beshrán.* — 1202. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore *Abu'lcásim Obeidallah Ben Mohammed Ben Is'hac Ibn Hebúba El-Bezzár.* — 1203. Amáli, dictata *Isfahánii*, quae *Mehámili* edidit. — 1204. Amáli, dictata juridica, plus, ut dicunt, trecentos fasciculos complectentia, auctore Imam *Abu Yusuf Yacub Ben Ibrahim Ansári*

وهى فى الفقه يقال اكثر من ثلثمائة مجلد ١٢٠٥ امالى بديع همدانى ١٢٠٦ امالى ثعلب من
النحو هو احمد بن يحيى النحوى ١٢٠٧ امالى جار الله العلّامة من كلّ فنّ هو ابو القاسم
محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ ١٢٠٨ امالى الجوهرى فى الحديث هو ابو محمد
الحسن بن على الحافظ المتوفى سنة ١٢٠٩ امالى الحافظ حسن بن ابرهيم القنطرى ١٢١٠ امالى
الحسن بن زياد فى الفروع ١٢١١ امالى خمسمائة للامام الحافظ ابى سعد عبد الكريم بن
محمد السمعانى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٢١٢ امالى الزجاج فى النحو هو ابو اسحق ابرهيم بن
محمد النحوى المتوفى سنة ٣١٢ وهى ثلثة الكبرى والوسطى والصغرى ١٢١٣ امالى زرنجرى
١٢١٤ امالى الزعفرانى فى الحديث هو الامام ابو عبد الله حسن بن احمد قال الذهبى
رأيت مجلّدًا من اماليه من سنة ٦٠٧ وسنة ٥٨٩ ١٢١٥ امالى السرخكى ١٢١٦ امالى الشارحة
على مفردات الفاتحة للامام ابى القاسم عبد الكريم بن محمد الرافعى الشافعى المتوفى سنة ٦٢٣ وهو

---

**Hanefita, anno 183 (inc. 12. Febr. 799) mortuo. — 1205. Amáli, dictata, auctore *Bedí' Hemdáni.* — 1206. Amáli, dictata grammatica, auctore *Ahmed Ben Yahya* Grammatico, vulgo *Thaleb* dicto. — 1207. Amáli, dictata ex omnibus scientiae generibus, auctore viro doctissimo *Járallah Abu'lcásim Mahmud Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuo. — 1208. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore Háfitz *Abu Mohammed Hasan Ben Ali Jauheri*, anno . . . mortuo. — 1209. Amáli, dictata, auctore Háfitz *Hasan Ben Ibrahim Canteri.* — 1210. Amáli, dictata de partibus juris specialibus, auctore *Hasan Ben Ziyád.* — 1211. Amáli khamsemiat, dictata quingenta, auctore Imam Háfitz *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 1212. Amáli, dictata de grammatica triplicia, majora, media et minora, auctore *Abu Is'hac Ibrahim Ben Mohammed* Grammatico, vulgo *Zejjáj* dicto et anno 312 (inc. 9. Apr. 924) mortuo. — 1213. Amáli, dictata, auctore *Zerenjeri.* — 1214. Amáli, dictata de re traditionaria, auctore Imam *Abu Abdallah Hasan Ben Ahmed*, vulgo *Zaferáni* dicto. Dicit *Dzehebi:* Vidi volumen dictatorum ejus de annis 607 (inc. 25. Jun. 1210) et 589 (inc. 7. Dec. 1193). — 1215. Amáli, dictata, auctore *Surkhki.* — 1216. El-Amáli El-Shárihet, dictata, quae voces singulas Suratae primae explicant. Triginta consessus, auctore Imam *Abu'lcásim Abd-el-kerím Ben Mohammed Ráfii* Shafiita, anno 623 (inc. 2. Jan. 1226) mortuo. Dictata, quae dedit, erant**

ثلثون مجلسا املاها احاديث باسانيدها عن اشياخه على سورة الفاتحة وتكلّم عليها ١٢١٧ امالى الامام الشافعى فى الفقه ١٢١٨ امالى الامام شمس الائمّة السرخسى الحنفى ١٢١٩ امالى الامام عبد الحميد ١٢٢٠ امالى صدر الاسلام البزدوى فى الفروع ١٢٢١ امالى الصفوة من اشعار العرب لابى القاسم فضل بن محمد البصرى [النحوى] المتوفى سنة ٤٤٤ ١٢٢٢ امالى ظهير الدين الولوالجى الحنفى وهو فى الفقه ١٢٢٣ امالى العراقية فى شرح الفصول الايلاقيّة يأتى فى الفاء ١٢٢٤ امالى العشيات للامام الحافظ ابى عبد الله محمد بن عبد الله المعروف بالحاكم النيسابورى المتوفى سنة [٤٠٥] ١٢٢٥ امالى الامام فخر الدين قاضيخان فى الفقه هو حسن بن منصور الاوزجندى المتوفى سنة ٥٩٢ ١٢٢٦ امالى فريدى ١٢٢٧ امالى قاضى صدر البزدوى ١٢٢٨ امالى قاضى فخر الارسانيدى ١٢٢٩ امالى قاضى عبد الجبار ١٢٣٠ امالى القاضى المارستانى فى الحديث هو ابو بكر محمد بن عبد الباقى ١٢٣١ امالى القالى فى اللغة هو الشيخ ابو على اسمعيل بن القاسم اللغوى المتوفى سنة ٣٥٦

---

traditiones de Surata *Fátiha*, auctoritate praeceptorum suorum interposita, deque illis sermonem instituit. — 1217. **Amáli**, dictata juridica Imámi *Sháfii*. — 1218. **Amáli**, dictata Imami *Shems-el-aïmmet Serakhsi* Hanefitae. — 1219. **Amáli**, dictata Imami *Abd-el-hamíd*. — 1220. **Amáli**, dictata de partibus juris specialibus, auctore *Sadr-el-islám Pezdewi*. — 1221. **Amáli el-sefwet**, dictata de selectis e carminibus Arabum, auctore *Abu'lcásim Fadhl Ben Mohammed Basri* [Grammatico], anno 444 (inc. 3. Mai. 1052) mortuo. — 1222. **Amáli**, dictata juridica, auctore *Tzehír-ed-dín Welwáleji* Hanefita. — 1223. **El-Amáli El-Irackíyet**, dictata Iracana. Commentarius operis *El-Fosúl El-Ilácktyet*, de quo litera *Fá* videatur. — 1224. **Amáli el-ashayát**, dictata vespertina, auctore Imam Háfitz *Abu Abdallah Mohammed Ben Abdallah*, vulgo *El-Hákim El-Nisabúri* dicto et anno [405 (inc. 2. Jul. 1014)] mortuo. — 1225. **Amáli**, dictata juridica, auctore *Fakhr-ed-dín Hasan Ben Mansur Uzjendi*, vulgo *Cadhikhán* dicto et anno 592 (inc. 6. Dec. 1195) mortuo. — 1226. **Amáli**, dictata, auctore *Ferídi*. — 1227. **Amáli**, dictata, auctore *Sadr-ed-dín Pezdewi*. — 1228. **Amáli**, dictata, auctore Cadhi *Fakhr-ed-dín Arsánidi*. — 1229. **Amáli**, dictata, auctore Cadhi *Abd-el-jebbár*. — 1230. **Amáli**, dictata de re traditionaria, auctore Cadhi *Abu Bekr Mohammed Ben Abd-el-bácki*, vulgo *Máristáni* dicto. — 1231. **Amáli El-Cáli**, dictata lexicologica, quae Sheikh *Abu Ali Ismaïl Ben-el-cásim* Lexicologus, vulgo *Cáli* dictus et anno 356 (inc.

الّفه بقرطبة بعد سنة ٣٣٠. ١٢٣٢ امالى القضاعى فى لحديث هو ابو عبد الله محمد بن سلامة الشافعى المتوفى سنة ٤٥٤ ١٢٣٣ امالى المرضية فى شرح العلويّة يأتى فى العين ١٢٣٤ امالى المنذرى فى الحديث ١٢٣٥ امالى المطلقة للجلال السيوطى وله الامالى على القرآن والامالى على الدرة الفاخرة ١٢٣٦ امالى مظهر السنة ١٢٣٧ امالى ميمونى ١٢٣٨ امالى نظام الملك فى الحديث هو ابو على الحسين بن على بن اسحق ١٢٣٩ امالى النقاش فى الحديث هو ابو سعيد ١٢٤٠ امالى ولى الدين ابى زرعة احمد بن عبد الرحيم العراقى الحافظ المتوفى سنة [٨٢٦] وهو فى الحديث ١٢٤١ امام فى ادلّة الاحكام للشيخ عز الدين عبد العزيز بن عبد السلام الشافعى المتوفى سنة [٦٦٠] ١٢٤٢ امام فى تأخر من بارض الحبشة من ملوك الاسلام للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المتوفى سنة ٨٤٥ ١٢٤٣ امام فى شرح الالمام سبق ذكره ١٢٤٤ امان الخائفين ١٢٤٥ الامان من اخطار الاسفار والازمان لابى

---

17. Dec. 966) mortuus, Cortubae post annum 330 (inc. 26. Sept. 941) composuit. — 1232. **Amáli El-Kodhái**, dictata de re traditionaria, auctore ***Abu Abdallah Mohammed Ben Selámet*** Shafiita, vulgo ***Codháï*** dicto et anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuo. — 1233. **El-Amáli El-Mardhíyet**, dictata grate habita. Commentarius ad opus ***Alewíyet***, de quo litera ***Aïn*** videatur. — 1234. **Amáli**, dictata de re traditionaria, auctore ***Mondziri***. — 1235. **El-Amáli El-Motlicat**, dictata generalia, auctore ***Jelál-ed-din Soyúti***. Idem edidit dictata ad Coranum et dictata ad opus ***El-Dorret El-Fákhiret***. — 1236. **Amáli**, dictata, auctore ***Motzhir-el-sunnet***. — 1237. **Amáli**, dictata ***Meimuníi***. — 1238. **Amáli Nitzám-el-mulk**, dictata de re traditionaria, auctore ***Abu Ali Hosein Ben Ali Ben Is'hac***, vulgo ***Nitzám-el-mulk*** dicto. — 1239. **Amáli El-Neccásh**, dictata de re traditionaria, auctore ***Abu Saïd***, vulgo ***Neccásh*** dicto. — 1240. **Amáli**, dictata de re traditionaria, auctore Háfitz ***Weli-ed-din Abu Zor'a Ahmed Ben Abd-el-rehím Irácki***, anno [826 (inc. 15. Dec. 1422)] mortuo. — 1241. **Imám fi adillet el-ahkám**, antesignanus de argumentis judiciorum, auctore Sheikh ***Izz-ed-din Abd-el-azíz Ben Abd-el-selám*** Shafiita, anno [660 (inc. 26. Nov. 1261)] mortuo. — 1242. **Imám**, dux regum islamiticorum, qui in terra Abyssiniae seriori tempore regnarunt, auctore Sheikh ***Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi***, anno 845 (inc. 22. Mai. 1441) mortuo. — 1243. **Imám fi sharh el-ilmám**, commentarius operis ***Ilmám, Imám*** inscriptus, de quo jam antea mentio facta est. — 1244. **Amán el-kháïfin**, securitas timentium. — 1245. **El-Amán min akhtár el-asfár we el-azmán**, securitas

القاسم على بن موسى بن جعفر الطاوسى العلوى وهو على اثنى عشر بابًا فى الادعية والخواصّ اوله الحمد لله الذى استحارت به الارواح الخ وهو من كتب الشيعة ١٢٤٦ الامانة فى اصول الديانة للامام ابى الحسن على بن حسين المسعودى المؤرّخ المتوفى سنة ٣٤٦ ١٢٤٧ امتاع الاسماع والابصار لابى العباس احمد بن محمد الخطيب القسطلانى الشافعى المتوفى سنة ٩٢٣ ١٢٤٨ امتاع الاسماع فيما للنبى صلعم من الحفدة والمتاع للشيخ تقى الدين احمد بن على المقريزى المؤرّخ المتوفى سنة ٨٤٥ وهو كتاب نفيس فى ست مجلّدات حدّث به فى مكة ١٢٤٩ الامتاع والموانسة للشيخ ابى حيان على بن محمد التوحيدى المتوفى سنة ٣٨٠ ١٢٥٠ الامتاع بالاربعين المتباينة بشرط السماع للحافظ ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ١٢٥١ الامتاع فى احكام السماع لكمال الدين ابى الفضل جعفر بن ثعلب الادفوى الشافعى المتوفى سنة ٧٤٩ وهو كتاب نفيس لم يصنّف مثله كما شهد

---

a periculis librorum et temporum, auctore *Abu'lcásim Ali Ben Musa Ben Jafar Tawúsi Alewi.* Continet hoc opus shiiticum, quod ita incipit: Laus Deo cujus magnitudine animae obstupefiunt etc., duodecim capita de precationibus et peculiaribus meditationum piarum virtutibus. — 1246. Amánet fi osúl el-diyánet, securitas de religionis principiis, auctore Imam *Abu'lhasan Ali Ben Hosein Mes'údi* Historiographo, anno 346 (inc. 4. Apr. 957) mortuo. — 1247. Imtá' el-asmá' we el-absár, deliciae aurium et oculorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Khatíb Castelání* Shafiita, anno 923 (inc. 24. Jan. 1517) mortuo. — 1248. Imtá' el-asmá', deliciae aurium de affinitate et supellectile prophetae, cui Deus propitius sit, auctore Sheikh *Tacki-ed-din Ahmed Ben Ali Macrízi* Historiographo, anno 845 (inc. 22. Mai. 1442) mortuo. Liber pretiosus sex volumina continens, de quo sermones Meccae habuit. — 1249. El-Imtá' we El-Mowániset, deliciae et confabulationes, auctore Sheikh *Abu Heyyán Ali Ben Mohammed Tauhídi*, anno 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuo. — 1250. El-Imtá' bi'larba'ín el-motebáïnet, deliciae e quadraginta traditionibus distinctis captae ea conditione, ut auditionem musices permittant, auctore Háfitz *Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 1251. El-Imtá' fi ahkám el-simá', deliciae de statutis musices, auctore *Kemál-ed-din Abu'lfadhl Jafar Ben Tha'leb Edfewi* Shafiita, anno 749 (inc. 1. Apr. 1348) mortuo. Opus pretiosum, cui, testante

له التاج السبكى فى التوشيح وقد لخّصه الشيخ ابو حامد المقدسى واقتصر على المقصود منه ورتّبه كاصله على مقدّمة وبابين وسمّاه تشنيف الاسماع اوله الحمد لله الذى تنزّه فى كماله الخ ١٢٥٢ امتحان الاذكياء فى شرح مختصر الكافية يأتى ١٢٥٣ امتزاج الارواح للحكيم محمد التميمى ١٢٥٤ امتصاص السهاد فى اقتراض الجهاد مجلّد لمجد الدين ابى طاهر محمد بن يعقوب الفيروزابادى الشيرازى المتوفى سنة ٨١٧ ١٢٥٥ الامثال السآئرة لابى عبيد عبد القاسم بن سلام اللغوى المتوفى سنة ٢٢٤ وشرحها ابو عبيدة عبد الله بن عبد العزيز بن مصعب البكرى الاندلسى المتوفى سنة ٤٨٧ وسمّاه فصل المقال اوله الحمد لله ولى الحمد واهله الخ ذكر انّه بيّن ما اشكل وذكر ما اهمله وشرح ايضا ابو المظفر محمد بن آدم الهروى [المقدسى] المتوفى سنة ٤١٤ وممّن جمع الامثال ايضا ابو اسحق ابرهيم بن سفيان الزيادى وابو بكر محمد بن قاسم الانبارى النحوى المتوفى سنة ٣٢٨ وابو عبيدة معمر بن

---

*Táj-ed-din Sobki* in libro *Taushíh,* simile non compositum est. Potiora ejus Sheikh *Abu Hámid Mocaddesi* separatim edidit, se intra fines rerum capitalium continens, et ad exemplum archetypi epitomen in praefationem et duo capita disposuit. Inscripta est *Teshníf el-asmá'* et incipit ita: Laus Deo qui in perfectione sua integer est etc. — 1252. Imtihán el-adzkiyá, exploratio ingeniosorum. Commentarius ad epitomen grammaticae *Kafiya*, de qua infra. — 1253. Imtizáj el-arwáh, consortium animarum, auctore *Hekím Mohammed Temími.* — 1254. Imtidhádh el-sohád, afflictio insomniae. Volumen de obligatione sacri belli, auctore *Majd-ed-din Abu Táhir Mohammed Ben Yacub Firuzabádi Shirázi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 1255. El-Amthál El-Sáïret, proverbia vagantia, auctore *Abu Obeid Abd-el-cásim Ben Selám* Lexicologo, anno 224 (inc. 23. Nov. 834) mortuo. Commentatus illa est *Abu Obeida Abdallah Ben Abd-el-azíz Ben Mos'ab Bekri Andalusi*, qui anno 487 (inc. 21. Jan. 1094) obiit, commentariumque ita incipientem: Laus Deo laudem merenti eaque digno etc., *Fasl el-mecál* inscripsit. Monet, se intellectu difficilia explicuisse et commemorasse, quae auctor omiserit. Ea commentatus etiam est *Abu'lmotzaffer Mohammed Ben Adam Herewi* [*Mocaddesi*], anno 414 (inc. 26. Mart. 1023) mortuus. Qui praeterea proverbia collegerunt, fuerunt *Abu Is'hac Ibrahim Ben Sofyán Ziyádi* — *Abu Bekr Mohammed Ben Cásim Anbári* Grammaticus, anno 328 (inc. 18. Oct. 939) mortuus — *Abu Obeida Mámar Ben*

مثنى اللغوى المتوفى سنة ٢١٠ وشرح ابيات كتاب معمر لعبد الله بن احمد الشامانى المتوفى سنة ٤٧٥ ومنهم حسين بن محمد المعروف بالخالع المتوفى سنة ٣٨٠ وابو هلال حسن بن عبد الله العسكرى [الاديب] المتوفى سنة ٣٨٢ ويونس النحوى المتوفى سنة [١٨٢] وابو العباس احمد بن يحيى المعروف بالثعلب المتوفى سنة ومحمد بن زياد بن الاعرابى المتوفى سنة ٢٣١ وابو محمد جعفر بن محمد بن حبيب البغدادى المتوفى سنة ٢٤٥ جمع فيه ما جآء على افعل وامّا المستقصى ومجمع الامثال فسيأتيان فى الميم

١٢٥٦ علم الامثال

يعنى ضروبها وسيأتى فى الضاد

١٢٥٧ امثال الصوفية للشيخ الامام محمد بن محمد ابن سليمان ١٢٥٨ امثال القرآن للشيخ ابى عبد الرحمن محمد بن حسين السلمى النيسابورى المتوفى سنة ٤١٢ وللامام ابى الحسن على [بن محمد حبيب] الماوردى الشافعى المتوفى سنة [٤٥٠] وللشيخ

---

*Mothanna* Lexicologus, anno 210 (inc. 24. Apr. 825) mortuus, versusque, quos hic libro suo inseruit, commentatus est *Abdallah Ben Ahmed Shamáni*, anno 475 (inc. 1. Jun. 1082) mortuus — *Hosein Ben Mohammed*, vulgo *Khálí'* dictus et anno 380 (inc. 31. Mart. 990) mortuus — *Abu Hilál Hasan Ben Abdallah Askeri* [Philologus], anno 382 (inc. 9. Mart. 992) mortuus — *Yunos* Grammaticus, anno [182 (inc. 22. Febr. 798)] mortuus — *Abu'labbás Ahmed Ben Yahya*, vulgo *Tha'leb* dictus et anno . . . mortuus — *Mohammed Ben Ziyád Ben-elarábi*, anno 231 (inc. 7. Sept. 845) mortuus — *Abu Mohammed Jafar Ben Mohammed Ben Hebíb Baghdádi*, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuus, qui in libro suo proverbia a forma comparativi *af'al* incipientia collegit. Opera *Mostacsi* et *Mojmi' el-amthál* infra in litera *Mím* commemorabuntur.

1256. Ilm el-amthál. Doctrina proverbiorum

i. e. formationis eorum, de qua litera *Dhád* videatur. —

1257. Amthál El Sufíyet, proverbia Suforum, auctore Sheikh Imam *Mohammed Ben Mohammed Ibn Soleimán*. — 1258. Amthál El-Cor'an, proverbia in Corano obvia. Collegerunt ea Sheikh *Abu Abd-el-rahman Mohammed Ben Hosein Solemi Nisabúri*, anno 416 (inc. 4. Mart. 1025) defunctus — Imam *Abu'lhasan Ali* [*Ben Mohammed Hebíb*] *Mawerdi* Shafiita, anno [450 (inc. 28. Febr. 1058)] defunctus —

شمس الدين محمد بن ابى بكر ابن قيم الجوزية المتوفى سنة ٧٥١ اوله الحمد لله نحمده ونستعينه الخ ١٢٥٩ الامثال الصادرة عن بيوت الشعر لابى عبد الله حمزة بن حسين الاصفهانى وهو مرتب على الحروف اوله الحمد لله حق حمده الخ ١٢٦٠ الامثلة الشرطية فى تحرير الوثائق الشرعية لكاكلة بن محمود بن محمد وهى ستة وخمسون مثالا اوله الحمد لله الذى انزل القران كلاما الخ ١٢٦١ الامثلة للدول المقبلة فى الحساب والنجوم لعز الملك محمد بن عبد الله المسيحى الحرانى المتوفى سنة ٣٩٥ ١٢٦٢ امثلة غريب اللغة لعلى بن حسن [الهنائى] المعروف بكراع النمل المتوفى سنة ٣٠٧ [كتب كتابه المنضد سنة ٣٠٧ ذكره السيوطى] ١٢٦٣ الامداد فيما يتعلق بالجهاد وهو اربعون حديثا ١٢٦٤ امد الاقصى للقاضى الامام ابى زيد عبد الله بن عمر الدبوسى الحنفى المتوفى سنة ٤٣٠ وهو مشتمل على حكم ونصائح فى احد عشر كتابا ١٢٦٥ الامد على الابد لمحمد بن يوسف العامرى ١٢٦٦ الامر

---

et Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Cayyim-eljauzíyet*, anno 751 (inc. 11. Mart. 1350) defunctus, cujus liber incipit ita: Laus Deo quem laudamus et cujus auxilium imploramus etc. — 1259. El-Amthál El-Sádiret an boyút el-shi'r, proverbia quae e versibus carminum prodierunt, auctore *Abu Abdallah Hamza Ben Hosein Isfahúni.* Liber ad ordinem alphabeti digestus, qui incipit ita: Laus Deo talis quali dignus est etc. — 1260. El-Emthilet El-Shartíyet, formulae ad conventiones pangendas. Quinquaginta sex exempla de descriptione accurata contractuum legalium, quae ita incipiunt: Laus Deo, qui in Corano doctrinam revelavit etc., auctore *Kákela Ben Mahmud Ben Mohammed* — 1261. El-Emthilet li'ldewel el-mocbilet, exempla dynastiis futuris proposita, de arithmetica et astrologia, auctore *Izz-el-mulk Mohammed Ben Abdallah Mesíhi Harráni*, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo. — 1262. Emthilet gharíb el-loghet, exempla verborum inusitatorum, auctore *Ali Ben Hasan* [*Henáï*], vulgo *Korá' el-naml* dicto et anno 307 (inc. 3. Jun. 919) mortuo. [Ut *Soyuti* monet, scripsit eodem anno librum suum *Monadhdhet*]. — 1263. El-Imdád fimá yuteallic bi'ljihád, opitulatio. Quadraginta traditiones de iis, quae ad bellum sacrum spectant. — 1264. El-Amed El-Acsa, terminus extremus, auctore Cadhi Imam *Abu Zeid Abdallah Ben Omar Debbúsi* Hanefita, anno 430 (inc. 3. Oct. 1038) mortuo. Undecim libri apophthegmata et monita continentes. — 1265. El-Amed ala el-abed, terminus in seculum seculorum, auctore *Mohammed Ben Yusuf Amíri.* — 1266. El-Amr El-Mohkem

المحكم المربوط فيما يلزم اهل طريق الله من الشروط للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن عربى المتوفى سنة ٦٣٨ وهو رسالة اولها الحمد لله الذى هدانا الخ ١٢٦٧ الامل القويم فى حلّ التقويم لجمال الدين محمد بن محمد الهاشمى المكى الّفه سنة ١٠٠٤ ورتّب على مقدّمة ومقالتين وخاتمة وجعل اسمه تاريخا لتأليفه وهو فى علم تقويم الكواكب

١٢٦٨ علم املآء الخط

وهو علم يبحث فيه بحسب الانيّة واللميّة عن الاحوال العارضة لنقوش الخطوط العربيّة لا من حيث حسنها بل من حيث دلالتها على الالفاظ العربيّة بعد رعاية حال بسائط الحروف وهذا العلم من حيث نقش الحروف بالآلة من انواع علم الخطّ ومن حيث دلالتها على الالفاظ من فروع علم العربيّة هذا حاصل ما ذكره ابو الخير وجعله من العلوم التى تتعلّق باملآء الحروف المفردة

١٢٦٩ املآء على مشكل الاحيآء لصاحبه ايضا سبق ١٢٧٠ الاملآء والاستملآء للامام

---

**El-Marbút**, mandatum firmiter inculcatum de conditionibus, quibus asseclae viae theosophicae necessarie satisfacere debent, auctore Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn Arabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo. Tractatus ita incipiens: Laus Deo qui nos direxit etc. — 1267. **El-Aml El-Cawím**, spes erecta. Liber de explicatione ephemeridum, quem *Jemál-ed-din Mohammed Ben Mohammed Háshimi Mekki* anno 1004 (inc. 27. Aug. 1595) composuit et in introductionem, duos libros et conclusionem digessit. Tractat doctrinam calculi astronomici, ejusque titulus simul tempus significat, quo auctor eum confecit.

1268. **Ilm imlá el-khatt.** Doctrina dispositionis scripturae.

Haec est ea doctrina, in qua ratione modi et causae habita de casibus fortuitis, quibus pictura scripturarum arabicarum obnoxia est, quaeritur non quoad earum venustatem, sed quatenus, elementorum literarum ratione bene perspecta, voces arabicas repraesentant. Haec doctrina, quatenus literae instrumento pinguntur, ad species artis scribendi pertinet, quatenus vero illae literae voces repraesentant, ad doctrinas linguae arabicae speciales. Haec est summa eorum, quae *Abu'lkheir* affert. Reposuit hic eam in doctrinis, quae dispositionem literarum simplicium spectant.

1269. **Imlá ala moshkil el-ihyá**, dictata de difficultatibus in opere praecedente *Ihyá* obviis. Auctorem habet eundem *Ghazáli*. — 1270. **El-Imlá we El-Istimlá**,

الحافظ ابى سعد عبد الكريم بن محمد السمعانى المتوفى سنة ٥٦٢ ١٢٧١ الاملآء للامام المجتهد محمد بن ادريس الشافعى المتوفى سنة ٢٠٤ وهو فى نحو اماليه حجمًا وقد يتوهم ان الاملآء هو الامالى وليس كذلك ١٢٧٢ امنية الالمعى ومنية المدعى للقاضى الاديب ابى الحسين احمد بن على بن الزبير الاسوانى المتوفى سنة ٥٦٣ وهى المقامة الخصيبية رمى بها غرض الفكاهة واملاها بلسان الدعابة على من استوجب الانبساط اليه وذكر فيها علومًا جمة ثمّ شرح ما فيها من الفاظ لغوية ومسآئل علمية فصار نزهة للناظرين ١٢٧٣ امنية فى علم الفروسية لعز الدين محمد بن ابى بكر ابن جماعة المتوفى سنة ٨١٩ ١٢٧٤ الامنية فى الفروع لمحمد امين ابن عبيد الله المؤمن آبادى البخارى الحنفى وهو مختصر اكثره بالفارسية ألفه لاهل بخارا وفيه نقول كثيرة عن شرح مختصر الوقاية للقوهستانى اوله يا دآئما للفضل علينا الخ ١٢٧٥ امّ البراهين فى العقآئد للشيخ الامام محمد بن يوسف بن الحسين السنوسى

---

dictatio et petitio ut dictetur, auctore Imam Háfitz *Abu Sa'd Abd-el-kerím Ben Mohammed Sem'áni*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) mortuo. — 1271. El-Imlá, dictata, auctore Imam Jurisconsultissimo *Mohammed Ben Idrís* Shafiita, anno 204 (inc. 28. Jun. 819) mortuo. Hic liber fere eundem ambitum habet quem ejus *Amáli*, et interdum utrumque opus *Imlá* et *Amáli* unum idemque esse falso putabatur. — 1272. Omniyet el-almaí we munyet el-moddai, desiderium perspicacis et votum exoptantis, auctore Cadhi *Abu'lhosein Ahmed Ben Ali Ben-elzobeir Oswáni* Philologo, anno 563 (inc. 17. Oct. 1167) mortuo. Hic est consessus ille *Khasibi*cus, quo jocum movere voluit, et sermone usus festivo eum iis dictavit, qui, ut genio suo indulgeret, ratum habuerunt. In eo doctrinas commemorat plurimas, et postea voces dialectum redolentes et quaestiones literarias ibi obvias commentatus est, ut delectatio esset legentibus. — 1273. Omniyet fi ilm el-forusíyet, desiderium de arte equestri, auctore *Izz-ed-din Mohammed Ben Abi Bekr Ibn Jemáa*, anno 819 (inc. 1. Mart. 1416) mortuo. — 1274. El-Omniyet, desiderium. Compendium de partibus juris specialibus, quod *Mohammed Emin Ben Obeidallah Muminabádi Bokhári* Hanefita maximam partem in usum incolarum Bokhárae persice composuit. Continet multa e commentario ad epitomen libri *Wicáyet* a *Cuhistáni* editi depromta et incipit ita: O tu qui perpetuo paratus es ad beneficia in nos conferenda etc. — 1275. Omm el-beráhín, mater argumentorum. Compendium utile, omnes confessiones fidei in unum Deum continens, quod Sheikh Imam *Mohammed Ben Yusuf Ben el-hosein*

المتوفى سنة [٨٩٥] وهو مختصر مفيد محتو على جميع عقائد التوحيد وختم بكلمتى الشهادة ثمّ شرح شرحًا مفيدًا مختصرًا اوله الحمد لله واسع الجود الخ وشرح ايضا محمد بن عمر ابن ابرهيم التلمسانى المتوفى سنة وهو شرح بالقول مختصر اوله الحمد لله المنفرد بوجوب الوحدانيّة الخ والشيخ شهاب الدين ابو العباس احمد بن محمد الغنيمى الانصارى [المتوفى سنة ١٠٤١] شرح ايضا شرحا عظيمًا بالقول [فى نحو تسعين كراسة صغيرة] وسمّاه بهجة الناظرين فى محاسن امّ البراهين اوله الحمد لله الواجب الوجود الخ وفرغ فى ربيع الثانى سنة ١٠٣٩

١٢٧٦ امّ القرى اسم قصيدة همزيّة يأتى فى القاف ١٢٧٧ الانارة فى الزيارة للحافظ شهاب الدين ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ١٢٧٨ انارة الفكر بما هو الحقّ فى كيفيّة الذكر للشيخ الامام برهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى الشافعى المتوفى سنة ٨٨٥ مختصر اوله الحمد لله الذى يذكر من ذكره الخ ذكر فيه انّه الّفه بدمشق لمّا رأى

---

*Sinúsi*, anno [895 (inc. 25. Nov. 1489)] mortuus, duobus fidei Islamicae testimoniis in fine additis, composuit et postea in commentario utili compendiose explicuit. Incipit ita: Laus Deo amplorum beneficiorum distributori etc. Porro illud commentati sunt *Mohammed Ben Omar Ibn Ibrahim Tilimsáni*, anno . . . mortuus, qui in commentario compendioso argumentum tantum verborum archetypi commemorat et ita incipit: Laus Deo qui solus necessaria unitate fruitur etc., et Sheikh *Shehâb-ed-din Abu'labbás Ahmed Ben Mohammed Ghanimi Ansári* [anno 1041 (inc. 20. Jul. 1631) mortuus], qui commentarium forma quidem simili sed mole majori [e nonaginta circiter *Kerárís* parvis constantem] edidit et *Behjet el-natzirín fi mehásin omm el-beráhín* inscripsit. Incipit ita: Laus Deo cujus existentia per se necessaria est etc., opusque confecit *Rebi'* secundo anni 1039 (inc. 11. Aug. 1629). — 1276. Omm el-corá, mater urbium. Nomen Casidae in *Elif* hamzatum desinentis, de qua in litera *Cáf* sermo erit. — 1277. El-Inâret fi el-ziyáret, illuminatio de visitatione locorum sanctorum, auctore Háfitz *Shehâb-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — 1278. Inâret el-fikr, illuminatio mentis. Compendium de justa celebrationis nominis divini ratione, auctore Sheikh Imám *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becáï* Shafiita, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuo. Incipit ita: Laus Deo qui ejus meminit, qui eum celebrat etc., et narrat, se illud Damasci composuisse, cum multitudinem coram Sheikho in

اجتماع العوامّ على شيخ في الجامع يرقصون ويرفعون اصواتهم فكتب نهيًا لهم وفرغ في شوال سنة ٨٨١   ١٢٧٩ انافة في رتبة الخلافة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابي بكر السيوطي المتوفى سنة ٩١١   ١٢٨٠ انباء الرواة على ابناء النحاة لجمال الدين ابي الحسن على بن يوسف القفطي المتوفى سنة ٦٤٦ وهو تاريخ النحاة ومختصر للحافظ شمس الدين محمد بن احمد الذهبي المتوفى سنة ٧٤٨   ١٢٨١ أنباء الاصطفاء في حق آباء المصطفى لمحمد بن الخطيب قاسم الرومي المتوفى سنة ٩٧٠ وهو مختصر اوله الحمد لله الذي فضلنا بافضل الرسل الخ الّفه للسلطان سليمان خان في صفر سنة ٩٥٦ وكتب في هامشه تراجم الرجال كالروضة   ١٢٨٢ انباء الغمر في ابناء العمر في التاريخ للحافظ شهاب الدين ابي الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلاني المتوفى سنة ٨٥٢ اوله الحمد لله الباقي وكلّ مخلوق يفنى الخ ذكر فيه انّه جمع الحوادث التي ادركها منذ ولد سنة ٧٧٣ واورد في كلّ سنة احوال الدول ووفيات الاعيان مستوعبًا

---

cathedrali confluentem videret saltantem et voces tollentem. Scripsit igitur, ut talia illis interdiceret, opusque confecit mense Shewwál anni 881 (inc. 26. Apr. 1476). — 1279. **Ináfet fi rotbet el-khiláfet**, eminentia de dignitate Khalifatus, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1280. **Anbá el-rowwát ala abná el-nohhát**, notitiae relatorum de filiis grammaticorum, auctore *Jemál-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Yusuf Cofti*, anno 646 (inc. 26. Apr. 1248) mortuo. Historia est grammaticorum, cujus epitomen edidit Háfitz *Shems-ed-din Mohammed Ben Ahmed Dzehebi*, anno 748 (inc. 13. Apr. 1347) defunctus. — 1281. **Inbá el-istifá**, indicium electionis. Compendium de iis, quae ad caussam majorum prophetae electi pertinent. Illud *Mohammed Ben-elkhatib Cásim Rumi*, anno 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus, Sultano *Soleimán Khán* mense Safar anni 956 (inc. 30. Jan. 1549) composuit. Incipit ita: Laus Deo qui nos praetulit legatorum praestantissimo etc., et margini ad instar libri *Raudhet* vitas relatorum adscripsit. — 1282. **Inbá el-ghomr fi abná' el-omr**, institutio indoctorum de filiis seculi. Opus historicum, auctore Háfitz *Shehâb-ed-din Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni*, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. Incipit hic ita: Laus Deo qui manet, dum omnes creaturae evanescunt etc., et monet, se res gestas, quarum ab anno natali 773 (inc. 15. Jul. 1371) testis fuerit, collegisse. Singulos annos percurrit historiam dynastiarum et virorum spectatorum mortes narrans et omnes, quos potuit,

لرواة الحديث وغالب ما نقله من تأريخ ناصر الدين ابن الفرات وصارم الدين ابن دقاق وشهاب الدين ابن حجر والمقريزى والتقى الفاسى والصلاح خليل الاقفهسى والبدر العينى واورد ما شاهده ايضا قال وهذا الكتاب يحسن من حيث للحوادث ان يكون ذيلا على تأريخ الحافظ ابن كثير فانّه انتهى فى ذيل تأريخه الى هذه السنة ومن حيث الوفيات ان يكون ذيلا على وفيات ابن رافع وانتهى فيه الى سنة ٨٥٠ والذيل عليه لبرهان الدين ابرهيم بن عمر البقاعى المتوفى سنة ٨٨٥ بلغ فيه الى آخر سنة سبعين وسمّاه اظهار العصر لاسرار اهل العصر اوله الحمد لله يبدئ ويعيد الخ وذيل آخر المسمّى بانبآء العصر فى ابنآء العصر من سنة احدى وخمسين الى ست وثمانين ١٢٨٣ الانبآء المبينة عن فضل المدينة مختصر ١٢٨٤ الانبآء المستطابة فى فضائل الصحابة والقرابة لابى القاسم هبة الله ابن عبد الله المعروف بابن سيد الكلّ القفطى المتوفى سنة ٦٩٧ ١٢٨٥ الانبآء عن الانبيآء لابى نصر زهير بن الحسن [بن على] السرخسى [الشافعى] المتوفى سنة ٤٥٤ ١٢٨٦ الانبآء عن قبآئل الرواة للحافظ

---

traditionarios allegans. Maxima pars eorum, quae retulit, desumta est e *Taríkh Násir-ed-dini Ibn-elforát*, *Sárim-ed-dini Ibn Deccác*, *Shehâb-ed-dini Ibn Hajr*, *Macrízii*, *Túcki-ed-dini Fási*, *Saláh-ed-dini Khalíl Acfahesi*, *Bedr-ed-dini Aini*, et addidit ea quoque, quae ipse vidit. Hic liber, inquit, commode, ratione habita rerum gestarum, appendix habenda est ad *Taríkh* Háfitzi *Ibn Kethír* — in appendice enim historiae suae ad hunc usque annum, quo mortuus est, pervenit — et si spectas mortes, ad *Wafayát Ibn Rafi*'i. Progressus in iis est ad annum 850 (inc. 29. Mart. 1446). Librum *Ibn Hajr*i continuavit *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Omar Becái*, anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus, qui ad finem hujus anni septuagesimi pervenit et hanc appendicem inscripsit *Itzhár el-osr li asrár ahl el-asr*. Incipit haec ita: Laus Deo incipienti et resuscitanti etc. — Alia denique appendix, *Inbá el-osr fi abná el-asr* inscripta, tempus complectitur ab anno quinquagesimo primo ad octogesimum sextum. — 1283. El-Anbá El-Mobayyinet, indicia perspicua. Compendium de praestantia urbis *Medína*. — 1284. El-Anbá El-Mostetábet, indicia jucunda de praestantia consociationis et cognationis, auctore *Abu'lcásim Hibat-allah Ibn Abdallah Cofti*, *Ibn Seyyid-elkoll* cognominato et anno 697 (inc. 19. Oct. 1297) mortuo. — 1285. El-Anbá an el-anbiyá, indicia de prophetis, auctore *Abu Nasr Zoheir Ben-elhasan* [*Ben Ali*] *Serakhsi* [*Shafiita*], anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuo. — 1286. El-Anbá an cabáïl el-rowwát, indicia

جمال الدين يوسف بن عبد الله ابن عبد البر النمرى القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ والذيل
عليه لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٢٨٧ الانبآء فى شرح
الصفات والاسمآء لابى العباس احمد بن معد [بن عيسى الاندلسى] الاقليشى المتوفى سنة ٥٥٠.
١٢٨٨ انبآء نجبآء الابنآء للشيخ شمس الدين محمد بن محمد بن ظفر الصقلى المتوفى
سنة ٥٦٥ مختصر اوله الحمد لله المحمود باقوال المهتدى الخ ذكر فيه كلّ ولد نجيب واخباره
١٢٨٩ انبات الشذر فى اثبات القدر لزين الدين سريجا بن محمد الملطى ثمّ الماردينى المتوفى
سنة ٧٨٨ ١٢٩٠ انباه الاذكيآء لحياة الانبيآء لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى
المتوفى سنة ٩١١ رسالة ذكر فيها انّ البيهقى صنّف فيه جزءا ١٢٩١ انباه فى الحديث لابى
عبد الله محمد بن سلام القضاعى المتوفى سنة ٤٥٤

---

de variis relatorum tribubus, auctore Háfitz *Jemál-ed-din Yusuf Ben Abdallah Ibn Abd-elberr Nemiri Cortúbi*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. Continuavit ea *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, qui anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) obiit. — 1287. El-Anbá fi sharh el-sifát we el-asmá, indicia commentarium continentia attributorum et nominum divinorum, auctore *Abu'labbás Ahmed Ben Maadd* [*Ben Isa Andalusi*] *Oclíshi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo. — 1288. Anbá nojabá el-abná, indicia generosorum inter filios, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ben Tzafer Sickilli*, anno 565 (inc. 25. Sept. 1169) mortuo. Compendium, quod ita incipit: Laus Deo qui exclamationibus bene directi laudatur etc., et recensionem omnium novorum hominum eorumque historiam continet. — 1289. Inbát el-shadzr, germinatio particularum auri de comprobatione praedestinationis, auctore *Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed*, primum Malatiae, deinde Maredini inquilino et anno 788 (inc. 2. Febr. 1368) mortuo. — 1290. Inbáh el-adzkiyá li hayát el-anbiyá, excitatio intelligentium, ut animum ad vitam prophetarum attendant. Tractatus Sheikhi *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortui, in quo commemorat, *Beihacki* quoque de hac re fasciculum scripsisse. — 1291. Inbáh, excitatio de re traditionaria, auctore *Abu Abdallah Mohammed Ben Selám Codhái*, anno 454 (inc. 15. Jan. 1062) mortuo. —

١٢٩٢ علم انباط المياه

وهو علم يتعرف منه كيفية استخراج المياه الكامنة فى الارض واظهارها ومنفعته ظاهر ونقل عن بعض العلمآء لو علم عباد الله رضآء الله فى احيآء ارضه لم يبق فى وجه الارض موضع خراب وللكرخى فيه كتاب مختصر وفى خلال كتاب الفلاحة النبطية مهمات هذا العلم انتهى ما فى مفتاح السعادة اورده فى فروع الهندسة

١٢٩٣ انبيآء نامه منظومة للشيخ ابرهيم الجبرتى المتوفى شهيدا سنة ٩١٧ ١٢٩٤ الانتباه فى معالجة الباه ١٢٩٥ انتحآء السنن فى اقتفآء السنن فى شرح سنن ابى داود يأتى فى السين ١٢٩٦ الانتصار لامام ائمة الامصار مجلدين لابى المظفر يوسف بن عبد الله سبط ابن الجوزى المتوفى سنة ٦٥٤ ١٢٩٧ انتصار لقرا الامصار لشمس الدين محمد بن الحسن المعروف بابن المقسم النحوى المتوفى سنة ٣٤١ ١٢٩٨ انتصار لمذهب امام ائمة الامصار للحافظ تاج

---

**1292. Ilm inbát el-miyáh. Ars aquam eliciendi.**

Haec est ea doctrina, qua ratio cognoscitur, aquas in terra absconditas extrahendi et in superficiem educendi. Utilitas ejus patet, et vir aliquis doctus dixisse fertur: „Si servi Dei scirent, quantum hic voluptatis e terra sua vivificanda caperet, ne unus quidem angulus in superficie ejus incultus maneret.“ *Kerkhi* compendium de hac arte edidit et in libri *El-Feláhet El-Nebetíyet* contextu gravissima ejus capita occurrunt. Haec in libro *Miftáh el-seádet* leguntur, ubi illa ad partes geometriae speciales refertur.

1293. **Anbiyá Nameh**, liber prophetarum. Poëma Sheikhi *Ibrahim Jebreti*, qui anno 917 (inc. 31. Mart. 1511) martyrium subiit. — 1294. **El-Intibáh**, incitamentum, de medela impotentiae. — 1295. **Intihá el-sonen fi ictifá el-sonen**, ingressio viarum de observatione traditionum. Commentarius operis *Abu Dawudis Sonen* inscripti, de quo litera *Sin* videnda est. — 1296. **El-Intisár li imám aïmmet el-amsár**, apologia Imami Imamorum urbium primariarum. Duo volumina, auctore *Abu'lmotzaffer Yusuf Ben Abdallah Sibt Ibn-eljauzi*, anno 654 (inc. 30. Jan. 1256) mortuo. — 1297. **Intisár li corra el-amsár**, apologia lectorum Corani in urbibus primariis, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben-elhasan* Grammatico, vulgo *Ibn-elmocsim* dicto et anno 341 (inc. 29. Mai. 952) defuncto. — 1298. **Intisár li madzhab imám aïmmet el-amsár**, apologia disciplinae Imami

الدين عبد الخالق بن اسد الجوال المتوفى سنة ٥٨٣ ١٢٩٩ انتصار لما فى الاجناس من الاسرار للامام ابى حامد محمد بن محمد الغزالى المتوفى سنة ٥٠٥ ١٣٠٠ انتصار لطريق الاخيار للشيخ شمس الدين محمد بن عمر العمرى الشافعى المتوفى سنة ٨٤٩ ١٣٠١ انتصار فى الرّد على القدريّة الاشرار لابى زكريا يحيى بن ابى الخير [بن سالم العمرانى] اليمنى الشافعى المتوفى سنة [٥٥٨] ١٣٠٢ انتصار بالواحد القهار مقامة لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى ردّ فيها رواية رجل من اهل عصره ١٣٠٣ الانتصار والترجيح لمذهب الصحيح لعمر بن محمد [بن سيد] الموصلى المتوفى سنة عنى به مذهب ابى حنيفة رحمه الله تعالى ١٣٠٤ الانتصار للزمخشرى من ابن المنير للحافظ علم الدين عبد الكريم بن على العراقى المتوفى سنة ٦٠٤ وهو غير الانصاف الآتى قريبًا ١٣٠٥ الانتصار لاصحاب الحديث لابى المظفر منصور بن عبد الجبّار السمعانى المتوفى سنة [٤٨٩] وهو مختصر على ثلثة ابواب الاول فى الحثّ على السنة والجماعة

---

Imamorum urbium primariarum, auctore Háfitz *Táj-ed-din Abd-elkhálic Ben Asad Jewwál*, anno 583 (inc. 13. Mart. 1187) mortuo. — 1299. Intisár, apologia secretorum, quae in generibus latent, auctore Imam *Abu Hámid Mohammed Ben Mohammed Ghazáli*, anno 505 (inc. 10. Jul. 1111) mortuo. — 1300. Intisár li taríc el-akhyár, apologia viae proborum, auctore Sheikh *Shems-ed-din Mohammed Ben Omar Amri* Shafiita, anno 849 (inc. 9. Apr. 1445) mortuo. — 1301. Intisár, apologia refutationem sectae scelestae, *Cadríye* dictae, continens, auctore *Abu Zakaríya Yahya Ben Abi'lkheir* [*Ben Sálim Imráni*] *Yemeni* Shafiita, anno [558 (inc. 10. Dec. 1162)] mortuo. — 1302. Intisár bi'lwáhid el-cahhár, imploratio auxilii unici victoris (Dei). Consessus, in quo *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyuti* auctoritatem viri cujusdam sui temporis impugnat. — 1303. El-Intisár we El-Tarjíh, apologia et palma asseclis magistri veracis tributa, auctore *Omar Ben Mohammed* [*Ben Seyyid*] *Mausili*, anno . . . mortuo. Intelligendi autem sunt asseclae *Abu Hanifa*e, cujus Deus misereatur. — 1304. El-Intisár, apologia *Zamakhsheri*i contra *Ibn-elmonír*, auctore Háfitz *Ilm-ed-din Abd-el-kerím Ben Ali Irácki*, anno 604 (inc. 28. Jul. 1207) mortuo. Hic liber distinguendus est ab *El-Insáf* paulo infra commemorando. — 1305. El-Intisár li as'háb el-hedíth, apologia traditionariorum, auctore *Abu'lmotzaffer Mansur Ben Abd-eljebbár Sem'áni*, anno [489 (inc. 31. Dec. 1095)] mortuo. Compendium in tria capita divisum —

٣ فى فصل الحديث ٣ فى شجرة العلم ١٣٠٦ الانتصار من ظلمة ابى تمام يأتى فى الحماسة ١٣٠٧ الانتصار على محمد بن جرير للامام ابى بكر محمد بن داود الظاهرى المتوفى سنة ٣٠٢ ١٣٠٨ انتصار لسيبويه [على المبرد] لابن ولاد احمد بن محمد النحوى [الحنفى] المتوفى سنة ٣٣٢ ١٣٠٩ انتصار لثعلب لابى الحسين احمد بن فارس اللغوى المتوفى سنة ٣٩٥ ١٣١٠ انتصار لحمزة فيما نسبه اليه ابن قتيبة من مشكل القران لابى القاسم عبد الله بن محمد العكبرى المتوفى سنة ٥١٦ ١٣١١ انتصار للقاضى ابى بكر محمد بن الطيب الاشعرى [الباقلانى المتوفى سنة ٤٠٣] ١٣١٢ انتصار لابى العزيز كاوس ١٣١٣ انتصار لحنين بن اسحق [فى مسائله فى ردّ] على بن رضوان [اياه] لابى الصلت امية بن عبد العزيز الاندلسى المتوفى سنة ٥٣٩ ١٣١٤ انتصار لمذهب الشافعى للقاضى عبد الله بن محمد بن ابى عصرون الموصلى الشافعى المتوفى سنة ٥٨٥ وهو كبير فى اربع مجلدات ١٣١٥ انتصار لابى السعادات

---

de excitatione ad Sunnam et communem virorum doctorum consensum — de praestantia rei traditionariae — de scientiae arbore. — 1306. **El-Intisár**, apologia contra eos, qui *Abu Temmámo* injuriam faciunt. Vide literam *Há* sub *Hamása.* — 1307. **El-Intisár**, apologia contra *Mohammed Ben Jerír*, auctore Imam *Abu Bekr Mohammed Ben Dawud Tzáhiri*, anno 302 (inc. 27. Jul. 914) mortuo. — 1308. **Intisár**, apologia *Sibaweihi* [contra *Mobarred*], auctore *Ibn Wellád Ahmed Ben Mohammed* Grammatico [Hanefita], anno 332 (inc. 4. Sept. 943) mortuo. — 1309. **Intisár li Tha'leb**, apologia *Tha'lebi*, auctore *Abu'lhosein Ahmed Ben Fáris* Lexicologo, anno 395 (inc. 18. Oct. 1004) mortuo. — 1310. **Intisár li Hamza**, apologia *Hamzae*, partem operis *Mushkil El-Cor'an* (i. e. difficultates Corani) spectans, quam *Ibn Coteiba* ei tribuit, auctore *Abu'lcásim Abdallah Ben Mohammed Akberi*, anno 516 (inc. 12. Mart. 1122) mortuo. — 1311. **Intisár**, apologia, auctore Cadhi *Abu Bekr Mohammed Ben-ettebíb Ash'ari* [*Backiláni*, anno 403 (inc. 23. Jul. 1012) mortuo]. — 1312. **Intisár**, apologia, auctore *Abu'lazíz Kawus.* — 1313. **Intisár**, apologia *Honeini Ben Is'hac* [in quaestionibus suis contra refutationem] *Alii Ben Ridhwán*, auctore *Abu'lsalt Omayya Ben Abd-el-azíz Andalusi*, anno 539 (inc. 4. Jul. 1144) mortuo. — 1314. **Intisár**, apologia sectae Shafiiticae satis ampla et e quatuor voluminibus constans, auctore Cadhi *Abdallah Ben Mohammed Ben Abi Osrún Mausili* Shafiita, anno 585 (inc. 19. Febr. 1189) mortuo. — 1315. **Intisár**, apologia, auctore

هبة الله بن على ابن الشجرى المتوفى سنة ٥٤٢ ١٣١٦ انتصار لواسطة عقد الامصار لصارم الدين ابرهيم بن محمد بن دقماق المصرى المتوفى سنة ٧٩٠ وهو كبير فى عشر مجلّدات لخّص منه كتابًا وسمّاه درّة المضيّة فى فضل مصر والاسكندريّة ١٣١٧ الانتصارات الاسلاميّة فى دفع الشبه النصرانيّة للشيخ نجم الدين سليمان بن عبد القوى الطوفى الحنبلى المتوفى سنة ٧١٠ اوله الحمد لله الذى ارشدنا الى الاسلام الخ ذكر فيه انه رأى كتابا لبعض النصارى طعن به فى دين الاسلام فصنّف فى ردّه وهو فى مجلّد ١٣١٨ انتصاف فى مسآئل الخلاف لابى سعيد محمد بن يحيى [ابن منصور] النيسابورى المتوفى سنة ٥٤٨ ١٣١٩ انتصاف بين ابن برّى وابن الخشاب فى كلامهما على المقامات لموفق الدين عبد اللطيف بن يوسف البغدادى المتوفى سنة ٦٢٩ قيل هو الانصاف ١٣٢٠ الانتصاف فيمن ردّ على ابى بكر الادفوى فى كتاب الامالة لابى محمد مكى ابن ابى طالب القيسى المتوفى سنة ٤٣٧ ١٣٢١ انتصاف فى شرح

---

*Abu'lseádát Hibat-allah Ben Ali Ibn-elshejeri*, anno 542 (inc. 2. Jun. 1147) mortuo. — 1316. Intisár li wásitet icd el-amsár, apologia mediae margaritae in monili urbium primariarum, auctore *Sárim-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Ben Ducmác Misri*, anno 790 (inc. 11. Jun. 1309) mortuo. Liber magnus decem voluminum, cujus potiora in libro singulari excerpsit inscripto *El-Dorret El-Modhiet fi fadhl Misr we El-Iskenderiyet.* — 1317. El-Intisárát El-Islamíyet, apologiae Islamicae de dubitationibus Christianorum repellendis, auctore Sheikh *Nejm-ed-din Soleimán Ben Abd-el-cawi Taufi* Hanbalita, anno 710 (inc. 31. Mai. 1310) mortuo. Incipit liber ita: Laus Deo qui nos ad Islám direxit etc., auctorque monet in eo, se librum a Christiano aliquo editum vidisse, in quo hic religionem Islámi malevole impugnaverit. Ea re motus hoc volumen ad illum refutandum conscripsit. — 1318. Intisáf fi mesáïl el-khiláf, dijudicatio justa de quaestionibus controversis, auctore *Abu Saïd Mohammed Ben Yahya* [*Ibn Mansur*] *Nisaburi*, anno 548 (inc. 29. Mart. 1153) mortuo. — 1319. Intisáf, dijudicatio justa inter *Ibn Berri* et *Ibn Khashsháb* in eorum sententia de consessibus (*Mecámát*), auctore *Mowaffic-ed-din Abd-el-letif Ben Yusuf Baghdádi*, anno 629 (inc. 29. Oct. 1231) mortuo. Alii hunc librum eundem esse cum *El-Insáf* dicunt. — 1320. El-Intisáf, dijudicatio justa de eo, qui *Abu Bekr Edfewi* refutavit in libro de vocalium inclinatione (*Imálet*), auctore *Abu Mohammed Mekki Ibn Abi Tálib Caisi*, anno 437 (inc. 19. Jul. 1045) mortuo. — 1321. Intisáf fi sharh El-Keshsháf, dijudicatio

الكشاف يأتى فى الكاف مع مختصر الانصاف ١٣٢٢ انتضاب المعانى واقتضاب المعانى فى المعانى والبيان للشيخ زين الدين سريجا بن محمد الملطى المتوفى سنة ٧٨٨ وهو فى جزئين ١٣٢٣ انتظام فى احوال الامام لمحمد بن محمد القدسى المتوفى سنة ٨٠٨ ١٣٢٤ انتفاء فى اخبار المدينة لابى طاهر بن المخلص ١٣٢٥ انتفاء للمذاهب الثلثة للعلماء يعنى مذهب مالك وابى حنيفة والشافعى للحافظ جمال الدين يوسف بن عبد الله بن عبد البرّ القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ ١٣٢٦ الانتفاع باهب السباع للامام الحافظ مسلم بن حجاج القشيرى المتوفى سنة ٢٦١ ١٣٢٧ الانتفاع بترتيب الدارقطنى على الانواع للحافظ ابى الفضل احمد بن على ابن حجر العسقلانى المتوفى سنة ٨٥٢ ١٣٢٨ انتقاد للآيات المعتبرة فى الاجتهاد ١٣٢٩ انتقاد على الشافعى لابى بكر احمد بن حسين البيهقى [المتوفى سنة ٤٥٨] ذكر فيه انّ بعض المخالفين انتقد على الشافعى حروفا من العربيّة فاجاب ١٣٣٠ انتقاض الاعتراض للحافظ

---

justa. Commentarius operis ***Keshshâf***, de quo litera ***Káf*** videatur, ubi epitome quoque libri ***El-Insáf*** commemorabitur. — **1322. Intidháb el-meáni we iktidháb el-moáni**, decursus sententiarum et oratio subita negligentis. Duo fasciculi de doctrina sententiarum et expositionis, auctore Sheikh ***Zein-ed-din Seríja Ben Mohammed Meleti***, anno 788 (inc. 2. Febr. 1386) mortuo. — **1323. Intitzám fi ahwál El-Imám**, dispositio accurata de rebus Imami, auctore ***Mohammed Ben Mohammed Codsi***, anno 808 (inc. 29. Jun. 1405) mortuo. — **1324. Intifá**, propulsio. Historia Medinae, auctore ***Abu Táhir Ben-elmokhlis***. — **1325. Intifá**, apologia trium sectarum Malikiticae, Hanefiticae et Shafiiticae, a viris doctis conscripta, auctore Háfitz ***Jemál-ed-din Yusuf Ben Abdallah Ben Abd-el-berr Cortubi***, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuo. — **1326. El-Intifá' bi ahab el-sibá'**, utilitas e pellibus ferarum percepta, auctore Imam Háfitz ***Moslim Ben Hejjáj Kosheiri***, anno 261 (inc. 16. Oct. 874) mortuo. — **1327. El-Intifá'**, utilitas e rebus specialibus percepta, quibus ***Darakotni*** nititur, auctore Háfitz ***Abu'lfadhl Ahmed Ben Ali Ibn Hajr Ascaláni***, anno 852 (inc. 7. Mart. 1448) mortuo. — **1328. Inticád**, electio versuum coranicorum insignium de gradu ***Ijtihád***. — **1329. Inticád ala El-Shafii**, electio argumentorum contra ***Sháfii***, auctore ***Abu Bekr Ahmed Ben Hosein Beihacki*** [anno 458 (inc. 3. Dec. 1065) mortuo]. Monet in hoc tractatu auctor, adversarium aliquem ***Shafii*** de nonnullis locis linguae arabicae objurgasse. Ad illum igitur repellendum hoc responsum edidit. — **1330. Inticádh el-itirádh**, eversio

ابى الفضل ابن حجر المذكور يأتى فى شرحه لصحيح البخارى ١٣٣١ انتهاز الفرص فى الصيد والقنص للشيخ تقى الدين حمزة بن عبد الله الناشرى الّفه [بزبيد فى] سنة ٩١٦ وهو كتاب لم يسبق اليه كتب عليه جماعة من الأئمّة بزبيد ١٣٣٢ انجاز الوعد المنتقى من طبقات سعد يأتى ١٣٣٣ الانجيل كتاب انزله الله سبحانه وتعالى على عيسى بن مريم عليهما السلام وذكر فى المواهب انّه انزل باللغة السريانيّة وقرى على سبع عشرة لغة وفى البخارى فى قصّة ورقة بن نوفل ما يدلّ على انّه كان بالعبرانيّة وعن وهب بن منبه انزل الانجيل على عيسى عليه السلام لثلاث عشرة ليلة من رمضان على ما فى الكشاف وقيل لثمان عشرة ليلة خلت منه بعد الزبور بالف عام ومأتى عام واختلف فى انّه هل نسخ حكم التوراة فقيل ان عيسى عليه السلام لم يكن صاحب شريعة لمّا جآء فى الانجيل حكاية عنه قال عليه السلام انّى ما جئت لتبديل شرع موسى عليه السلام بل لتكميل لكن فى انوار التنزيل ما يدلّ على انّ شرعه ناسخ لشرع موسى عليه السلام لانّه اتى بما لم يأت به موسى عليه

---

contradictionis, auctore Háfitz *Abu'lfadhl Ibn Hajr* modo laudato. Vide infra commentarium ejus ad *Sahíh Bokhár*i — 1331. Intiház el-fores, captatio occasionum de piscatu et venatu. Liber, cui similis non exstitit, a Sheikh *Tacki-ed-din Hamza Ben Abdallah Náshiri* [*Zebíd*i] anno 916 (inc. 10. Apr. 1510) compositus. Multi Imamorum in urbe *Zebíd* de eo scripserunt. — 1332. Injáz el-wa'd, praestatio promissorum. Selecta e *Tabacát Sa'd*i, de quo opere vide infra. — 1333. El-Injíl, Evangelium. Hic est liber ille, quem Deus laudatus et excelsus Jesu filio Mariae, quibus Deus propitius sit, revelavit. In libro *Mewáhib* narratur, illum syriace esse demissum, septendecim aliis tamen legi linguis. Apud *Bokhári* in historia de *Waraca Ben Naufel* nonnulla leguntur, quae probant, Evangelium hebraice esse revelatum. Teste *Wahb Ben Monabbih* Evangelium ad Jesum nocte decima tertia Ramadháni demissum est, ut in *Keshsháf* legitur, vel, ut alii volunt, nocte decima octava illius mensis, mille ducentis annis post revelationem Psalmorum. In diversas vero abeunt sententias de eo, num Evangelium statuta legis Mosaicae abroget. Dicunt enim Jesum legis latorem non fuisse, cum in Evangelio narratio legatur, ubi dicat: Ego non veni ad legem Mosis abolendam, sed perficiendam. Attamen ex opere *Anwár el-tenzíl* probari posse videtur, legem ejus abrogare legem Mosaicam, cum statuta contineat, quae in hac non inveniantur. — Evangelium ab his incipit verbis:

السلام واول الانجيل باسم الاب والابن الخ والذى بايديهم انّما هو سيرة المسيح جمعها اربعة من اصحابه وهم متى ولوقا ومارقوس ويوحنا قال صاحب تحفة الاديب فى الرّد على اهل الصليب وهؤلآء الذين افسدوا دين عيسى وزادوا ونقصوا وليسوا من الحواريّين الذين اثنا الله عليهم فى القرآن اَمّا متى فما ادرك عيسى ولا رآه قط الّا فى العام الذى رفعه الله تعالى اليه وبعد ان رفع كتب متى الانجيل بخطّه فى مدينة الاسكندريّة واخبر فيه بمولد عيسى عليه السلام وسيرته وغيره لم يذكر ما ذكره واَمّا لوقا فلم يدرك عيسى ولا رآه البتة وانّما تنصّر بعده على يد بولص معرب بادلوس الاسرآئيلى وهو ايضا لم يدرك عيسى بل تنصّر على يد انانيا واَمّا مارقوس فما رأى عيسى عليه السلام قط وكان تنصّره بعد الرفع وتنصّر على يد بيترو الحوارى واخذ عنه الانجيل بمدينة رومة وخالف اصحابه الثلاثة فى مسآئل جمّة واَمّا يوحنا فهو ابن خالة عيسى عليه السلام وزعم النصارى ان عيسى عليه السلام حضر عرس يوحنا واراه حول المآء خمرًا وهذه اول معجزة ظهرت له فلمّا رآه ترك

---

Nomine Dei et filii etc. Christiani autem historiam tantum vitae Messiae in manibus habent, quam Matthaeus, Marcus, Lucas et Johannes, quatuor ejus asseclae, collegerunt. Auctor libri *Tohfet el-adîb*, qui refutationem populi crucis continet: Hi sunt, inquit, qui religionem Jesu et addendo et deminuendo corruperunt, neque in apostolis illis numerandi sunt, quos Deus in Corano laudavit. *Matthaeus* enim neque aequalis fuit Jesu, neque unquam eum vidit, nisi anno, quo Deus illum ad se sustulit. Quo elevato Matthaeus propria manu Evangelium in urbe Alexandria exaravit. Natales et vitam Jesu ibi narrat, et affert plura, quae alibi non leguntur. — *Lucas* quoque tempore Jesu non vixit, neque eum unquam vidit. Post ejus mortem demum ministerio Pauli Israëlitae, qui arabice Badlus audit, Christianus factus est. Neque hic ipse eodem tempore, quo Jesus, vixit, sed studio Ananiae ad religionem Christianam se convertit. — *Marcus* nunquam Jesum vidit, et post adscensionem Christi in coelum demum ministerio Petri apostoli Christianam fidem amplexus est, a quo in urbe Roma cognitione Evangelii imbutus est. A tribus suis sodalibus in pluribus quaestionibus quam maxime differt. — *Johannes* denique filius materterae Jesu fuit, et Christiani contendunt, Jesum nuptiis Johannis interfuisse, eumque mutationis aquae in vinum testem fecisse, et hoc primum fuisse, quod ediderit, miraculum. Quod cum Johannes vidisset, hunc uxorem reliquisse, Jesumque in religione et peregrinationibus secutum

زوجته وتبع عيسى عليه السلام فى دينه وسياحته وهو الرابع ممّن كتب الانجيل لكنّه كتبه بالقلم اليونانى فى مدينة افسوس وهؤلآء الاربعة الذين جعلوا الانجيل اربعة وحرفوها وبدّلوها وكذّبوا فيها وما الذى جآء به عيسى عليه السلام الانجيل واحد لا تدافع فيه ولا اختلاف وهؤلآء كذبوا على الله تعالى وعلى نبيّه عيسى عليه السلام ما هو معلوم والنصارى على انكاره فامّا كذبهم فمنه ما قال مارقوس فى الفصل الاول من انجيله انّ فى كتاب اشعيا النبى عن الله تعالى يقول انّى بعثت ملكى امام وجهك يريد وجه عيسى عليه السلام وهذا الكلام لا يوجد فى كتاب اشعيا وانّما هو فى كتب ملخيا النبى ومنه ما حكى متى فى الفصل الاول بل الثالث عشر من انجيله ان عيسى عليه السلام قال يكون جسدى فى بطن الارض ثلثة ايام وثلثة ليال بعد موتى كما لبث يونس فى بطن الحوت وهو من صريح الكذب لانّه وافق اصحابه الثلثة انّ عيسى عليه السلام مات فى الساعة السادسة من يوم الجمعة ودفن فى اول ساعة من ليلة السبت وقام من بين الموتى فى صبيحة يوم الاحد فبقى فى بطن الارض يومًا واحدًا وليلتين ولا شكّ فى كذب هؤلآء الذين كتبوا الاناجيل فى هذه المسئلة لانّ عيسى

---

esse. Is fuit quartus eorum, qui Evangelii auctores exstiterunt. Attamen graecis literis illud in urbe Epheso scripsit. Hi igitur sunt illi quatuor, qui Evangelium quadruplex confecerunt. Immutarunt vero illud et corruperunt, mendaciaque in eo struxerunt et in iis, quae Jesus attulit. Unum tantum est Evangelium sine ulla in eo controversia et diversitate. Illi vero, quod ad Deum Jesumque ejus prophetam attinet, mendacia prolocuti sunt, quantum notum est, quamvis rem ita esse Christiani negent. — Ad mendacia illa vero referendum est, quod Marcus primo Evangelii sui capite dicit: In libro Isaiae propheta Deum facit ita loquentem „Misi ego angelum meum ante faciem tuam (intelligit faciem Jesu)." At vero hoc effatum in libro Isaiae non invenitur, sed potius in libris Malakhiae prophetae. — Mendacium quoque redolet, quod Matthaeus capite primo seu potius decimo tertio Evangelii sui narrat, Jesum dixisse: Corpus meum tres dies et tres noctes in ventre terrae post mortem meam versabitur, quemadmodum Jonas in ventre ceti versatus est. Hoc est mendacium disertissimum; uno enim consensu tres ejus asseclae edicunt, Jesum hora sexta diei Veneris mortuum, primaque hora noctis Sabbati sepultum et primo mane diei solis e mortuis resuscitatum esse, ita ut in ventre terrae unum diem duasque noctes manserit, nullumque dubium supersit, quin auctores Evangeliorum in hoc loco mentiti sint. Neque enim Jesus de se edixit, neque Deus excelsus in Evangelio suo

عليه السلام لم يخبر عن نفسه ولا اخبر الله تعالى عنه فى انجيله بانّه يقتل ويدفن بل هو كما اخبر الله تعالى فى كتابه العزيز انّهم ما قتلوه وما صلبوه بل رفعه الله اليه فلعنة الله على الكاذبين ولذلك اختلف النصارى بعده وافترقوا فرقًا وعقائدهم كلّها كذب وكفر وحماقة عظيمة وفى اناجيلهم من تبكيتهم ما هو مذكور فى تحفة الاديب وايضا القواعد التى لا يرغب عنها منهم الّا القليل وعليها اجماع جمعهم الغفير وهو التفطير والايمان بالتثليث واعتقاد التحام اقنوم الابن فى بطن مريم والايمان بالفطرة والاقرار بجميع الذنوب للقسيس وهى خمس قواعد بنيت النصرانيّة عليها كلّها كذب وفساد وجهل عصمنا الله تعالى عنها وفى الانسان الكامل لمّا كان اول الانجيل باسم الاب والابن اخذ هذا الكلام قومه على ظاهره فظنّوا انّ الاب والامّ والابن عبارة عن الروح ومريم وعيسى فحينئذ قالوا ثالث ثلثة ولم يعلموا انّ المراد بالاب هو اسم الله تعالى وبالامّ كنه الذات المعبّر عنها بماهيّة الحقائق وبالابن الكتاب وهو الوجود المطلق لانه فرع ونتيجة عن ماهيّة الكنه واليه الاشارة فى قوله تعالى وعنده

---

**pronuntiat, ipsum interfectum et sepultum esse, sed caussa ejus talis est, qualem Deus in libro suo sublimi (Corano) indicat „Illi eum neque interfecerunt neque cruci affixerunt, sed Deus eum ad se sustulit.“ Maledicti igitur sint illi inficiatores; et hanc ob caussam Christiani post eum diversam sunt amplexi sententiam et diversas sectas secuti, eorumque symbola mendaciis, impietate, stultitia gravi composita sunt, et in Evangeliis eorum multa loca reperiuntur, quibus se ipsi invicem refutant, quod in libro *Tohfet el-adîb* demonstratum est. Deinde in articulis fidei, a paucis eorum tantum rejectis, longe plurimi eorum consentiunt, ut in dogmate de jejunii solutione, de trinitate, de incarnatione substantiae filii in ventre Mariae, de natura hominis primitiva incorrupta, de confessione peccatorum omnium coram sacerdote. Haec sunt illa quinque fundamenta, quibus fides Christiana superstructa est, omnia mendaciis, corruptione, ignorantia plena. A nobis Deus ista avertat! — In libro denique *El-Insân El-Kâmil* haec legimus: Cum Evangelium a verbis incipit „Nomine patris et filii,“ hoc dictum Christiani sensu naturali acceperunt, opinantes, patrem, matrem et filium significare Spiritum, Mariam et Jesum, ut tum dicerent „unus de tribus,“ nescientes, patrem indicare nomen Dei excelsi, matrem substantiam essentiae, verbis „quidditate veritatum“ significatam, et filium librum, qui tamen existentia absoluta sit. Ille enim ramus et germen est e quidditate substantiae enatum, quod et verba**

ام الكتاب انتهى وللاناجيل الاربعة تفاسير منها تفسير اليا ابن ملكون الجاثليق
١٣٣٤ انس الارواح   ١٣٣٥ الانس الجليل بتأريخ القدس والخليل للقاضى مجير الدين ابى
اليمن عبد الرحمن العليمى الحنبلى المتوفى سنة ٩٢٧ مجلد اوله الحمد لله المتفضل على
خلقه الخ جمع فيه خلاصة تواريخ القدس واضاف اليه نبذة من الحوادث والوفيات وكان
شروعه فى ذى الحجة سنة ٩٠٠ وفرغ بعد اربعة اشهر   ١٣٣٦ انس الفريد وبغية المريد للشيخ
ابى الفرج عبد الرحمن بن على المعروف بابن الجوزى الحنبلى المتوفى سنة ٥٩٧   ١٣٣٧ انس
اللهفان من كلام عثمان بن عفان لرشيد الدين محمد بن محمد الشهير بالوطواط الكاتب
المتوفى سنة ٥٧٣ جمع فيه مائة كلمة من كلامه رضى الله عنه وشرحها بالفارسية وكذا فعل
فى الجمع من كلام باقى الاربعة رضوان الله تعالى عليهم اجمعين وسمى هذه تحفة الصديق
وفصل الخطاب ومطلوب كل طالب رأيت الجميع فى مجلد   ١٣٣٨ انس المسافرين للامام ابى
عبيد الطوسى   ١٣٣٩ انس المريدين وشمس المجالس لخواجه عبد الله الانصارى

---

illa coranica indicant „Penes eum mater libri est.“ Haec ille. — Commentarii ad quatuor Evangelia exstant, quorum unum *Eliya Ibn Malkun* Catholicus edidit. — 1334. Uns el-arwáh, consortium spirituum. — 1335. El-Uns El-Jelíl, societas insignis facta cum historia Hierosolymorum et Abrahami, auctore Cadhi *Mojír-ed-din Abu'lyemen Abd-el-rahman Alími* Hanbalita, anno 927 (inc. 12. Dec. 1520) mortuo. Volumen, quod incipit ita: Laus Deo longe excellentissimo prae creaturis suis etc. Auctor in eo potiora ex historiis Hierosolymorum collegit, nonnullaque de rebus gestis et virorum insignium mortibus addidit. Incepit librum mense Dzu'lhijjet anni 900 (inc. 2. Oct. 1494), illumque post quatuor menses confecit. — 1336. Uns el-feríd we Bughyet el-moríd, societas solitarii et desiderium tironis, auctore Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali* Hanbalita, vulgo *Ibn-eljauzi* appellato et anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) mortuo. — 1337. Uns el-lahfán, societas afflicti. Effata *Othmán*i *Ben Affán*, quorum *Reshíd-ed-din Mohammed Ben Mohammed* Scriba, vulgo *Wetwát* dictus et anno 573 (inc. 30. Jun. 1177) mortuus, in hoc libro centum collegit; eaque persice commentatus est. Eodem modo in ceterorum quoque quatuor Khalifarum apophthegmatis colligendis versatus est, et haec anthologica *Tohfet el-sadíc*, *Fasl el-khitáb*, *Matlúb kull tálib* inscripsit. Vidi ea omnia uno volumine comprehensa. — 1338. Ins el-mosáfirín, socius peregrinatorum, auctore Imam *Abu Obeid Tusi*. — 1339. Uns el-moridín we Shems el-mejális, societas tironum et sol consessuum, auctore *Khoja Abdallah*

الهروى المتوفى سنة وهو فارسى فى قصّة يوسف عليه السلام اوله الحمد لله الذى ابدع وجود الانسان فى احسن تقويم الخ ١٣٤٠ انس المسافر وجليس الحاضر للشيخ ابى عبد الله محمد بن على بن محمد البغدادى المتوفى سنة ١٣٤١ انس المستأنس ١٣٤٢ انس المنقطعين فى الوعظ لابى محمد معافا بن اسمعيل الشيبانى الموصلى المتوفى سنة ٦٣٠ ذكر فيه ثلثمأئة حديث محذوف الاسانيد وثلثمأئة حكاية ١٣٤٣ انس الوحيد فى خالص التوحيد شرح رسالة رسلان يأتى ١٣٤٤ الانس فى فضائل القدس للقاضى امين الدين احمد بن محمد بن الحسن الشافعى المتوفى سنة اعتمد فيه على ابن عمّه جامع المستقصى وذكر انه قرئ عليه سنه ٦٠٣

١٣٤٥ علم الانساب

وهو علم يتعرّف منه انساب الناس وقواعده الكلّيّة والجزئيّة والغرض منه الاحتراز عن الخطأ

---

*Ansári Herewi*, anno . . . mortuo. Opus persicum de historia Josephi, cui Deus faveat, quod incipit ita: Laus Deo qui existentiam hominis optime constitutam primus creavit etc. — 1340. Ins el-mosáfir we Jelís el-hádhir, sodalis peregrinantis et conviva praesentis, auctore Sheikh *Abu Abdallah Mohammed Ben Ali Ben Mohammed Baghdádi*, anno . . . mortuo. — 1341. Ins el-mostanis, societas ejus, qui societatem inire studet. — 1342. Ins el-moncatiín, socius eorum, qui se in solitudinem abdunt. Liber paraeneticus, trecentas traditiones, quarum auctores omissi sunt, et totidem historias continens, auctore *Abu Mohammed Moáfa Ben Ismaïl Sheibáni Mausili*, anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) mortuo. — 1343. Ins el-wehíd, sodalis solitarii, de praestantia cultus unius Dei. Commentarius ad tractatum *Raslán*i, de quo infra. — 1344. El-Uns fi fedháïl El-Cods, societas de virtutibus Hierosolymorum, auctore Cadhi *Emín-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben-elhasan* Shafiita, anno . . . mortuo. In usum praecipue patruelis sui librum *El-Jámi' El-Mostacsi* vocavit, et monet, se scholas ejus anno 603 (inc. 8. Aug. 1206) audivisse. —

1345. Ilm el-ansáb. Doctrina genealogiarum.

Haec est ea doctrina, qua genealogiae hominum cognoscuntur ejusque regulae generales et speciales. Finis ejus est vitiorum evitatio in genealogiis hominum

في نسب شخص وهو علم عظيم النفع جليل القدر اشار الكتاب العظيم في وجعلناكم شعوبا وقبآئل لتعارفوا الى تفهّمه وحثّ الرسول الكريم في تعلّموا انسابكم تصلوا ارحامكم على تعلّمه. والعرب قد اعتنى في ضبط نسبه الى ان كثر اهل الاسلام واختلط انسابهم بالاعجام فتعذّر ضبطه بالآبآء فانتسب كلّ مجهول النسب الى بلده او حرفته او نحو ذلك حتى غلب هذا النوع وهذا العلم من زياداتي على مفتاح السعادة والعجب من ذلك الفاضل كيف غفل عنه مع انّه علم مشهور طويل الذيل وقد صنّفوا فيه كتبًا كثيرة والذى فتح هذا الباب وضبط علم الانساب هو الامام النسّابة هشام بن محمد بن السائب الكلبى المتوفى سنة ٢٠٤ فانّه صنّف فيه خمسة كتب المنزل والجمهرة والوجيز والفريد والملوك ثمّ اقتفى اثره جماعة اوردنا آثارهم منها

١٣٤٦ انساب الاشراف لابى الحسن احمد بن يحيى البلاذرى المتوفى سنة وهو كتاب كبير كثير الفائدة كتب فيه عشرين مجلّدًا ولم يتمّ ١٣٤٧ انساب الحمير وملوكها للامام عبد

---

deducendis. Illa doctrina autem, cujus cognoscendae studium Coranus commendat his „Et posuimus vos in populos et tribus, ut cognosceretis vos invicem“ utilissima est et pretiosissima. Propheta quoque generosus ad ejus studium incitat effato „Discite genealogias vestras, ita ut uterinos vestros beneficiis obstringatis.“ Arabes semper operam posuerunt in genealogiis suis definiendis, usque dum populus Islamiticus copiosus fieret ejusque origines se cum gentibus exteris miscerent, ita ut demonstrari vix posset, qui singulorum patres fuerint; qua de caussa omnes, quorum origo incognita erat, hanc ad patriam suam vel artem, quam exercebant, vel alias retulerunt, ita ut haec ratio genus suum indicandi praevaleret. — Haec doctrina ad eas pertinet, quae mea auctoritate ad *Miftâh el-seâdet* accesserunt, et sane mirandum est, qua ratione auctor illius libri bene meritus eam omittere potuerit, quamquam doctrina est notissima et late patens. Multa de illa opera composuerunt, et qui primus hanc materiam tractavit et doctrinam genealogiae definivit, Imam et Genealogus *Hishâm Ben Mohammed Ben-elsâïb Kelbi* fuit, qui anno 204 (inc. 28. Jun. 819) obiit, et quinque libros de ea reliquit *El-Munzil*, *El-Jamheret*, *El-Wejîz*, *El-Ferîd* et *El-Molûk*. Postea plures ejus vestigia secuti sunt, quorum monumenta literaria nunc commemorabimus. —

1346. Ansâb el-eshrâf, genealogiae gentilium Mohammedis, auctore *Abu'lhasan Ahmed Ben Yahya Belâdzori*, anno . . . mortuo. Opus magnum et utilissimum, sed non integrum, quamquam auctor viginti volumina conscripserat. — 1347. Ansâb El-Himyar we molukiha, genealogiae Himyaridarum et eorum regum, auctore

الملك ابن هشام صاحب السيرة المتوفى سنة ٢١٣ ١٣٤٨ انساب الرشاطى وهو اقتباس الانوار سبق ذكره مع مختصره ١٣٤٩ انساب الشعرآء لابى جعفر محمد بن حبيب البغدادى النحوى المتوفى سنة ٢٤٥ ١٣٥٠ انساب السمعانى هو الامام ابو سعد عبد الكريم ابن محمد المروزى الشافعى الحافظ المتوفى سنة ٥٦٢ وهو كتاب عظيم فى هذا الفنّ تمامه يكون فى ثمانى مجلّدات لكنّه قليل الوجود ولمّا كان كبير الحجم لخّصه عزّ الدين ابو الحسن على بن محمد ابن اثير الجزرىّ المتوفى سنة ٦٣٠ زاد فيه اشيآء واستدرك على ما فاته وسمّاه اللباب وهو فى ثلاث مجلّدات وفرغ فى جمادى الاولى سنة ٦١٥ وهو احسن من الاصل على قول ابن خلكان ثمّ لخّصه السيوطىّ وجرّده عن المنتسبين وزاد عليه اشيآء وسمّاه لبّ اللباب اوله الحمد لله المنزّه عن الاشباه الخ قال وقد استقصيت كثيرًا ممّا فاتهما واستدركت منه جميعًا غالبه من معجم البلدان لياقوت وهو فى مجلّد صغير الحجم فرغ عنه فى صفر سنة

---

Imam *Abd-el-melek Ibn Hishám*, anno 213 (inc. 22. Mart. 828) mortuo. Idem auctor est libri *Siret.* — 1348. **Ansáb El-Roshâti**, genealogiae, *Ictibás el-anwár* inscriptae et jam antea cum epitome commemoratae, auctore *Roshâti.* — 1349. **Ansáb el-shoará**, genealogiae poëtarum, auctore *Abu Jafar Mohammed Ben Hebîb Baghdádi* Grammatico, anno 245 (inc. 8. Apr. 859) mortuo. — 1350. **Ansáb El-Sem'áni**, genealogiae Imami Shafiitici Háfitz *Abu Sa'd Abd-el-kerîm Ben Mohammed Sem'áni Merwezi*, anno 562 (inc. 28. Oct. 1166) defuncti. Liber de hac materia amplissimus, octo volumina continens, attamen repertu difficilis. Cum tantae esset molis, potiora ejus in epitome, e tribus voluminibus constante et *Lobáb* inscripta, separatim edidit *Izz-ed-din Abu'lhasan Ali Ben Mohammed Ibn Athír Jezeri*, qui anno 630 (inc. 18. Oct. 1232) decessit. Absolvit illam, nonnullis additamentis auctam et iis suppletam, quae *Sem'áni* fugerant, Jomádi primo anni 615 (inc. 30. Mart. 1218). Judice *Ibn-Khallekán* superat hoc opus archetypum praestantia. — Similem epitomen confecit *Soyúti*, qui, omissa posteriorum recensione genealogiam suam ad gentes veteres referentium, nonnulla addidit, illamque inscripsit *Lubb el-lobáb.* Incipit ita: Laus Deo sui similes non habenti etc. — Monet quoque, multa se supplevisse a *Sem'áni* et *Ibn-Athír* omissa et genealogias neglectas maximam partem e lexico geographico *Yacúti* nomine *Moajjem el-buldán* insignito restituere studuisse. Volumen est parvi ambitus, illudque mense Safar anni 873 (inc. 22. Jul. 1468)

ثلاث وسبعين وثمانمائة اقول قد اوردت كتاب اللّب جميعًا فى القسم الثانى من سلّم الوصول الى طبقات الفحول واستدركت عليهم كثيرًا من الانساب ولله الحمد ولخّص ايضا القاضى قطب الدين محمد بن محمد الخيضرى الشافعى المتوفى سنة ٨٩٤ انساب السمعانى وضمّ اليه ما عند ابن اثير والرشاطى وغيرهما من الزيادات وسمّاه الاكتساب ١٣٥١ انساب قريش لابى عبد الله زبير بن بكار القرشىّ المتوفى سنة ٢٥٦ ومختصره لابى فيد مؤرّج بن عمرو البصرى النحوىّ المتوفى سنة ١٩٥ وفيه التبيين لابن قدامة يأتى ١٣٥٢ انساب المحدّثين للحافظ محبّ الدين محمد بن محمود ابن النجّار البغدادىّ المتوفى سنة ٦٤٣ وصنّف فيه ايضا ابو الفضل محمد ابن طاهر المعروف بابن القيسرانىّ المتوفى سنة [٥٠٧] ثمّ ذيّله تلميذه ابو موسى محمد بن عمر الاصفهانى المتوفى سنة ٥٨١ فى جزء ذكر فيه ما اهمله والذيل على الذيل المذكور للحافظ محمد ابن محمد ابن نقطة الحنبلىّ [البغدادى] المتوفى سنة ٦٢٩ وفيه البيان والتبيين يأتى ١٣٥٣ الانساب لابى محمد الحسن بن على المعروف بالقاضى المهذب المتوفى سنة ٥٦١ وهو

---

absolvit. — Ego (sunt verba *Haji Khalfae*) totum opus *Lubb* parti secundae operis mei *Sollem el-wosúl ila tabacát el-fohúl* inserui, et, Deo sit laus, scripta priora multis genealogiis complevi. — Tertiam denique epitomen genealogiarum *Sem'áni*i supplementis *Ibn-Athíri*, *Roshátí*i aliorumque auctam et *Iktisáb* inscriptam, edidit Judex Shafiiticus *Cotb-ed-din Mohammed Ben Mohammed Heidheri*, qui anno 894 (inc. 5. Dec. 1488) exspiravit. — 1351. Ansáb Coreish, genealogiae Coreishidarum, auctore *Abu Abdallah Zobeir Ben Bekkár Coreshi*, anno 256 (inc. 9. Dec. 869) mortuo. Epitomen earum edidit *Abu Feid Mowarrij Ben Amru Basri* Grammaticus, qui anno 195 (inc. 4. Oct. 810) obiit. Easdem genealogias tractavit *Ibn Codáma* in libro *Tebyín*. — 1352. Ansáb el-mohaddithín, genealogiae traditionariorum, auctore Háfitz *Mohibb-ed-din Mohammed Ben Mahmud Ibn-elnejjár Baghdádi*, anno 643 (inc. 29. Mai. 1245) mortuo. De iisdem scripsit *Abu'lfadhl Mohammed Ben Táhir*, *Ibn-elcaiseráni* cognominatus et anno [507 (inc. 18. Jun. 1113)] defunctus. Hujus viri opus continuavit discipulus *Abu Musa Mohammed Ben Omar Isfaháni*, anno 581 (inc. 4. Apr. 1185) defunctus, in fasciculo, in quo ea, quae praeceptorem fugerant, supplevit. Hoc opus denuo continuavit Háfitz *Mohammed Ben Mohammed Ibn Nocta* [*Baghdádi*] Hanbalita, anno 629 (inc. 29. Octbr. 1231) mortuus. — De iisdem genealogiis vide infra *El-Beyán we El-Tebyín*. — 1353. El-Ansáb, opera genealogica, quorum auctores sunt *Abu Mohammed Hasan Ben Ali*, vulgo *El-Cadhi El-Mohadzdzeb* dictus et anno 561 (inc. 7. Nov. 1165) mortuus, qui

كبير فى نحو عشرين مجلّدًا ولابن مهماندار يوسف بن ابى المعالى المتوفى سنة ٧٠٠ ولابى محمد عبد الله بن محمد المعروف بابن السيد البطليوسى المتوفى سنة ٥٢١ [ولابى محمد بن قاسم ابن اصبغ القرطبى النحوى المتوفى سنة ٣٤٠] وللفقيه جمال الدين محمد بن على المدهجن القرشى نسّابة عصره الذى الّفه سنة ٨٨٩ ومن الكتب المؤلّفة فى الانساب المذكورة فى غير هذا المحلّ اقتباس الانوار وبغية ذوى الهمم وتاج الانساب والجوهرة فى نسب النبى صلعم واصحابه العشرة وديوان النسب وشجرة الانساب والاكليل والتعريف بالانساب واجالة المبتدى والقصد والامم الى انساب العرب والعجم واللباب غير لباب ابن اثير والمنصف النفيس فى نسب بنى ادريس ونهاية الادب ١٣٥٤ انسان العيون فى سيرة الأمين المأمون للشيخ على [بن ابرهيم ابن احمد بن ابى الملقب نور الدين] الحلبى [القاهرى الشافعى المتوفى سنة ١٠٤٤] وهو فى مجلّدين ضخمين اوله حمدًا لمن نصر وجوه اهل الحديث الخ ذكر فيه انّ عيون الاثر لابن سيد الناس احسن ما الّف فيه لكن اطال بذكر الاسناد وسيرة الشمس الشامى اتى فيها

---

**magnum librum viginti circiter voluminum conscripsit — *Ibn Mihmándár Yusuf Ben Abi'lmeáli*, anno 700 (inc. 16. Sept. 1300) mortuus — *Abu Mohammed Abdallah Ben Mohammed Botoliusi*, vulgo *Ibn-elseyyid* dictus et anno 521 (inc. 17. Jan. 1127) mortuus — [*Abu Mohammed Ben Cásim Ibn Asbagh Cortubi* Grammaticus, anno 340 (inc. 9. Jun. 951) mortuus] — et *Jemál-ed-din Mohammed Ben Ali Modehjin Coreshi*, Jurisconsultus et temporis sui Genealogus, qui anno 889 (inc. 30. Jan. 1484) scripsit. Alii libri de genealogiis conscripti nec tamen hoc loco commemorati, titulum habent *Ictibás el-anwár we Bughyet dzewi el-himem* — *Táj-el-ansáb we el-jauheret fi neseb el-nebi we as'hábihi el-asharet* — *Diwán el-neseb* — *Shejeret el-ansáb* — *El-Iklíl* — *El-Ta'ríf bi'lansáb* — *Ijálet el-mubtedi* — *El-Casd we El-Amem ila ansáb El-Arab we El-Ajem* — *El-Lobáb*, qui liber non confundendus est cum *Lobáb Ibn Athiri* — *El-Mansaf El-Nefís fi neseb Beni Idrís* — *Niháyet el-edeb.* — 1354. Insán el-oyún, pupilla oculorum. Biographia *Emíni Mamuni* duobus voluminibus crassis comprehensa et a Sheikh *Ali* [*Ben Ibrahim Ben Ahmed Ben Abi El-Molacceb Nur-ed-din*] *Halebi* [*Cáhiri* Shafiita, anno 1044 (inc. 17. Jun. 1634) mortuo] conscripta, quae incipit ita: Laudem ei qui vultus traditionariorum pulchritudine donat etc. Monet ille, opus *Ibn Seyyid-elnási*, *Oyún el-ithr* inscriptum, optimum esse de hac materia compositum, auctorem tamen in commemorandis testi-**

بما هو فى اسماع ذوى الافهام كالمعادات فرأى التلخيص لهاتين السيرتين مع الضميمة اليهما باشارة الشيخ ابى المواهب محمد البكرى ثمّ انّه ذكر شيئًا من ابيات القصيدة الهمزيّة للبوصيرى وتائية السبكى من ديوانه المسمّى ببشرى اللبيب بذكر الحبيب ١٣٥٥ انسان عين المعانى فى التفسير يأتى فى العين ١٣٥٦ الانسان الكامل فى معرفة الاواخر والاوائل مجلّد للشيخ عبد الكريم بن ابرهيم الجيلى الصوفى المتوفى سنة [وكان مولده سنة ٧٦٧] وهو كتاب على اصطلاح الصوفية مشتمل على نيف وستين بابًا اوله الحمد لمن قام بحمده اسم الله تعالى الخ

### ١٣٥٧ علم الانشآء

اى انشآء النثر وهو علم يبحث فيه عن المنثور من حيث انّه بليغ وفصيح ومشتمل على الآداب المعتبرة عندهم فى العبارات المستحسنة واللآئقة بالمقام وموضوعه وغرضه وغايته ظاهرة ممّا ذكر ومباديه مأخوذة من تتبّع الخطب والرسآئل بل له استمداد من جميع العلوم سيما الحكمة

---

moniis nimis longum fuisse; librum autem *Siret Shems-ed-dini El-Shámi* multa continere, quae in auribus intelligentium repetitiones esse videantur; se igitur, a Sheikh *Abu'lmewáhib Mohammed Bekri* excitatum, in animum induxisse, potiora harum duarum biographiarum separatim edere additamentis aucta. Deinde versus nonnullos affert e *Casída Hamzíyet Busírii*, e *Taïyet Sobkii* et e *Diwán Ibn Seyyíd-elnási*, *Boshra el-lebíb bi dzikr el-hebíb* inscripto. — 1355. Insán ain el-meáni, pupilla oculi sententiarum. Commentarius Corani in litera *Aïn* commemorandus. — 1356. El-Insán El-Kámil, homo perfectus. Volumen de cognitione originum et finium, auctore Sheikh *Abd-el-kerím Ben Ibrahím Jíli Sufi*, anno . . . mortuo [et nato anno 767 (inc. 18. Sept. 1365)]. Liber ad terminologiam Suforum conscriptus et plus sexaginta capita complectens, qui incipit ita: Laus ei, cujus laudem ipsum ejus nomen, Allah, praedicat etc. —

### 1357. Ilm el-inshá. Doctrina stili pedestris elegantis.

Haec est ea doctrina, in qua de oratione soluta quaeritur, quatenus sit eloquens et elegans, et regulas praecipue a prosae orationis scriptoribus observatas in dictione venusta et loco suo apte accommodata comprehendat. Objectum ejus, finis et consilium summum e modo dictis apparent. Principia ejus petenda sunt e studio orationum rhythmicarum et epistolarum perpetuo, quin imo ea omnes doctrinas in auxilium vocat, praecipue philosophiam practicam et doctrinas ad legem pertinentes, vitas hominum

العمليّة والعلوم الشرعيّة وسير الكمل ووصايا العقلآء وغير ذلك من الامور الغير المتناهية هذا ما ذكره ابو الخير ويندرج فيه ما اورده فى علم مبادى الانشآء وادواته فلا وجه لجعله علمًا آخر وامّا ابن صدر الدين فانّه لم يذكر سوى معرفة المحاسن والمعآئب ونبذه من آداب المنشىء وزبدة كلامه انّ للنثر من حيث انّه نثر محاسن ومعآئب يجب على المنشىء ان يفرق بينهما فيتحرّز عن المعآئب ولا بدّ ان يكون اعلى كعبًا فى العربيّة محترزًا عن استعمال الالفاظ الغريبة وما يخلّ له بفهم المراد ويوجب صعوبته وان يتحرّز عن التكرار وان يجعل الالفاظ تابعة للمعانى دون العكس اذ المعانى اذا تركت على سجيّتها طلبت لانفسها الفاظًا يليق بها فيحسن اللفظ والمعنى جميعًا وامّا جعل الالفاظ متكلّفة والمعانى تابعة لها فهو كلباس مليح على منظر قبيح فيجب ان يجتنب عمّا يفعله بعض من لهم شغف بايراد شىء من المحسّنات اللفظيّة فيصرفون العناية الى المحسّنات ويجعلون الكلام كانّه غير مسوق لافادة المعنى فلا يبالون بخفآء الدلالات وركاكة المعنى ومن اعظم ما يليق لمن يتعاطى الانشآء ان

---

perfectorum, praecepta intelligentium sapientia, et quae sunt res aliae hujus generis infinitae. — Haec sunt, quae *Abu'lkheir* habet. Hic quoque inserenda sunt, quae de doctrina principiorum stili ejusque adminiculis tradit. Nulla enim ratio adest, cur haec doctrinam singularem constituant. *Ibn Sadr-ed-din* dicit, eam esse cognitionem eorum tantum, quae in oratione placent, et quae displicent, et specimina, quae exhibet, petita sunt e libro *Adáb el-munshi*, et medulla eorum, quae dicit, ad haec potissimum redit. Oratio non ligata, quatenus non ligata est, habet et quae placeant et quae displiceant. Scriptoris igitur est, inter has duas partes bene distinguere, ut evitet quae displiceant. Jam necesse est, ut in cognitione linguae arabicae cothurnatus sit, usu verborum inusitatorum et iis abstineat, quae lectori intelligentiam sensus minuere, et quae difficultatem necessario afferre possint. Declinet deinde repetitiones verbaque eligat, quae notionibus respondeant, nullo modo vice versa, quia ideae, quando indolem suam nativam retinent, ipsae sibi voces quaerunt congruas, ita ut verbum et notio simul probatione digna sint. Uti enim vocibus longe petitis, ita ut sententiae illas subsequantur, perinde est, ac si vestem pulchram staturae foedae induas. Abstinendum igitur est a ratione eorum, qui prurigine laborant, elegantias verborum afferendi, ita ut omnem operam in elegantiis ponant et oratione ita utantur, quasi non ad efferendam sententiam instituatur, ideoque obscuritatem verborum et exilitatem

يكتب ما يراد لا ما يريد كما قيل فى الصاحب والصاق انّ الصاق يكتب ما يراد والصاحب يكتب ما يريد ولا بدّ ان يلاحظ فى كتاب النثر حال المرسِل والمرسَل اليه ويعنون الكتاب بما يناسب المقام انتهى والكتب المصنّفة فيه كثيرة جدًّا منها ابكار الافكار للوطواط [جمال الدين محمد بن ابرهيم بن يحيى الكتبى المتوفى سنة ٧٢٨]

١٣٥٨ انشآء الدوآئر رسالة للشيخ محيى الدين محمد بن على ابن العربى المتوفى سنة ٦٣٨ اولها الحمد لله الذى خلق الانسان على صورته الخ ١٣٥٩ انشاب الكتب فى انساب الكتب للسيوطى ذكر فيه مروياته ١٣٦٠ انشاد الشريد من ضوالّ القصيد لمحمد بن احمد بن محمد اوله الحمد لله الذى منّ علينا الخ ١٣٦١ انشراح الصدور مختصر لبعض الادبآء جمع فيه من شعر الشريف الرضى ١٣٦٢ الانصاف فى الجمع بين الثعلبى والكشاف للامام ابى السعادات مبارك بن محمد ابن الاثير الجزرى المتوفى سنة ٦٠٦

---

sensus non curent. Prae ceteris vero eum, qui se ad studium generis scribendi elegantis applicat, decet scribere, quod requiritur, non quod ipse vult, ut illud proverbium est de puero et magistro „Ille scribit quod requiritur, hic quod vult“. Conditio quoque tam scribentis quam ejus, ad quem scribitur, necessario in oratione pedestri respicienda est, et literae modo convenienti inscribendae sunt. — Haec *Sadr-ed-din*. — Plurimi libri de hac arte compositi sunt, ut *Abkár el-afkár*, auctore *Wetwát* [*Jemál-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Ben Yahya Katbi*, anno 728 (inc. 17. Nov. 1327) mortuo.]

1358. **Inshá el-dewáïr**, exaratio circulorum. Tractatus a Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Ben Ali Ibn-elarabi*, anno 638 (inc. 23. Jul. 1240) mortuo, conscriptus et ita incipiens: Laus Deo, qui hominem ad imaginem suam creavit etc. — 1359. **Insháb el-koteb**, sutura solida lororum de originibus librorum. *Soyúti* in hoc libello ea, quae ex aliis auctoribus derivavit, commemorat. — 1360. **Inshád el-sheríd**, pervestigatio fugitivorum ex errantibus Casidarum, auctore *Mohammed Ben Ahmed Ben Mohammed*. Incipit liber ita: Laus Deo, qui nobis benefecit etc. — 1361. **Inshiráh el-sodúr**, dilatatio pectorum. Compendium, in quo aliquis literarum elegantiorum studiosus poëmata nonnulla *El-Sherífi El-Redhi* collegit. — 1362. **El-Insáf**, justa dijudicatio de conjunctione inter commentarium Corani a *Tha'lebi* confectum et librum *Keshsháf*. Commentarius magnus Corani, in quo Imam *Abu'lseádát Mobárek Ben Mohammed Ibn-elathír Jezeri*, anno 606 (inc. 6. Jul. 1209)

وهو تفسير كبير جمع فيه بين تفسير الثعلبى والزمخشرى ١٣٦٣ الانصاف بالدليل فى اوصاف النيل للشيخ تاج الدين على بن محمد بن الدريهم الموصلى المتوفى سنة ٧٦٢ ١٣٦٤ انصاف فى تمييز الاوقاف لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٣٦٥ الانصاف من مسآئل الخلاف للامام ابى سعد محمد بن يحيى النيسابورى الشافعى المتوفى [شهيدًا] سنة ٥٤٨ ١٣٦٦ انصاف فى مسآئل الخلاف للشيخ ابى الفرج عبد الرحمن ابن على الجوزى الحنبلى المتوفى سنة ٥٩٧ ذكر انّه لم ير تعليقة فى الخلاف غير تعليقة القاضى ابى يعلى فصنّف ١٣٦٧ انصاف فى مسآئل الخلاف بين البصريّين والكوفيّين للشيخ كمال الدين ابى البركات عبد الرحمن بن محمد الانبارى النحوى المتوفى سنة ٥٧٧ ١٣٦٨ [الانصاف فى مسآئل الخلاف لابى بكر محمد بن عبد الله ابن العربى المالكى الاندلسى المتوفى سنة ٥٤٣ وهو فى عشرين مجلّدًا] ١٣٦٩ الانصاف فيما بين العلمآء من الاختلاف للحافظ

---

mortuus, commentarios *Tha'lebii* et *Zamakhsherii* conjunxit. — 1363. **El-Insáf**, dijudicatio justa argumentis subnixa de natura propria Nili, auctore Sheikh *Táj-ed-din Ali Ben Mohammed Ben-eldoreihim Mausili*, anno 762 (inc. 11. Nov. 1360) mortuo. — 1364. **Insáf fi temyíz el-aucáf**, dijudicatio justa de distinctione legatorum, auctore *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. — 1365. **El-Insáf min mesáïl el-khiláf**, tributio justa de quaestionibus locorum controversorum, auctore Imam *Abu Sa'd Mohammed Ben Yahya Nisabúri* Shafiita, mortem [martyrii] oppetente anno 548 (inc. 29. Mart. 1153). — 1366. **Insáf fi mesáïl el-khiláf**, dijudicatio justa de quaestionibus locorum controversorum. Auctor Sheikh *Abu'lfaraj Abd-el-rahman Ben Ali Jauzi* Hanbalita, qui anno 597 (inc. 12. Oct. 1200) decessit, commemorat, se nullam schedam de locis controversis praeter illam, quam Cadhi *Abu Yali* ediderit, vidisse. Itaque ipse rem aggressus est. — 1367. **Insáf fi mesáïl el-khiláf**, dijudicatio justa de quaestionibus locorum, de quibus inter Basrenses et Cufenses disputatum est, auctore Sheikh *Kemál-ed-din Abu'lberakát Abd-el-rahman Ben Mohammed Anbári* Grammatico, anno 577 (inc. 17. Mai. 1181) mortuo. — [1368. **El-Insáf fi mesáïl el-khiláf**, dijudicatio justa de quaestionibus locorum controversorum. Viginti volumina, auctore *Abu Bekr Mohammed Ben Abdallah Ibn-elarabi Andalusi* Malikita, anno 543 (inc. 22. Mai. 1148) mortuo]. — 1369. **El-Insáf**, dijudicatio justa de diversis virorum doctorum opinionibus.

ابى عمرو يوسف بن عبد الله بن عبد البرّ النمرى القرطبى المتوفى سنة ٤٦٣ وهو مختصر اوله الحمد لله ربّ العالمين الذى جعل العلم نورًا للمهتدين الخ ذكر فيه اختلاف العلمآء فى قرآءة البسملة فى الصلوة وفى كونها آية من القرآن ومن الفاتحة ١٣٧٠ الانصاف فى تفضيل العمرة على الطواف للشيخ زين الدين عبد الرحمن بن على الفارسكورى ١٣٧١ الانصاف والاتّصاف للشيخ الرئيس ابى على الحسين بن عبد الله ابن سينا المتوفى سنة ٤٢٨ ١٣٧٢ انعاش الروح بمأثر نصوح للبرهان ابرهيم بن احمد المعروف بابن الملّا الجلبى [المتوفى بعد الثلثين والف بقليل] رسالة فى وقايع نصوح پاشا واليًا على حلب مع عسكر الشام الفها سنة ١٠٢٠ وسلك فيها طريقة الانشآء والسجع ١٣٧٣ انعام الخالق بزيارة خير الخلآئق للشهاب احمد بن محمد بن عبد السلام الشافعى الذى ولد سنة ٨٤٧ رسالة ذكر فيها انّه لخّصها من شفآء الاسقام للسبكى وزاد عليه ١٣٧٤ الانفاس الروحانيّة ١٣٧٥ انفس الاخبار

---

Compendium, in quo Háfitz *Abu Amru Yusuf Ben Abdallah Ben Abd-el-berr Nemiri Cortubi*, anno 463 (inc. 9. Oct. 1070) mortuus, diversas virorum doctorum sententias affert de formula *Bismallah* in precando legenda, et utrum illa sit versus coranicus, an ex ipsa *Fátiha* petita. Incipit tractatus ita: Laus Deo mundorum domino, qui scientiam bene directis lumen fecit etc. — 1370. El-Insáf fi tafdhíl el-umret ala el-tewáf, dijudicatio justa de visitatione sacra *Umret* processioni circa templum praeferenda, auctore Sheikh *Zein-ed-din Abd-el-rahman Ben Ali Fareskúri*. — 1371. El-Insáf we El-Ittisáf, dijudicatio justa et laudatio, auctore Sheikh *Reyis Abu Ali Hosein Ben Abdallah Ibn Sina*, anno 428 (inc. 25. Oct. 1036) mortuo. — 1372. In'ásh el-rúh bi mathar Nasúh, elevatio animi per historiam *Nasúh*i memoria dignam, auctore *Borhán-ed-din Ibrahim Ben Ahmed Jelebi*, vulgo *Ibn-elmolla* appellato [et paulo post annum 1030 (inc. 16. Nov. 1620) mortuo]. Tractatus de iis, quae inter *Nasúh Pasha* Halebi praefectum et exercitum Syriae acciderunt. Scripsit auctor anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) et usus est oratione eleganti et rhythmica. — 1373. In'ám el-khálic, beneficentia creatoris, quam visitatione sepulcri optimi viri inter homines exercuit. Tractatus, quem *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Mohammed Ben Abd-el-selâm* Shafiita, anno 847 (inc. 1. Mai. 1443) natus, ut ipse dicit, ex opere *Shifá el-ascám*, cujus auctor *Sobki* est, summatim extraxit et additamentis auxit. — 1374. El-Anfás El-Ruhániyet, anhelationes spirituales. — 1375. Anfas el-akhbár,

في التأريخ فارسي مجلّد للسيّد شرف الدين الحسيني التبريزي اللالوي الشهير بمير شرف الفه سنة ١٠٢٦ وجعل اسمه تأريخا لتأليفه ورتّب على مقدّمة وثمانية ابواب ١ في اول الخلق ٢ في ملوك الفرس ٣ في السير ٤ في الخلفاء ٥ في الملوك المعاصرين لبني عباس ٦ في ملوك المغول ٧ في الامير تيمور ٨ في آل عثمان وانتهى فيه الى جلوس سلطان مرادخان سنة ١٠٣٢ وتوفي متقاعدا عن القضاء بمحمية اسكدار سنة ١٠٥٠ ١٣٧٦ انفع الوسائل الى تحرير المسائل في الفروع للقاضي برهان الدين ابرهيم بن على الطرسوسي الحنفي المتوفى سنة ٧٥٨ وهو مختصر نافع اوله الحمد لله الذى نور قلوب العلماء الخ جمع فيه المسائل المهمّة ورتّبها على ترتيب كتب الفقه ثمّ لخّصه محمد بن محمد الزهري الحنفي وسمّاه كفاية السائل من انفع الوسائل وربّما زاد عليه اشياء بقلت اوله الحمد لله الذى اوضح دلائل الهداية الخ ١٣٧٧ انقاذ الهالكين للفاضل محمد بن پير على الشهير ببركلي الحنفي المتوفى سنة ٩٨١ وهو رسالة

---

pretiosissima historiarum. Opus historicum uno volumine comprehensum et a *Seyyid Sheref-ed-din Hoseini Tebrízi Lalewi*, vulgo *Mír Sheref* dicto, anno 1026 (inc. 30. Dec. 1616) persice conscriptum. Hic titulum illum elegit ad tempus compositionis significandum, et opus in praefationem disposuit et octo capita — de creationis initio — de regibus Persarum — de biographiis (prophetarum) — de Khalifis — de regibus Abbasidarum aequalibus — de regibus Mogolorum — de Emiro *Timur* — de gente othmanica. — Usque ad annum 1032 (inc. 26. Oct. 1622), quo *Sultan Murad-Khán* thronum occupavit, progressus est, et a munere judicis in urbe Uskudar a Deo protecta remotus anno 1050 (inc. 3. Apr. 1640) obiit. — 1376. Anfa' el-wesáïl, utilissimum adjumentorum ad recognitionem quaestionum de partibus juris specialibus. Compendium utile, in quo Cadhi *Borhán-ed-dín Ibrahím Ben Ali Tarsúsi* Hanefita, anno 758 (inc. 25. Dec. 1356) mortuus, quaestiones graves collegit easque secundum dispositionem librorum juridicorum ordinavit. Incipit ita: Laus Deo, qui corda virorum doctorum illuminavit etc. Postea *Mohammed Ben Mohammed Zohri* Hanefita potiora ejus separatim edidit in epitome inscripta *Kifáyet el-sáïl min anfa' el-wesáïl*, quam saepe additamentis voce „*colto* (dico)“ insignitis auxit. Incipit haec ita: Laus Deo qui argumenta libri *Hidáyet* clara reddidit etc. — 1377. Incádz el-hálikín, liberatio perditorum, auctore viro merito *Mohammed Ben Pír Ali* Hanefita, vulgo *Birgili* dicto et anno 981 (inc. 3. Mai. 1573) mortuo. Tractatus in praefationem et

على مقدّمة واربع مقالات فى عدم جواز وضع الاجزآء بالاجرة ووقف النقود فرغ عنها فى ذى الحجة سنة ٩٦٧ اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ ١٣٧٨ انقضاض البازى فى انقضاض الرازى فى ردّ السرّ المكتوم يأتى ١٣٧٩ انموزج الزمان فى شعرآء الاعيان لابى الفتوح عبد السلام بن يوسف الدمشقى المتوفى سنة ١٣٨٠ انموزج الزمان فى شعرآء قيروان لابى على حسن الازدى المهدوى ١٣٨١ انموزج الطبّ تركى للسيّد محمد رئيس الاطبّآء المتوفى سنة ١٠٤٩ الّفه للوزير رجب پاشا مشتملا على قسمى العلم والعمل والامراض والعلاج والاقراباذنين ورتّب على مقدّمة وستة تعاليم وخاتمة وفرغ فى رمضان سنة ١٠٣٤ ١٣٨٢ انموزج العلوم لذوى البصآئر والفهوم لشمس الدين محمد بن ابرهيم الحلبى الشهير بابن الحنبلى المتوفى سنة ٩٧١ ١٣٨٣ انموزج العلوم للعلّامة جلال الدين محمد بن اسعد الصديقى الدوانى المتوفى سنة ٩٠٧ وهو مختصر جمعه للسلطان محمود اوله الحمد لله المحمود فى كلّ فعاله الخ

---

quatuor libros digestus, in quo auctor non licitum esse statuit, e recitatione sectionum coranicarum lucrum facere et pecuniam praesentem legare. Absolvit illum mense Dzu'lhijjet anni 967 (inc. 3. Oct. 1559), et a verbis incipit: Laus Deo qui librum super servum suum demisit etc. — 1378. Inckidhádh el-bázi, impetus accipitris ex alto delabentis, de detrectatione *Rázii*. Refutatio operis *El-Sirr El-Maktum*, de quo infra videndum. — 1379. Inmúzej el-zemán, exemplum temporis, de poëtis proçerum, auctore *Abu'lfatúh Abd-el-selám Ben Yusuf Dimeshcki*, anno ... mortuo. — 1380. Inmúzej el-zemán, exemplum temporis, de poëtis Cairowanensibus, auctore *Abu Ali Hasan Azdi Mehdewi*. — 1381. Inmúzej el-tibb, typus medicus. Opus turcicum, quod *Seyyid Mohammed* medicorum princeps, anno 1049 (inc. 24. Apr. 1639) defunctus, Weziro *Rejeb Pasha* ita composuit, ut partem medicinae theoreticam et practicam, morbos, eorum medelam et pharmacopoeïam tractaret et totum opus, quod mense Ramadhan anni 1034 (inc. 4. Oct. 1624) absolvit, in praefationem, sex institutiones et conclusionem disponeret. — 1382. Inmúzej el-olúm, exemplum doctrinarum viris perspicacibus et intelligentibus propositum, auctore *Shems-ed-din Mohammed Ben Ibrahim Halebi*, vulgo *Ibn-elhanbali* dicto et anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuo. — 1383. Inmúzej el-olúm, exemplum doctrinarum. Compendium, quod vir eruditissimus *Jelál-ed-din Mohammed Ben As'ad Sadícki Dewáni*, anno 907 (inc. 17. Jul. 1501) defunctus, Sultano *Mahmud* collegit. Incipit ita: Laus Deo qui in omnibus suis actionibus laudem meretur etc. — 1384. Inmúzej

١٣٨٤ انموزج العلوم في مأة مسئلة من مأة فنون للمولى شمس الدين محمد بن حمزة الفنارى المتوفى سنة ٨٣٤ قال صاحب الشقآئق سمعت من بعض احفاده ان الرسالة التى من مأة فنون انّما هى لابنه محمد شاه قال ورأيت للفنارى عشرين قطعة كلّ منها فى فنّ وعبّر اسمآء تلك الفنون بطريق الالغاز امتحانًا لفضلآء عصره ولم يقدروا على تعيين فنونها فضلا عن حلّ مسآئلها على انّه قال فى خطبته وذلك عجالة يوم وشرح هذه الرسالة ابنه محمد شاه وعيّن اسامى الفنون وبيّن المناسبة فيما ذكره من الالغازات وحلّ مشكلات مسآئلها ونظم عقيب كلّ قطعة منها قطعة اخرى قال فى بعضها قلت مؤكّدًا وفى بعضها قلت مجيبًا وانى باحسن الاجوبة وذكر انّ والده لمّا سافر الى قرامان كتبها اختبارًا لعلمآئها لانّهم كانوا يجاحدون فضله فرغ سنة ٨٢٤ انتهى وله رسالة فى عدّة مسآئل من الفنون العقليّة سمّاها عويصات الافكار ١٣٨٥ انموزج الفنون للمولى محمد بن على الشهير بسپاهى زاده المتوفى سنة ٩٩٧

---

el-olúm, exemplum doctrinarum de centum quaestionibus e centum disciplinis, auctore Molla *Shems-ed-din Mohammed Ben Hamza Fenári*, anno 834 (inc. 19. Sept. 1430) mortuo. Auctor libri *El-Shecáïc*: Audivi, inquit, a quodam cognatorum *Fenárii*, tractatum, qui capita e centum disciplinis desumta tractet, a *Mohammed Shah* filio potius esse compositum. Deinde pergit: Ipse viginti strophas (*Kit'et*) vidi a *Fenári* editas, quae singulae unam tractant disciplinam. Nomina harum disciplinarum aenigmatibus involvit, viros suae aetatis meritos exploraturus. Attamen hi disciplinas illas definire non potuerunt, nedum earum quaestiones solverent, quamquam in praefatione diserte dicit, opus esse unius diei praecipitatum. Tum *Mohammed Shah* ejus filius hunc tractatum commentatus est, et nominibus disciplinarum definitis relationeque rerum aenigmatice propositarum explicata, difficultates illarum quaestionum solvit. Ad finem singularum stropharum aliam stropham condidit, se pracedentem vel corroborare vel ad eam respondere velle dicens. Dedit autem responsa pulcherrima et narrat patrem suum in Caramaniam profecturum quaestiones has ad viros doctos illius regionis exprobandos composuisse, cum meritis ejus detrectare studuissent. Opus autem absolvit anno 824 (inc. 6. Jan. 1421). — Hactenus auctor *El-Shecáïc*. — Idem *Fenári* libellum de pluribus quaestionibus e disciplinis philosophicis edidit inscriptum *Awísát el-afkár*. — 1385. Inmúzej el-fonún, exemplum doctrinarum, in quo Molla *Mohammed Ben Ali* vulgo *Sipáhizadeh* dictus et anno 997 (inc. 10. Nov. 1588)

اورد فيه مسائل من التفسير والحديث والكلام والاصول والفقه والبيان والطبّ اوله الرحمن علّم القران الخ ١٣٨٦ انموزج الفنون للعلّامة حبيب الله الشهير بميرزاجان الشيرازى المتوفى سنة ٩٩٤ اوله جلّ وعلا من تحيّر عقول العارفين فى كنه جماله الخ وهو رسالة مشتملة على مباحث يسيرة من الفنون ١٣٨٧ انموزج العيال فى نقل العوال ١٣٨٨ انموزج الكشاف تعليقة عليه يأتى ١٣٨٩ انموزج اللبيب فى خصائص الحبيب لجلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ مختصر اوله الحمد لله الذى اتقن بحكمته كل شىء الخ ذكر فيه انّه لخّصه من كتابه الكبير فى الخصائص وجعله على بابين الاول فى التى اختصّ بها عليه السلام عن جميع الانبياء والثانى فى التى اختصّ بها عن امّته [وعليه شرحان لعبد الرؤوف ابن تاج الدين بن على الحدادى المناوى المتوفى سنة ١٠٣١ الاول سمّاه فتح الرؤف المجيب وهو صغير والثانى سمّاه توضيح فتح الرؤف المجيب وهو كبير ونظمه الفاضل الاديب

---

mortuus, quaestiones ex exegesi coranica, e re traditionaria, metaphysica, principiis religionis, jurisprudentia, doctrina expositionis et medicina proponit. Incipit ita: Deus misericors homines docuit Coranum etc. — 1386. Inmúzej el-fonún, exemplum doctrinarum, auctore viro doctissimo *Hebíb-Allah El-Shírázi*, vulgo *Mirzaján* dicto et anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuo. Tractatus paucas disquisitiones literarias continens et ita incipiens: Celebretur et laudibus efferatur, prae cujus substantia eximia mentes spiritualium obstupefiunt etc. — 1387. Inmúzej el-iyál, exemplum domesticorum, de afferendis traditionibus, quae ad prophetam auctorem referri possunt. — 1388. Inmúzej el-keshsháf, appendix ad commentarium coranicum *Keshsháf*, de quo infra videatur. — 1389. Inmúzej el-lebíb, exemplum cordato propositum de virtutibus amici Dei propriis, auctore *Jelál-ed-dín Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuo. Compendium ita incipiens: Laus Deo, qui sapientia sua res omnes accurate cognoscit etc. Summatim illud auctor, ut ipse narrat, e libro suo majori de virtutibus prophetae propriis excerpsit et in duo capita disposuit — primum de iis, quae Mohammedi prae omnibus prophetis — secundum de iis, quae ei prae populo suo propriae sunt. [Duos ad hanc epitomen commentarios *Abd-el-rawúf Ben Táj-ed-dín Ben Ali Heddádi Monáwi*, qui anno 1031 (inc. 6. Nov. 1622) mortuus est, composuit, minorem *Fat'h el-rawúf el-mujíb* inscriptum, et majorem titulo *Taudhíh fat'h el-rawúf el-mujíb* insignitum. Poëtice exarata est a viro merito et literarum

ابو النجاح احمد المنينى يأتى] ١٣٩٠. انموزج فى النحو للعلّامة جار الله ابى القاسم محمود بن عمر الزمخشرى المتوفى سنة ٥٣٨ اقتضبه من المفصّل وجعله مقدّمة نافعة للمبتدى كالكافية فشرحه الفاضل الشهير بزين العرب وجمال الدين محمد بن عبد الغنى الاردبيلى المتوفى سنة اوله الحمد لله الذى جعل العربيّة مصباحًا للبيان الخ وهو شرح بقوله ألّفه لعلاء الدين احمد بن عماد الكاشى وصدر الافاضل القاسم بن الحسين الخوارزمى ولد فى سنة ٥٥٥ وجعل تلميذ المصنّف ضياء الدين المكى كتابًا كالشرح وسمّاه الكفاية وسيأتى ١٣٩١ انموزج فى النحو لابى الفضل احمد بن محمد الميدانى المتوفى سنة ٥١٨ ١٣٩٢ انموزج فى اللغة لابى على الحسن بن رشيق القيروانى المتوفى سنة ٤٥٦ ١٣٩٣ انواء الغيث فى اسماء الليث لمجد الدين محمد بن يعقوب الفيروزابادى المتوفى سنة ٨١٧ ١٣٩٤ انوار الآثار فى فضل النبى المختار للحافظ شهاب الدين احمد بن معد الاقليشى النجيبى المتوفى سنة ٥٥٠.

---

elegantiorum studioso *Abu'lnejáh Ahmed Moneiná*, de qua paraphrasi infra videatur]. — 1390. Inmúzej fi el-nahw, exemplum. Opus grammaticum, quod vir doctissimus *Járallah Abu'lcásim Mahmud Ben Omar Zamakhsheri*, anno 538 (inc. 16. Jul. 1143) mortuus, ex opere *Mofassil* excerpsit et ita adornavit, ut ad instar grammaticae *Kafiya* tironi introductio esset utilis. Illud commentati sunt vir meritus vulgo *Zein-el-arab* dictus — deinde *Jemál-ed-din Mohammed Ben Abd-el-ghani Ardebíli*, anno . . . mortuus, qui ita incipit: Laus Deo, qui linguam Arabicam lucernam fecit eloquentiae etc. — Hic commentarius argumentum tantum textus continet et in usum *Alá-ed-dini Ahmed Ben Imád Káshi* conscriptus est — et *Sadr-elafádhil Cásim Ben-elhosein Khowarezmi*, qui anno 555 (inc. 12. Jan. 1160) natus est. *Dhiyá-ed-din Mekki* quoque, auctoris discipulus, librum ad instar commentarii *Kifáyet* inscriptum et infra commemorandum confecit — 1391. Inmúzej fi el-nahw, exemplum. Opus grammaticum, auctore *Abu'lfadhl Ahmed Ben Mohammed Meidáni*, anno 518 (inc. 19. Feb. 1124) mortuo. — 1392. Inmúzej fi el-loghet, exemplum. Opus lexicologicum, auctore *Abu Ali Hasan Ben Reshíc Cairowáni*, anno 456 (inc. 25. Dec. 1063) mortuo. — 1393. Anwá el-gheith fi asmá el-leith, sidera pluviae de nominibus leonis, auctore *Majd-ed-din Mohammed Ben Yacúb Firuzabádi*, anno 817 (inc. 23. Mart. 1414) mortuo. — 1394. Anwár el-athár, lumina monumentorum de praestantia prophetae electi, auctore Háfitz *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Maadd Oclíshi Nejíbi*, anno 550 (inc. 7. Mart. 1155) mortuo. — 1395. Anwár

١٣٩٥ انوار الاحداق فارسى للشيخ على بن محمد الشهير بمصنّفك المتوفى سنة ٨٧٥ الّفه للوزير محمود پاشا ١٣٩٦ انوار الافكار فى شرح المنار يأتى ١٣٩٧ الانوار الباهرات فى القرآات ١٣٩٨ انوار البروق فى انواع الفروق للشيخ شهاب الدين احمد بن ادريس [الصنهاجى] القرافى المالكى المتوفى سنة ٦٨٤ وهو مجلّد كبير اوله الحمد لله فالك الاصباح الخ جمع فيه خمسمأئة واربعين قاعدة من القواعد الفقهيّة ١٣٩٩ انوار البوارق فى ترتيب شرح المشارق يأتى ١٤٠٠ انوار البهجة شرح المنفرجة يأتى فى القاف ١٤٠١ الانوار البهيّة فى شرح الفرائض الاشتهيّة وفى شرح الفرائض الرحبيّة ايضا يأتى ١٤٠٢ انوار التنزيل واسرار التأويل فى التفسير للقاضى الامام العلّامة ناصر الدين ابى سعيد عبد الله بن عمر البيضاوى الشافعى المتوفى بتبريز سنة خمس وثمانين وستمأئة وقيل سنة ٦٩٢ ذكر التاج السبكى فى الطبقات الكبرى انّ البيضاوى لمّا صُرف عن القضآء بشيراز رحل الى تبريز وصادف

---

el-ahdác, lumina pupillorum. Opus persicum, quod Sheikh *Ali Ben Mohammed*, vulgo *Mosannifec* dictus et anno 875 (inc. 30. Jun. 1470) mortuus, Weziro *Mahmud Pasha* composuit. — 1396. Anwár el-afkár, lumina cogitationum. Commentarius operis *Menár*, infra commemorandi. — 1397. El-Anwár El-Báhirát, lumina splendentia, de recensionibus coranicis. — 1398. Anwár el-borúc fi anwá' el-forúc, lumina fulminum de generibus discriminum. Volumen magnum, in quo Sheikh *Shehâb-ed-din Ahmed Ben Idrís* [*Sinhâji*] *Carâfi* Malikita, anno 684 (inc. 9. Mart. 1285) mortuus, quingenta quadraginta statuta juris fundamentalia collegit. Incipit ita: Laus Deo aurorarum scissori etc. — 1399. Anwár el-bewáric, lumina nubium fulgurantium. Dispositio commentarii operis *Meshâric*, de quo infra videas, in sectiones et capita. — 1400. Anwár el-behjet, lumina pulchritudinis. Commentarius poëmatis *Munfarijet*, de quo in litera *Câf* sermo erit. — 1401. El-Anwár El-Bahíyet, lumina splendentia. Commentarii ita inscripti ad opera *El-Ferâïdh El-Ishtehiyet* et *El-Ferâïdh El-Rahbiyet*. De his vide infra. — 1402. Anwár el-tenzíl we asrár el-tawíl, lumina revelationis et mysteria interpretationis allegoricae. Commentarius ad Coranum, auctore Cadhi et Imám doctissimo *Nâsir-ed-din Abu Saïd Abdallah Ben Omar Beidhâwi* Shafiita, mortuo *Tebrízi* anno 685 (inc. 27. Febr. 1286), vel ut alii dicunt, 692 (inc. 12. Dec. 1292). *Tâj-ed-din Sobki* in opere *El-Tabacât El-Kobra* narrat hanc historiam. *Beidhâwi* cum a munere judicis *Shirâzi* remotus *Tebrizum* migrasset et hanc urbem ingressus

دخوله اليها مجلس درس لبعض الفضلآء فجلس فى آخريّات القوم بحيث لم يعلم به احد فذكر المدرّس نكتة زعم انّ احدًا من الحاضرين لا يقدر على جوابها وطلب من القوم حلّها والجواب عنها فان لم يقدروا فالحلّ فقط فان لم يقدروا فاعادتها فشرع البيضاوى فى الجواب فقال لا اسمع حتى اعلم انّك فهمت فخيّره بين اعادتها بلفظها او معناها فبهت المدرّس فقال اعدها بلفظها فاعادها ثمّ حلّها وبيّن اوّلا فى ترتيبه ايّاها خللا ثمّ اجاب عنها وقابلها فى الحال بمثلها ودعى المدرّس الى حلّها فتعذّر عليه ذلك وكان الوزير حاضرًا فاقامه من مجلسه وادناه الى جانبه وسأله من انت فاخبره انّه البيضاوى وانّه جآء فى طلب القضآء بشيراز فاكرمه وخلع عليه فى يومه وردّه انتهى وقيل انّه طال مدّة ملازمته فاستشفع من الشيخ محمد ابن محمد الكحتانى فلمّا اتاه على عادته قال انّ هذا الرجل عالم فاضل يريد الاشتراك مع الامير فى السعير يعنى انّه يطلب منكم مقدار سجادة فى النار وهى مجلس الحكم

---

forte in scholam doctoris cujusdam bene meriti incidisset, in ultimis discipulorum subselliis consedit, ne quis eum animadverteret. Professor quaestionem subtilem proposuit opinans, fore ut nemo praesentium ad eam respondere possit. Itaque auditoribus ut eam solverent et ad eam responderent mandavit, quodsi hoc non possent, ut modo solverent, et si nec huic rei pares essent, ut eam repeterent. Tum **Beidháwi** ad eam respondere coepit; at professor eum interpellans: Nolo te audire, inquit, antequam scio, te rem intellexisse. Jam **Beidháwi** ei optionem dedit, utrum eam repeti cuperet ad verbum an ad sensum. Professor obstupefactus eam repeti ad verbum jussit. Quod **Beidháwi** fecit. Cum deinde quaestionem solvens professorem in ea disponenda vitium aliquod commisisse primum monstrasset, ad eam respondit, et statim similem quaestionem contra proponens, eam ut solveret, professorem hortatus est. Huic tamen ad rem expediendam vires non suffecerunt. Wezirus, qui praesens erat, **Beidháwi**um de subsellio surgere et ad latus suum accedere jussit. Interroganti illi: Quinam esset? hic: Appellor **Beidháwi**, respondit, et huc veni, munus judicis in urbe **Shíráz** repetiturus. Quo audito ille eum cum dignitate excepit, vestibusque honorificis donatum in munus restituit. — Haec ille. — Narrant autem alii, eum longius sine ullo fructu ibi versatum esse, ideoque deprecationem Sheikhi **Mohammed Ben Mohammed Kehtáni** implorasse. Sheikh igitur cum illum aliquando, ut solebat, adiret: Hic vir, exclamavit, qui doctus est et bene meritus, societatem quaerit cum Emiro in igne damnatorum. Voluit autem hoc: Frustum strati a vobis petit, in quod in igne, sub quo locum judicii

فتاثّر الامام البيضاوى من كلامه وترك المناصب الدنيويّة ولازم الشيخ الى ان مات وصنّف التفسير باشارة شيخه ولمّا مات دفن عند قبره وتفسيره هذا كتاب عظيم الشأن غنى عن البيان ولخّص فيه من الكشاف ما يتعلّق بالاعراب والمعانى والبيان ومن التفسير الكبير ما يتعلّق بالحكمة والكلام ومن تفسير الراغب ما يتعلّق بالاشتقاق وغوامض الحقائق ولطائف الاشارات وضمّ اليه ما روى زناد فكره من الوجوه المعقولة والتصرّفات المقبولة فجلا رين الشكّ عن السريرة وزاد فى العلم بسطة وبصيرة كما قال مولانا المنشى      شعر

اولوا الالباب لم يأتوا      بكشف قناع ما يتلى
ولكن كان للقاضى      يد بيضآء لا تبلى

ولكونه متبحّرا جال فى ميدان فرسان الكلام فاظهر مهارته فى العلوم حيثما يليق بالمقام كشف القناع تارة عن وجوه محاسن الاشارة وملح الاستعارة وهتك الاستار اخرى عن اسرار

---

intellexit, ad precandum procumbere possit. Imam *Beidháwi* his verbis gravissime affectus honoribus mundi se abdicavit, et Sheikho usque ad ejus mortem deditus fuit. Commentarium quoque scripsit a doctore suo excitatus, et cum mortuus esset, juxta sepulcrum ejus est humatus. Ille commentarius autem tantam celebritatem est adeptus, ut descriptione ejus accuratiore supersedere possimus. Inseruit ei summatim ex opere *Keshsháf*, quae ad doctrinam flexionum finalium, sententiarum et expositionis pertinent, ex *El-Tefsír El-Kebír*, quae habet philosophica et metaphysica, e commentario *Rághibi*, quae etymologiam, subtilitates tectas et significationes acutas spectant. Deinde ingeniosas expositiones sententiasque pro libidine conformatas et valde commendandas, quae proprium judicium ei suppeditaverat, addidit, ita ut sordes dubitationis a secretis ablueret et scientiam tam ambitu quam perspicuitate augeret, quod Molla noster *El-Munshi* his versibus expressit:

Viri cordatissimi vela contextus coranici aperire non potuerunt,
*Cadhi* vero (ad instar Mosis) manum adeptus est albam, quae nunquam peribit.

Cum eruditione esset instructus amplissima, in hippodromo equorum orationis exsultavit, ita ut ingenii acumen in doctrinis demonstraret, quemadmodum loco suo congruebat. Modo vela de faciebus elegantiarum indicationis et leporum dictionis metaphoricae reduxit, modo involucra a notionum intellectualium mysteriis manu

المعقولات بيد الحكمة ولسانها وترجمان الناطقة وبيانها فحلّ ما اشكل على الآنام وذلل لهم صعب المرام واورد فى المباحث الدقيقة ما يؤمن به عن الشبه المضلّة واوضح لهم مناهيج الادلّة والذى ذكره من وجوه التفسير ثانيًا او ثالثًا او رابعًا بلفظ قيل فهو ضعيف ضعف المرجوح او ضعف المردود واما الوجه الذى تفرّد فيه وظنّ بعضهم انّه ممّا لا ينبغى ان يكون من الوجوه التفسيريّة السنيّة كقوله وحمل الملائكة العرش وحفيفهم حوله مجاز عن حفظهم وتدبيرهم له ونحوه فهو ظنّ من لعلّه يقصر فهمه عن تصوّر مبانيه ولا يبلغ علمه الى الاحاطة بما فيه فمن اعترض بمثله على كلامه كانّه ينصب الحبالة للعنقآء ويروم ان يقنص نسر السمآء لانّه مالك زمام العلوم الدينيّة والفنون اليقينيّة على مذهب اهل السنة والجماعة وقد اعترفوا له قاطبة بالفضل المطلق وسلموا اليه قصب السبق فكان تفسيره يحتوى فنونا من العلم وعرة المسالك وانواعًا من القواعد مختلفة الطرآئف وقلّ من برز فى فنّ الا وصدّه عن

---

philosophiae ejusque linguae et interpretatione expositioneque animae rationalis removit, ita ut, quae hominibus intellectu difficilia erant, explicaret, et quae desideriis eorum molestiam creabant, imperio eorum subjiceret. Disquisitiones subtiles ita instituit, ut eas contra ambiguitates captiosas muniret, lectoribusque argumentorum vias aperuit. Quos autem modos interpretationis, usus formula „dicitur," secundo et tertio et quarto loco affert, aut non probabiles sunt et aliis interpretationibus praeponderantur, aut plane sunt rejiciendi. Quodsi nonnulli opinantur, interpretationes ipsi proprias minime justis interpretationis modis annumerandas esse, ut e. c. portationem throni per angelos et strepitum volatus eorum circumquaque audiendum metaphoricum sensum continere vult sollicitudinis et curae, qua thronum portent, et quae sunt similia, haec est opinio eorum, quorum ingenium fortasse angustius est, quam ut rationes interpretationum ejus intelligere possint, et quorum scientia ad sensum inveniendum non sufficit. Qui his similibusque argumentis ejus expositionem impugnat, similis est aucupi, qui avi *Anca* plagas tendit, aquilam coeli captare studens. Ille enim habenas doctrinarum religionis et disciplinarum de objectis fidei ad mentem asseclarum Sunnae et virorum doctorum consensum tenet, ideoque omnes ejus meritum absolutum agnoscunt eique palmam praestantiae tribuunt. Et profecto commentarius ejus capita doctrinae continet difficilia accessu et rerum capitalium species methodis tractationis diversas. Raro enim fit, ut, qui in scientia aliqua excellit, haec illum a rebus extra eam positis non abstrahat eumque occupatum teneat. „Vir, ut in proverbio est,

سواه وشغله والمرء عدوّ ما جهله فلا يصل الى مرامه الّا من نظر اليه بعين فكره ولعمى عين هواه واستعبد نفسه فى طاعة مولاه حتى يسلم من الغلط والزلل ويقتدر على ردّ السفسطة والجدل وامّا اكثر الاحاديث التى اوردها فى اواخر السور فانّه لكونه ممّن صفت مرآة قلبه وتعرّض لنفحات ربّه تسامح فيه واعرض عن اسباب التجريح والتعديل ونحا نحو الترغيب والتأويل عالمًا بانّها ممّا فاه صاحبه بزور ودلّى بغرور والله عليم بذات الصدور ثمّ انّ هذا الكتاب رزق من عند الله بحسن القبول عند جمهور الافاضل والفحول فعكفوا عليه بالدرس والتحشية فمنهم من علّق تعليقة على سورة منه ومنهم من حشى تحشية تامّة ومنهم من كتب على بعض مواضع منه امّا الحاشية التامّة عليه فكثيرة منها حاشية العالم الفاضل محيى الدين محمد بن الشيخ مصلح الدين مصطفى القوجوى المتوفى سنة ٩٥١ وهى اعظم الحواشى فائدة واكثرها نفعًا واسهلها عبارة كتبها اوّلا على سبيل الايضاح والبيان للمبتدى فى ثمانى مجلّدات

---

adversatur iis, quae nescit.“ Is autem non nisi sensum *Beidháwi*i percipit, qui meditationis oculo illum inspicit, oculum libidinis propriae occaecat et animam obedientiae domini sui tanquam servam subjicit, ut ab hallucinationibus et erroribus muniatur, et sophistas et dialecticos refellere possit. Quod autem plurimas traditionum ab eo in fine Suratarum allatarum attinet, in iis quidem ut vir, qui puris ingenii dotibus praeditus est, et cujus pectus afflatibus Dei patet, non sollicitus fuit, neque in causas improbationis et probationis inquisivit, id autem voluit, ut homines ad legendas illas Suratas allicerentur. Saepe traditiones allegorice explicuit, haud ignorans, has iis rebus annumerandas esse, quarum auctores mera tantum mendacia fundere et dolis ludere voluerunt. Deus autem secretorum interiorum omnium scientissimus est. — Nihilominus vero hic liber gratia Dei a meliore virorum bene meritorum et eruditissimorum parte benigne exceptus est, ita ut ad eum exponendum et glossis augendum se accingerent. Alii appendices ad hanc vel illam Suratam ejus ediderunt, alii eum totum glossis instruxerunt, alii ad nonnullos tantum locos illas scripserunt. Glossas totum commentarium amplectentes multi composuerunt, ut vir doctus et bene meritus *Mohyi-ed-din Mohammed Ben-elsheikh Moslih-ed-din Mustafa Cujewi*, anno 951 (inc. 25. Mart. 1544) mortuus, cujus glossae eruditione omnium plenissimae, ad discendum utilissimae et dictione facillimae sunt. Primum quidem eas in octo voluminibus conscripsit, tironibus commentarium exhibiturus perspicuum et planum;

ثمّ استأنفها ثانيًا بنوع تصرّف فيه وزيادة عليه فانتشر هاتان النسختان وتلاعب بها ايدى النسّاخ حتى كاد ان لا يفرق بينهما ولبعض الفضلاء منتخب تلك الحاشية ولا يخفى انّها من اعزّ الحواشى واكثرها قيمة واعتبارًا وذلك لبركة زهده وصلاحه وحاشية العالم مصلح الدين مصطفى بن ابرهيم المشهور بابن التمجيد معلّم السلطان محمد خان الفاتح وهى مفيدة جامعة ايضا لخّصها من حواشى الكشاف فى ثلاث مجلّدات وحاشية الفاضل القاضى زكريا بن محمد الانصارى المصرى المتوفى سنة ٩١٠ وهى فى مجلّد سمّاه فتح الجليل ببيان خفى انوار التنزيل اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ نبّه فيه على الاحاديث الموضوعة التى فى اواخر السور وحاشية الشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ وهى فى مجلّد ايضا سمّاه نواهد الابكار وشوارد الافكار وحاشية الفاضل ابى الفضل القرشى الصديقى الخطيب المشهور بالكازرونى المتوفى فى حدود سنة ٩٤٠ وهى حاشية لطيفة فى مجلّد اورد فيها من الدقائق والحقائق ما لا يحصى اوله الحمد لله انزل آيات بيّنات

---

deinde vero opus denuo aggressus est, hic et illic pro libidine excurrens et additamentis augens. Hae duae recensiones foras elatae in manibus librariorum adeo libidinose sunt tractatae, ut vix distingui possent, quae hujus vel illius essent. Vir aliquis potiores harum glossarum cum delectu edidit, neque latet, eas glossarum praestantissimas esse, pretiosissimas et admodum magni faciendas, quandoquidem auctor ob pietatem suam asceticam et virtutem a Deo beneficiis summis est ornatus — porro vir doctus *Moslih-ed-din Mustafa Ben Ibrahim*, Sultani *Mohammed Khan* Expugnatoris praeceptor, vulgo *Ibn-eltemjíd* dictus. Hujus quoque glossae tribus voluminibus comprehensae ad discendum utiles et copiosae sunt, easque auctor e glossis ad commentarium *Keshsháf* delegit — Cadhi bene meritus *Zakariya Ben Mohammed Ansári Misri*, anno 910 (inc. 14. Jun. 1504) mortuus, qui in volumine, *Fat'h el-jelíl bi beyán khafi Anwár el-tenzíl* inscripto et ita incipiente: Laus Deo, qui librum super servum suum demisit etc., animos lectorum ad traditiones in finibus Suratarum adjectas et perperam prophetae attributas advertit — Sheikh *Jelál-ed-din Abd-el-rahman Ben Abi Bekr Soyúti*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus volumen *Newáhid el-abkár we Shewárid el-afkár* inscriptum est — vir bene meritus *Abu'lfadhl Coreshi Sadícki Khatíb* (concionator), vulgo *Kazerúni* dictus et circa annum 940 (inc. 23. Jul. 1533) mortuus, qui in glossis suis elegantibus et uno volumine comprehensis innumerabilia subtiliter et acriter monet. Incipiunt ita: Laus Deo

محكمة الخ وحاشية شمس الدين محمد بن يوسف الكرمانى المتوفى سنة ٧٨٦ فى مجلد ايضا اوله الحمد لله الذى وفقنا للحوض الخ وحاشية العالم الفاضل محمد بن جمال الدين ابن رمضان الشروانى فى مجلدين اوله قال الفقير بعد حمد الله العالم العلّام الخ وحاشية الفاضل صبغة الله وهى كبرى وصغرى جمع من ثمان عشر حاشية وحاشية الشيخ الفاضل جمال الدين اسحق القرامانى المتوفى سنة ٩٣٣ وهى حاشية مفيدة جامعة وحاشية العالم المشهور بروشنى الايدينى وحاشية الشيخ محمود بن الحسين الافضلى الحاذق الشهير بالصادق الكيلانى المتوفى فى حدود سنة ٩٧٠ وهى من سورة الاعراف الى اخر القران سمّاه هداية الرواة الى الفاروق المداوى للعجز عن تفسير البيضاوى فرغ من تحريره سنة ٩٥٣ وحاشية الشيخ بابا نعمة الله بن محمد النخجوانى المتوفى فى حدود سنة ٩٠٠ وحاشية العالم مصطفى بن شعبان الشهير بالسرورى المتوفى سنة ٩٦٩ وهى كبرى وصغرى اول الكبرى الحمد لله الذى جعلنى كشاف القران الخ ذكر العاشق فى ذيل الشقائق انّه كان يكتب كلّ ما يخطر بالبال

---

versus planos et distinctos revelanti etc. — ***Shems-ed-din Mohammed Ben Yusuf Kermáni***, anno 786 (inc. 24. Febr. 1384) mortuus, cujus volumen ita incipit: Laus Deo, qui nos ad piscinam paradisi disposuit etc. — vir doctus et bene meritus ***Mohammed Ben Jemál-ed-din Ben Ramadhán Shirwáni***, cujus duo volumina ita incipiunt: Dicit pauper: Post laudem Dei sapientis et omniscientis etc. — vir bene meritus ***Sibghetallah***, qui recensionem duplicem, majorem et minorem edidit, et ex octodecim glossatoribus congessit — Sheikh bene meritus ***Jemál-ed-din Is'hac Caramáni***, anno 933 (inc. 8. Oct. 1526) mortuus, cujus glossae ad discendum utiles et copiosae sunt — vir doctus ***Eidíni***, vulgo ***Rusheni*** dictus — Sheikh ***Mahmud Ben-elhosein Afdheli Hádzicki Kiláni***, vulgo ***Sádicki*** dictus et circa annum 970 (inc. 31. Aug. 1562) mortuus, cujus glossae partem Corani a Surata septima nomine ***Aráf*** insignita usque ad ultimam complectuntur, et ***Hidáyet el-rowwát ila el-farúc el-modáwi lil ajz an Tefsír El-Beidháwi*** inscriptae sunt. Earum conceptionem anno 953 (inc. 4. Mart. 1546) ad finem perduxit — Sheikh ***Baba Nimetallah Ben Mohammed Nakhjiwáni***, circa annum 900 (inc. 2. Oct. 1494) mortuus — vir doctus ***Mustafa Ben Sha'bán***, vulgo ***Sorúri*** dictus et anno 969 (inc. 11. Sept. 1561) mortuus, qui majorem et minorem glossarum librum composuit. Incipit ille ita: Laus Deo, qui me interpretem Corani fecit etc. — ***El-Ashic*** in libro, quem ad continuandum opus ***El-Shecáïc*** composuit, commemorat, illum omnia, quae mentem prima cogitatione

فى بادى النظر والمطالعة ولا ينظر اليه بعد ذلك وحاشية المولى الشهير بمنا وعوض المتوفى سنة ٩٩٤ وهى فى نحو ثلثين مجلّدًا وحاشية الشيخ ابى بكر احمد ابن الصائغ الحنبلى المتوفى سنة ٧١٤ وسمّاه الحسام الماضى فى ايضاح غريب القاضى شرح فيه غريبه وضمّ اليه فوآئد كثيرة وامّا التعليقات والحواشى الغير التامّة فكثيرة جدًّا فنذكر منها ما وصل الينا خبره ونقدّم الاشهر فالاشهر فمنها حاشية المولى المحقّق محمد بن فرامرز الشهير بملا خسرو المتوفى سنة ٨٨٥ وهى من احسن التعليقات عليه بل ارجحها الى قوله تعالى سيقول السفهآء وذيلها الى تمام سورة البقرة لمحمد بن عبد الملك البغدادى [الحنفى المتوفى بدمشق سنة ست عشرة بعد الالف] الّفه سنة اثنى عشر والف اوله الحمد لله هادى المتّقين الخ وحاشية العالم الفاضل نور الدين حمزة القرامانى المتوفى سنة ٨٧١ وهى على الزهراوين سمّاها تقشير التفسير وتعليقة سنان الدين يوسف البردعى الشهير بعجم سنان المحشى لشرح الفرآئض كتبها الى قوله تعالى وما

---

et lectione subiissent, descripsisse, neque ea postea recognovisse — Molla, vulgo *Mena we audh* dictus et anno 994 (inc. 3. Dec. 1585) mortuus, cujus glossae circiter triginta volumina implent — Sheikh *Abu Bekr Ahmed Ibn-elsáïgh* Hanbalita, anno 714 (inc. 17. Apr. 1314) mortuus, qui glossas suas inscripsit *El-Hosám El-Mádhi fi idháh gharíb El-Cadhi.* Inusitata *Beidháwi*i verba explicuit multaque iis adjecit ad discendum utilissima. — Appendices quoque et glossae, quae non totum commentarium *Beidháwi*anum complectuntur, admodum multae sunt. Commemorabimus hic eas, quarum notitia ad nos pervenit, ita ut celeberrimas celebrioribus praemittamus. Ejusmodi glossas scripserunt Molla subtilissimus *Mohammed Ben Ferámerz*, vulgo Molla *Khosru* dictus et anno 885 (inc. 13. Mart. 1480) mortuus. Continent hae praestantissimas ad commentarium appendices, imo vero omnibus aliis longe praeferendas, et ad verba usque pertinent „Dicent fatui ex hominibus.“ Eas continuavit usque ad finem Suratae secundae *Mohammed Ben Abd-el-melek Baghdádi* [Hanefita, Damasci anno 1016 (inc. 18. Apr. 1607 mortuus] anno 1012 (inc. 1. Jun. 1603), ita incipiens: Laus Deo pios dirigenti etc. — vir doctus et bene meritus *Nur-ed-din Hamza Caramáni*, anno 871 (inc. 13. Aug. 1466) mortuus, cujus glossae secundam et tertiam Suratam tractant, et *Tecshír el-tefsír* inscriptae sunt — *Sinán-ed-din Yusuf Berdaï*, vulgo *Ajem Sinán* dictus, qui ad commentarium operis *Feráïdh* quoque glossas scripsit. Coranicae pertinent ad verba usque „Et non prope fuerunt, ut

كادوا يفعلون وهى كالخسرويّة حجمًا عبّر فيها عن ملا حمزة بالاستاذ الاوسط وعن ملا خسرو بالاستاذ الاخير اوّله الحمد لله الذى نوّر قلوبنا الخ وحاشية الفاضل المحقق عصام الدين ابرهيم بن محمد ابن عربشاه الاسفرائنى المتوفى سنة ٩٤٣ وهى مشحونة بالتصرّفات اللائقة والتحقيقات الفائقة من اول القرآن الى آخر الاعراف [بل الى اخر الانعام] ومن اول سورة النبأ الى آخر القرآن اهداها الى السلطان سليمان خان اوله الحمد لله الذى عمّ بارفاد ارشاد القرآن الخ وحاشية المولى العلّامة سعد الله بن عيسى الشهير بسعدى افندى المتوفى سنة ٩٤٥ وهى من اول سورة هود الى اخر القران وامّا التى وقعت على الاوآئل فجمعها ولده پير محمد من الهوامش فالحقها الى ما علّقه وفيها تحقيقات لطيفة ومباحث شريفة لخّصها من حواشى الكشاف وضمّ اليه ما عنده من تصرّفاته المسلّمة فوقع اعتماد المدرّسين عليه ورجوعهم عند البحث والمذاكرة اليه وقد علّقوا عليها رسآئل لا تحصى وحاشية الفاضل الاستاذ سنان الدين يوسف بن حسام [الدين] المتوفى سنة ٩٨٦ وهى ايضا حاشية مقبولة من

---

facerent," et ambitu similes sunt glossis Mollae *Khosru*. Mollam *Hamza* in iis praeceptorem medium, et Mollam *Khosru* praeceptorem posteriorem appellat, et incipit ita: Laus Deo, qui corda nostra illuminavit etc. — vir bene meritus et subtilis *Isám-ed-din Ibrahim Ben Mohammed Ibn Arabshah Isferáini*, anno 943 (inc. 20. Jun. 1536) mortuus, cujus glossae idoneis disputationibus pro libidine institutis et cognitionibus subtilibus et egregiis refertae sunt. Incipiunt ab initio Corani et pertinent ad finem usque Suratae septimae [vel potius Suratae sextae], et ab initio Suratae septuagesimae octavae usque ad finem Corani. Eas Sultano *Soleimán Khan* obtulit, et incipit ita: Laus Deo qui, ut Coranus dux esset communis, benevole voluit etc. — Molla eruditissimus *Sa'dallah Ben Isa*, vulgo *Sa'di Efendi* dictus et anno 945 (inc. 30. Mai. 1538) mortuus, cujus glossae partem Corani a Surata undecima usque ad finem ejus tractant. Glossas vero, quae priores Suratas spectant, *Pir Mohammed* ejus filius e marginibus collegit, easque appendici, quam curavit, adjecit. Continent cognitiones subtiles facetasque et disquisitiones liberales, quas cum delectu e glossis ad commentarium *Keshsháf* depromsit, iisque excursus probabiles, quos praesto habuit, addidit, ita ut professores in hoc libro tanquam in fundamento inniterentur, et in disputando et colloquendo ad eum recurrerent. Itaque supplementa ad eum innumerabilia ediderunt — porro praeceptor bene meritus *Sinán-ed-din Yusuf Ben Hosám*-[*ed-din*], anno 986 (inc. 10. Mart. 1587) mortuus. Hae quoque glossae ab

اول الانعام الى اخر الكهف وعلّق على سورة الملك والمدثر والقمر والحقها واهداها الى السلطان سليم خان الثانى وحاشية المولى محمد بن عبد الوهاب الشهير بعبد الكريم زاده المتوفى سنة ٩٧٥ وهى من اول القران الى سورة طه ولم ينتشر وتعليقة المولى مصطفى بن محمد الشهير ببستان افندى المتوفى سنة ٩٧٧ وهى على سورة الانعام خاصّة وتعليقة المولى محمد ابن مصطفى بن حاج حسن المتوفى سنة ٩١١ وهى ايضا على سورة الانعام وتعليقة العالم الفاضل مصلح الدين محمد اللارى المتوفى سنة ٩٧٩ وهى الى اخر الزهراوين مشحونة بالمباحث الدقيقة وتعليقة نصر الله الرومى وتعليقة الشيخ الاديب غرس الدين الحلبى الطبيب وتعليقة المحقق الملّا حسين الخلخالى الحسينى [المتوفى سنة اربع عشرة بعد الالف] من سورة يس الى اخر القران اوله الحمد لله الذى تولّه العرفآء فى كبريآء ذاته الخ وتعليقة الشيخ محيى الدين محمد الاسكليبى المتوفى سنة ٩٢٢ وتعليقة محيى الدين محمد بن القاسم الشهير بالاخوين المتوفى سنة ٩٠٤ وهى على الزهراوين وتعليقة السيد احمد بن عبد الله

---

initio Suratae sextae usque ad finem decimae octavae cum laude exceptae sunt. Appendicem etiam edidit ad Suratam sexagesimam septimam, septuagesimam quartam et quinquagesimam quartam, hancque illis glossis adjectam Sultano *Selím Khan* Secundo obtulit — Molla *Mohammed Ben Abd-el-wehháb*, vulgo *Abd-el-kerímzadeh* dictus et anno 975 (inc. 8. Jul. 1567) mortuus, cujus glossae ab initio Corani usque ad Suratam vicesimam pertinent, neque tamen in vulgus prodierunt — Molla *Mustafa Ben Mohammed,* vulgo *Bostán Efendi* dictus et anno 977 (inc. 16. Jun. 1569) mortuus, cujus appendix peculiariter Suratam sextam tractat — Molla *Mohammed Ben Mustafa Ben Hájj Hasan*, anno 911 (inc. 4. Jun. 1505) mortuus, cujus appendix eandem Suratam complectitur — vir doctus et bene meritus *Moslih-ed-din Mohammed Lari*, anno 979 (inc. 26. Mai. 1571) mortuus, cujus appendix usque ad finem Suratae tertiae pertinet et disquisitionibus subtilibus referta est — *Nasrallah Rumi* — Sheikh literarum humanarum studiosus *Ghirs-ed-din Halebi* Medicus — vir subtilis Molla *Hosein Khalkháli Hoseini* [anno 1014 (inc. 9. Mai. 1605) mortuus], cujus appendix a Surata tricesima sexta ad finem Corani usque pertinet, et ita incipit: Laus Deo, in cujus excelsa natura contemplanda mentes scrutatorum attonitae haerent etc. — Sheikh *Mohyi-ed-din Mohammed Askelibi*, anno 922 (inc. 5. Febr. 1516) mortuus — *Mohyi-ed-din Mohammed Ben-el-cásim*, vulgo *Akhwín* dictus et anno 904 (inc. 19. Aug. 1498) mortuus, cujus appendix Suratam secundam et tertiam tractat —

القريمى المتوفى سنة ٨٥٠ وهى قريب من تمامه وتعليقة الفاضل محمد بن كمال الدين التاشكندى على سورة الانعام اهداها الى السلطان سليم خان وتعليقة المولى زكريا بن بيرام الانقروى المتوفى سنة احدى والف وهى على سورة الاعراف وتعليقة المولى محمد بن عبد الغنى المتوفى سنة ست وثلثين والف الى نصف البقرة فى نحو خمسين جزءا وتعليقة الفاضل محمد امين الشهير بابن صدر الدين الشروانى المتوفى سنة عشرين والف وهى الى قوله تعالى الم ذلك الكتاب [قلت بل بما كانوا يكذبون] اورد عبارة البيضاوى تماما بقوله وبدأ بما بدأ به الصفدى فى شرح لامية العجم وهو قوله الحمد لله الذى شرح صدر من تأدب الخ وتعليقة المولى هداية الله العلائى المتوفى سنة تسع وثلثين والف وتعليقة الفاضل محمد الشيرانشى وهى على جزء النبأ وتعليقة الفاضل محمد امين الشهير بامير پادشاه البخارى الحسينى نزيل مكة المتوفى سنة وهى الى سورة الانعام وتعليقة محمد بن موسى البسنوى المتوفى سنة ست واربعين والف وهى الى آخر سورة الانعام كتبها على طريق الايجاز بل على سبيل

---

***Seyyid Ahmed Ben Abdallah Ckirimi*****, anno 850 (inc. 29. Mart. 1446) mortuus, cujus appendix fere totum Coranum complectitur — vir bene meritus *****Mohammed Ben Kemál-ed-din Táshkendi*****, qui appendicem ad Suratam sextam Sultano *****Selím Khan***** obtulit — Molla *****Zakaríya Ben Beirám Anckirewi*****, anno 1001 (inc. 28. Sept. 1592) mortuus, cujus appendix Suratam septimam tractat — Molla *****Mohammed Ben Abd-el-ghani*****, anno 1036 (inc. 12. Sept. 1626) mortuus, cujus appendix e circiter quinquaginta fasciculis constans ad mediam secundam Suratam usque pertinet — vir bene meritus *****Mohammed Emín Shirwáni*****, vulgo *****Ibn Sadr-ed-din***** dictus et anno 1020 (inc. 6. Mart. 1611) mortuus, cujus appendix ad verba usque „A. L. M. Iste liber" [sive potius ad verba „Pro eo, quod mentiti sunt"] pertinet. Textum *****Beidháwii***** integrum ipsis ejus verbis affert et ab eadem phrasi incipit, a qua *****Safedi***** in commentario ad poëma *****Lamíyat el-ajem***** „Laus Deo animum eorum aperienti, qui bonos mores edocti sunt etc. — Molla *****Hidáyetallah Alái*****, anno 1039 (inc. 11. Aug. 1629) mortuus — vir bene meritus *****Mohammed Shiránshi*****, cujus appendix sectionem tricesimam Corani tractat — vir bene meritus *****Mohammed Emín Bokhári Hoseini***** Meccae inquilinus, vulgo *****Emír Padishah***** dictus et anno . . . mortuus, cujus appendix ad sextam usque Suratam pertinet — *****Mohammed Ben Musa Bosnewi*****, anno 1046 (inc. 26. Mai. 1636) mortuus, qui appendicem usque ad finem Suratae sextae pertinentem oratione admodum concisa, imo potius logogriphica et aenigmatica conscripsit, et ita incipit: Laus Deo**

التعمية والالغاز اوله الحمد لله الذى فضل بفضله العالمين على الجاهلين الخ وتعليقة الفاضل المشهور بالعلائى بن يحيى الشيرازى الشريف وهى على الزهراوين اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ فرغ عنها فى رجب سنة خمس واربعين وتسعمائة وسمّاها مصباح التعديل فى كشف انوار التنزيل وتعليقة المولى احمد بن روح الله الانصارى المتوفى سنة تسع والف وهى الى آخر الاعراف وتعليقة محمد بن ابرهيم الحنبلى الحلبى المتوفى سنة ٩٧١ وصنّف الشيخ الامام محمد بن يوسف الشامى مختصرًا سمّاه الاتحاف بتمييز ما تبع فيه البيضاوى صاحب الكشاف اوله الحمد لله الهادى للصواب الخ والشيخ عبد الرؤف المناوى خرج احاديثه فى كتاب اوله الله احمد ان جعلنى من خدام اهل الكتاب الخ وسمّاه فتح السماوى بتخريج احاديث البيضاوى وممّن علّق عليه كمال الدين محمد بن محمد ابن ابى شريف القوسى المتوفى فى سنة ٩٠٣ والشيخ قاسم ابن قطلوبغا الحنفى المتوفى سنة ٨٧٩ كتب الى قوله تعالى فهم لا يرجعون والعلّامة سيّد الشريف على بن محمد الجرجانى المتوفى سنة ٨١٦

---

doctos indoctis gratia sua praeferenti etc. — vir bene meritus *Ibn Yahya Shirázi El-Sherif*, vulgo *Aláï* dictus, qui appendicem, Suratam secundam et tertiam tractantem et ita incipientem: Laus Deo, qui servo suo librum revelavit etc., mense Rejeb anni 945 (inc. 30. Mai. 1538) absolvit, et *Misbáh el-ta'díl fi kashf Anwár el-tenzíl* inscripsit — Molla *Ahmed Ben Ruh'allah Ansári*, anno 1009 (inc. 3. Jul. 1600) mortuus, cujus appendix usque ad finem Suratae septimae pertinet — et denique *Mohammed Ben Ibrahim Halebi* Hanbalita, anno 971 (inc. 21. Aug. 1563) mortuus. — Sheikh Imam *Mohammed Ben Yusuf Shámi* compendium composuit de iis locis, ubi *Beidháwi* auctoritatem *Zamakhsherii* secutus est. Inscriptum est *El-Ithàf bi temyíz ma tobia fíhi Beidháwi sáhib El-Keshsháf*, et incipit ita: Laus Deo ad veritatem dirigenti etc. — Sheikh *Abd-el-rawúf Monáwi* traditiones in commentario *Beidhawi*ano obvias in singulari libro extraxit, qui ita incipit: Laudo Deum, quod me ex servis eorum esse voluit, qui Coranum possident etc., et inscriptus est *Fat'h Semáwi bi takhríj ahádíth El-Beidháwi*. Ad hunc librum appendices ediderunt *Kemál-ed-din Mohammed Ben Mohammed Ibn Abi Sherif Causi*, anno 903 (inc. 30. Aug. 1497) mortuus — Sheikh *Cásim Ibn Cotlubegha* Hanefita, anno 879 (inc. 18. Mai. 1474) mortuus, qui ad verba Dei usque „Ideo ipsi non convertentur" scripsit — et vir eruditissimus *Seyyid Sherif Ali Ben Mohammed Jorjáni*, anno 816 (inc. 3. Apr. 1413) mortuus,

ذكره السخاوى نقلا عن سبطه ومن التعليقات عليه مع الكشاف وتفسير ابى السعود تعليقة الشيخ رضى الدين محمد بن يوسف الشهير بابن ابى اللطيف القدسى المتوفى سنة [ثمان وعشرين والف] وهى فى مجلد ضخم اوله الحمد لله الذى انزل على عبده الكتاب الخ علّقها فى درسه عند الصخرة الى اخر الانعام فبيّضها وارسلها الى المولى اسعد المفتى ومختصر تفسير البيضاوى لمحمد بن محمد بن عبد الرحمن المعروف بامام الكاملية الشافعى القاهرى المتوفى سنة ٨٧٤ ١٤٠٣ انوار الحلك حاشية شرح المنار لابن الملك يأتى ١٤٠٤ انوار الحلك فى امكان رؤية النبى والملك للشيخ جلال الدين عبد الرحمن بن ابى بكر السيوطى المتوفى سنة ٩١١ ١٤٠٥ انوار الدرر فى ايضاح الحجر من علم الكاف للشيخ ايدمر بن على الجلدكى اوله الحمد لله المقدّس عن التركيب الخ وهو على عشرة ابواب ووصيّة وخاتمة ١٤٠٦ انوار الربيع مختصر ربيع الابرار يأتى ١٤٠٧ انوار السعادة فى شرح كلمتى الشهادة للشيخ

---

